This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 6QMK F

יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII.
PS. CXIX. 169.
כדברך הבינני
JOH. XVII. 17.
ὁ λογος ὁ σος αληθεια ἐστι.
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

Wiedner 3767.

MENG TSEU.

VENUM DATUR,

<table>
<tr><td>PARISIIS,</td><td>In Officina lithographica Comitis DE LASTEYRIE, rue Saint-Marc, N.° 8, passage du Panorama;
Apud DONDEY-DUPRÉ patrem et filium, Societatis Asiaticæ typographo bibliopolas, rue Saint-Louis, N.° 46, au Marais.</td></tr>
<tr><td>STUGARDIÆ et TUBINGÆ,</td><td>Apud COTTA.</td></tr>
<tr><td>LONDINI,</td><td>Apud SOWERBY, N.° 33, King street.</td></tr>
</table>

Ex Typis MIGNERET, *rue du Dragon*, N.° 20.

Mencius

MENG TSEU

VEL

MENCIUM

INTER SINENSES PHILOSOPHOS,

INGENIO, DOCTRINA, NOMINISQUE CLARITATE

CONFUCIO PROXIMUM,

EDIDIT, LATINA INTERPRETATIONE, AD INTERPRETATIONEM TARTARICAM UTRAMQUE RECENSITA, INSTRUXIT, ET PERPETUO COMMENTARIO, E SINICIS DEPROMPTO, ILLUSTRAVIT

STANISLAUS JULIEN.

SOCIETATIS ASIATICÆ ET COMITIS DE LASTEYRIE IMPENSIS.

PARS PRIOR.

LUTETIÆ PARISIORUM.

M DCCCXXIV.

143. 5
1824 j

HONORATISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO

VIRO

WILLIAM DRVMMOND

DOMINO DE LOGIE-ALMOND

AB ANTIQVA DOMO DRVMMOND

COMITVM DE PERTH

A PRIVATO MAGNÆ BRITANNIÆ REGIS CONSILIO

OLIM APVD NEAPOLITANOS ET TVRCAS

LEGATO

SANCTI IANVARII ET LVNÆ CRESCENTIS

EQVITI cet

OPTIMO ET PRÆSENTISSIMO

MÆCENATI

CUIVS AVSPICIIS ET MVNIFICENTIA

STVDIA ASIATICA

EXCOLERE SIBI DATVM EST

HOCCE LEVIDENSE OPVS

LABORIS PRIMITIAS

MAXIMÆ REVERENTIÆ GRATISSIMI ET DEVOTISSIMI ANIMI

MONIMENTVM

DAT DEDICAT CONSECRAT

STANISLAVS JVLIEN

TERTIO KALENDAS MAIAS
MDCCCXXIV

NOTITIA

DE MENCIO

EJUSQUE OPERE.

COGITANTI mihi aliqua de vita et scriptis Mencii præfari, potius visum est acceptiusque doctis fore si, pro meis quisquiliis, in medium afferrem amplam eruditamque notitiam quam in historico Dictionario * inseruit Vir summus ABEL-REMUSAT, litterarum sinicarum facile Antistes. Ignoscat, velim, Professor humanissimus maximaque observantia mihi semper colendus, si, dum eum latine loquentem induco, purissimum illius dictionis nitorem rudiori sermone infuscaverim.

« MENG-TSEU, sui quem æquales *Meng-kho*, et franco-galli christianæ religionis præcones *Mencium* vocârunt, inter sinenses philosophos Confucio facile proximus habetur. Exeunte quarto ante Chr. seculo, natus est urbe *Tseou*, quæ nunc, in provincia *Chan-toung*, τοῦ *Yan-tcheou-fou* juris et ditionis est. Ejus pater *Ki-koung-i*,

* *Dictionn. historique de Michaud*, t. XXVIII, p. 322, sqq.

editus quodam *Meng-sun*, cujus inanes administrationis fastus exagitabat Confucius, regionem *Tcheou*, licet sede in regione *Tchi* fixa, patriam habebat. Qui quidem, paulo post natum filium defunctus, ejus tutelam viduæ suæ *Tchang-chi* permisit. Tam sedulo filii sui educationi invigilavit prudens illa mater, ut passim, tanquam eximium bonis parentibus exemplum, apud sinicos scriptores laudetur. Cum ejus domus lanienæ contermina esset, parvulus *Meng-kho*, vix audita morientium pecudum voce, lugubris hujus spectaculi avidior, accurrebat, ac redux visa imitari studebat. Quod ut illa persensit, timens ne natus, exutis humanitatis sensibus, effundendo sanguini assuefieret, in domum sepulchreto vicinam migravit. Defunctorum propinquis, lacrymas et libamina effundendi causâ ventitantibus, statim *Meng-kho*, tristes has cæremonias delectationi habere, ac puerili ludo imitari cœpit. Tum nova parentem invasit sollicitudo; timuit enim ne filius, ludo vertens quæ maxime seria inter homines habenda sunt, ritus, observantia et veneratione quam dignissimos, joco et perfunctorie perageret. Sede igitur iterum mutata, urbis domum petiit, oppositam scholæ, in qua *Meng-kho* optimis informatus exemplis, virtutis stadium ingressus est et valde promovit. Quam quidem narratiunculam silentio præteriissemus, ni eam Sinæ assidue recantarent in illa locutione quæ in proverbium abiit : *Mencii mater vicinium elegit.*

» Mencius brevi induit ac usu suas fecit virtutes quas sinica instituta humanioribus litteris indissolubili consortio jungere solent. Videlicet τῶν *King* legendis et pertractandis mature incubuit, atque horum librorum apud Sinas sanctissimorum intelligentiâ adeo inclaruit, ut habitus fuerit dignus qui, inter philosophi *Tseu-sse*, nepotis haud degeneris Confucii, discipulos, numeraretur. Ut primum in hac philosophia morali quæ Sinis, propter excellentiam, vocatur *Doctrina*, satis exercitus fuit, *Siouan-wang* regni *Thsi* regulo operam et studium professus est, Quo munus sibi non assignante, *Hoeï-wang* regni *Liang* seu *Weï* regulum adiit; tunc enim temporis regio *Khaï-foung-fou*, in τῷ *Ho-nan*, exiguum erat regnum, cui duplex illud nomen. Vir ille princeps Mencium benigne quidem et honorifice excepit; sed sua facta, prout cupiebat philosophus, præceptis ejus exæquare parum curavit. Nempe, quæcumque de pristinis imperatoribus, inter docendum, prædicabat, recentiori illi ætati præsentique rerum statui, nequaquam, nec forsan immerito, accommodari posse videbantur. Etenim, viri varia imperii sinensis regna tunc temporis moderantes, ii non erant qui cunctos populos factionibus, discordiis, intestinisque bellis assidue exagitatos, reduce pace, componerent. Illis vera sapientia, vera scientia, ars militaris. Quamvis Mencius imperatores *Yao* et *Chun*, nec non trium dynastiarum conditores, propter virtutem

administrationisque excellentiam, impense collaudaret, perpetua undique erumpebant bella, quæ, quocumque gradum ferret, iterum atque iterum grassantia, documenta ejus irrita faciebant, omnibusque ejus consiliis adversabantur. Postquam se de omnibus hisce regulis bene mereri non posse compertum habuit, reversus est in patriam, ubi, *Wan-tchang*, nonnullisque discipulis adjuvantibus, ad libros *Chi-king* et *Chou-king* ordine disponendos operam contulit, ipsumque imitatus Confucium, illum laborem, eodem animo quo celeberrimus ille philosophiæ princeps, persequi studuit. Id temporis etiam conscripsit septem capitibus syntagma, quod ejus nomine circumfertur. Annum circiter ante Chr. 314, quarto et octogesimo suæ ætatis anno, diem obiit.

» Liber proxime nobis laudatus, amplissimam gloriæ segetem Mencio vindicat. Tribus philosophiæ moralis operibus, pretiosissimo confucianæ doctrinæ compendio, semper adjunctus, *Sse-Chou* vel sinense Τετράβιβλον conflat. Solus copiosiorem materiam quam tria alia vel in unum collecta complectitur, nec minus doctorum oculos et existimationem ad se rapit. Mencius, sinico scriptore teste, Confucii doctrinam explanando, illius, velut Confucius principum *Wen-wang, Wou-wang* et *Tcheou-koung*, hæreditatem adiit. Sed, Mencio defuncto, sublimem ejus doctrinam excipere, ac pari ingenio persequi nemo valuit. Eorum qui idem postea stadium ingressi sunt, ne *Siun-tseu* quidem et

Yang-tseu, longo vel intervallo proximum habet neminem. Magnificas laudes, quibus hic auctor et sexcenti alii philosophum nostrum, certantibus studiis, extulerunt, etiam summatim transcribere frustra conaremur. Satis erit dicere eum, Confucio sanctitatis principatum obtinente, titulo τοῦ *Ya-ching*, i. e. *alterius sancti*, fuisse insignitum. Illi etiam nomen *Sancti principis regionis Tseou*, publica auctoritate, decretum est, ac, in augusto Litteratorum templo, iidem ac Confucio etiam nunc tribuuntur honores. Gentilium horumce decorum non exigua pars ad Mencii posteros, de more sinico, defluxit; qui quidem in Imperiali τῶν *Han-lin* Academia, traditionum ad classicos libros pertinentium doctores, nec sine laude, audiunt. Ingenii autem dotes quæ Mencio apud suos tam clarum pepererunt nomen, non sunt quidem id genus quæ Europæis æque magnam admirationem moverent; ei tamen permulta suppetunt, quibus, si interpretem haud imparem nancisceretur, apud nostræ ætatis homines gratiam iniret. Non in Mencio quidem illam, quâ præstat Litteratorum princeps, pressam sublimemque dictionem reperias, sed æque splendidam, sed floridiorem et elegantiorem. Dialogi, quibus præstantissimos suæ ætatis viros, circa res philosophicas, secum colloquentes inducit, varietate lautiori, quam concisæ ac quodam modo abruptæ Confucii sententiæ, commendari et exornari poterant. Ad hæc, uterque peculiari philosophiæ natura

inter se admodum differunt. Confucius quadam gravitate et asperitate semper riget, viros probos ad astra elatos, grandior ut concepit animus, effingit et amplificat, malos vero indignabunda voce proterit. Mencius, pari virtutis studio flagrans, vitium contemnere magis quam horrere videtur, illudque mascula rationis vi impugnat, nec rigidi quidem censuræ cachinni parcit. Ejus argumentandi ratio Σωκρατικῇ εἰρωνείᾳ germana est. Nulla de re cum adversariis litigat; at dum proposita concedit, tam absurda ex iis inferri demonstrat, ut ipsosmet suorum errorum conscientia pudore suffundat. Ne magnates quidem et principes suæ ætatis indulgenter habet, qui ideo tantum se ejus consiliorum avidos simulabant, ut suas res gestas jactantius prædicarent, vel ut philosophus immeritas hujusmodi laudes ipsis concineret. Cujus ea de re responsa tota merum sal. Servilem præsertim animi abjectionem, quam præjudicata opinio latius evagata orientalibus populis et maxime Sinis imputat, in eis ne subodorari quidem possis. Mencius Diogenem, nedum Aristippum, refert, sed illibati sermonis dignitate gravior et augustior. Acres illius impetus nonnihil acerbitatis spirantes aliquando reprehendere velis, sed publicæ utilitatis studium, quo incenditur, eum culpâ absolvit. »

» Princeps regni *Weï*, unus regulorum qui ea tempestate sinense imperium discordiis bellisque perpetuis lacerabant, operam in populi felicitatem a se collatam,

coram Mencio gloriosius venditans, admiranti similis ab eo quærebat cur nec regnum inde florentius, nec populus vicinis frequentior. « Princeps, subjecit philosophus, tibi » militia magno studio est. Similitudinem ex ea ducere « mihi liceat. In conspectu sunt duo exercitus; signo » dato, pugna conseritur; hi superiores, illi inferiores. » Pars militum ad centum usque passus fugit, pars in » quinquagesimo passu consistit. Istos ne novissimos sociis » longius spatium fugâ emensis illudere deceret? — Neu- » tiquam, respondit princeps; quamvis enim in quinqua- » gesimo passu constiterint, nihilo secius aufugerunt. » — « Princeps, reposuit acri voce Mencius, superbas » igitur omitte laudes de illa humanitate qua te vicinos » regulos superare jactas; omnes idem debetis ludibrium, » nec aliis alios vobis deridere fas est. »

Regulum deinde districtâ censurâ insequens: « Quid » discriminis esse censes inter necem baculo et inter » necem ense illatam? »

— « Nullum, inquit princeps. »

— « Ecquid inter necem ense et necem regiminis » acerbitate illatam? »

— « Item nullum. »

— « Atqui, pergit Mencius, carnibus opimis tuæ abun- » dant culinæ, validos equorum greges tua alunt stabula; » interea, subditi squalida macie torridi ærumnis inta- « bescunt, et eorum non pauci in campis aut desertis

» locis inediâ absumpti jacent. Nonne animalia homines
» devoratura pascentis illud est? Quid autem refert
» utrum eos gladio an cordis duritiâ perimas? Si odio
» habemus istas immanes feras, quæ se invicem laceratas
» devorant, quanto magis principem, quem, licet populi
» patrem, benigni regiminis humanitate, agere sui officii
» esse sciat, subditos suos feris devorandos objicere non
» pudet! Quomodo illum nuncupabis populi patrem,
» qui natos tantâ sævitiâ discruciatos minoris facit quam
» viles bestias? »

» Quanquam non semper tam concitato neque tam aspero dicendi impetu abripitur Mencius, sed tamen ut plurimum responsa dat nervis valida et acerrimo sale condita. Qui quidem sermonis aculei omnibus probati non fuere. Olim, ut fama est, *Houng-wou*, dynastiæ *Ming* conditor, Mencium legens, hunc in locum incidit: « Princeps subditos floccipendit ut humum pedibus con- » culcandam, vel ut vilia sinapis grana; subditi vero » eum tanquam latronem aut hostem execrantur. » Hæc in contumeliam accipiens novus imperator, « Hujus- » modi sermo, inquit, in principes nequaquam convenit. » Tam protervum scriptorem confucianis honoribus in- » dignum censeo. Deleantur igitur menciani tituli, atque » e templo in quo colitur Litteratorum princeps ejiciatur » ejus tabella! Nemo ea de re libellum componere, vel » mihi porrigere audeat, antequam ipse postulator sagittâ

» confossus ceciderit. » Hoc decreto ingentem pavorem cunctis Litteratis incutiente, eorum unus, nomine *Thsiang-tang*, qui inter supremarum curiarum præsides sedebat, Mencii causâ victimam se devovere statuit. Libellum igitur conscripsit, in quo adducta loci totius prolatione, germanoque ejus sensu explanato, describebat imperii res Mencii ætate in ruinam collabentes ac pene disperditas, grassante scilicet regulorum tyrannide, qui alii aliis perpetuo infensi, legitimæ principum *Tcheou* potentiæ rebellia signa omnes pariter intulerant. « De istiusmodi » principibus, aiebat in extrema orationis parte, non » de augusto *Cœli filio* sermonem fecit Mencius. Quo- » modo ipsi, tot jam elapsis seculis, ea crimini verte- » rentur? Peribo, siquidem ita decretum, sed debitum » decus meæ neci posteritas rependet. » His scriptis feretroque parato, *Thsiang-tang* imperialem aulam petit. Ubi tetigit primum palatii claustrum, custodes compellans, « En, ait, libellum Mencii gratiâ compositum » porrigo; » tunc nudato pectore : « Jussa novi, son- » tem ferite. » Extemplo satellitum unus sagittam in Litteratum contorquet, acceptumque libellum, addita acerbi casus narratione, imperatori transmittit. Qui supplices codicillos attente perlectos approbans, vel approbare simulans, *Thsiang-tang* medico curandum tradi jussit. Eodem temporis vestigio decrevit, ut Mencius pristinis honoribus in perpetuum coleretur.

» Hæc referre nobis visum est, ut pateret quam fanaticis studiis agantur Littérati, quam sacrosancta illis semper fuerit philosophi memoria. Cum ejus liber, ut dictum supra, sit una ex partibus quibus totum *Sse-chou*, vel sinense τετράβιβλον constat, Litteratis eruditionis periculum facturis, litterariorumque graduum candidatis, illum memoriâ totum complecti necesse est. Quocirca nullus è prelo sæpius exiit. Sexcentas editiones textum nudum vel annotationibus illustratum exhibentes videre est. Innumeri Litterati illi explanando operam impenderunt. Duplici versione tartarica donatus est; quarum posterior ab ipso imperatore *Khian-loung* recognita, addito textu, mediam complectitur partem septem voluminum quibus constat sinense τετράβιβλον in Bibliotheca Regia Parisiensi asservatum. Franciscus Noël, e soc. Jes., Mencium edidit in opere cui titulus : *Imperii sinensis Libri classici sex* (Pragæ, 1711, in-4.°). Sed illi versioni, perelegantis necnon nervosæ dictionis, in Mencio nobis laudatæ, ne ulla quidem insunt vestigia; imo sæpe sæpius sensum, verbosa atque tædiosa paraphrasi obrutum, elicere frustra labores. Unde accidit ut hoc illud sinensium scriptorum decus, quo fortasse nobis Europæis jucundior alter esse non poterat, perpaucos lectores pauciores que admiratores nactus sit. *Sse-ma-thsian* (in τῷ *Sse-ki*) Mencii vitæ summarium et *Ma-touan-lin* (in CLXXXIV° suæ Bibliothecæ tomo) litterariam de ejus opere notitiam compo-

suerunt. Duhaldius Mencium ampla analysi (tom. II, pag. 334 sqq.) descripsit; nonnulla etiam de Mencii vita in memorialibus Francogallorum Evangelii præconum libris legere est (t. III, p. 45, et t. XIII, p. 24). J. B. Carpzovius, de Mencio, scripsit dissertatiunculam (*Memtius*, *sive Mentius*, etc., *Lipsiæ*, 1743, *in*-8.°), in qua nihil præter Noëlianæ interpretationis Excerpta, ac proinde nihil notatu dignum reperias.

PRÆMONITUM

EDITORIS.

DICENDUM superest qua mente præsens opus aggressus sim, quinam interpretes τοῖς *Sse-chou* ac præcipue Mencio explanandis operam impenderint (1).

« Sub dynastia *Han* (5,201), ait sinicus quidam scriptor, non secus ac sub dynastia *Thang* (1,276), libros classicos annotationibus et commentariis illustratos passim invenire erat, sed litterarum alumni multis adhuc difficultatibus irretiebantur, sublimiaque verba doctorum *Khoung-tseu* (2,061-2,059), *Tseng-tseu* (4,022-2,059), *Tseu-sse* (2,059-2,783) et *Meng-tseu* (2,071-2,059) opaca caligine sæpius involvebantur. Post multa ignorantiæ et confusionis secula, horumce librorum tenebris facem prætulerunt duo viri insignes, e familia *Tchhing* (7,180), qui sub dynastia *Soung* (2,103) florebant. Illos, in eadem palæstra, brevi subsecuti sunt doctores *Lian-khi* (5,283-5,139), *Houng-khiu* (4,510-5,078), *Khang-tsie* (2,535-7,531), *Kouei-chan* (13,298-2,275), *Yen-phing* (2,583-2,480) et *Toung-laï* (4,108-9,029), quorum quisque nihil intentatum reliquit, ut, genuino sensu elicito, nitidis eum annotationibus explanaret. Non multo post, doctores *Khing-youan* (3,032-5,126), *Mian-tchaï* (892-13,241), *Chouang-foung* (11,923-2,309), *Pe-khi* (953-5,139), *Si-chan* (9,852-2,275), et *Yun-foung* (11,952-2,309), multos et optimos commentarios composuere; e quibus

(1) Numeri uncis inclusi, ii sunt sub quibus nomina et vocabula sinica nobis citata in Basilii Dictionario invenire est.

b..

copiosissimum syntagma, cui titulus *Ta-thsiouan* (1,797-606), ea mente conflatum est, ut præcedentibus editionibus, quibus permulta adhuc deerant, supplemento esset. Eodem modo, eodemque consilio, multi Litterati, communi operâ successive duo rursus commentariorum syntagmata compegere, sub titulis *Mung-in* (9,090-2,616) et *Thsun-i* (2,066-6,266), quibus aucta et emendata sunt ea quæ prioris collectionis editoribus exciderant. Ex illis operibus omnia fere emanarunt quæ, in seculis subsequentibus, circa *quatuor libros* scripta fuere. Cum autem variæ notæ in eis collectæ et quodam modo congestæ, ex una eademque mente non fluxissent, inde multa confusio, inde densa obscuritas; et tirones, varia sexcentarum interpretationum fila rudi manu extricare indocti, glossarumque oceano, si ita loqui fas est, pene obruti, vix quidem invenire poterant littus quo securum pedem defigerent. »

Tandem adfuit doctor *Tchu-hi* (4,066-5,524), clarissimi nominis interpres, qui, in *quatuor libros* notas edidit, breves quidem, sed pristinis nitidiores et succi pleniores. Sic autem ipse, in proœmio ad librum *Ta-hio* (1,797-2,085) seu *Magnum studium*, de se suisque celeberrimis laboribus loquitur : « Atque hinc ego *Hi*... cum viderem in his interpretum libris multa adhuc illimata et inconcinna jacere; multaque necessaria aut excidisse, aut deesse; idcirco ego, meæ tarditatis et humilitatis oblitus, omnia quæcumque potui, et hinc et illinc excerpsi, conjunxi, in ordinem redegi, et subinde quædam etiam juxta mentem meam addidi, ad supplenda ea, quæ alii aut omiserant, aut obiter tantum tractarant, donec veniat vir omnino sapiens, qui opus numeris omnibus absolutum tandem compleat. »

Ceterorum Litteratorum, qui ab illo huc usque in sinense Τετράβιβλον utilem operam contulerunt, labores referre et laudare mihi in promptu esset, ni paucis expedire satagerem

ex quæ ad rem nostram maxime faciunt, videlicet descriptionem editionum Mencii, e quibus notas meas, non sine labore quidem, sed maximo cum fructu, velut e ditissima auri fodina, elicui et excerpsi. Octo editiones usurpavi, in quibus collectæ plusquam quadraginta auctorum interpretationes leguntur. Porro, earum tituli sic se habent.

— Editio litterâ A nobis designata, copiosissimo instruitur commentario, quem quadraginta quatuor *Han-lin* seu Pekinensis Academiæ socii, jubente imperatore, communi opera compegerunt. Prodiit anno 1677, sub titulo notissimo : *Ju-tchi-ji-kiang-sse-chou-kiai-i.* (2,703-9,769-3,864-10,205-1,511-4,019-9,914-8,206)

— Editio B inter optimas habenda est. Sinico textui adjacent annotationes doctoris *Tchu-hi* (4,066-5,524), et perpetua paraphrasis, brevis quidem, sed ubique luculenta, difficultatibusque solvendis aptissima. In superiori pagina leguntur notæ, tum historicæ, tum philosophicæ, quas editor ex uberrimis editionis D commentariis, solerti delectu, excerpsit. Eam recognovit *Li-sing-tchai* (4,086-11,328-13,241), edidit vero *Hoang-khang-yao* (13-111-2,535-10,208), sub titulo *Sse-chou-cho-tchu-kiang-i* (1,511-4,019-11,033-4,066-9,914-8,206), anno 1688.

— Editio C mihi multo majori, quam ceteræ, adjumento fuit; ut pote quæ, præter notas doctoris *Tchu-hi* (4,066-5,524), perpetuam maximi momenti paraphrasim, et copiosissimum commentarium, optimas omnium fere interpretum notas, lucido ordine digestas, exhibet. Porro in hac editione passim proferuntur notæ interpretum *Kou-lin-sse* (12,262-13,081-1,759), *Jao-chi* (*chi* indicat familiam) (12,424-4,820), *Khieou-thsang-tchu* (97-5,155-4,186), *Tchao-chi* (10,588-4,820), *Tchhin-thsin-'an* (11,799-9,887-5,102), *Thsai-chi* (9,166-4,820), *Kouan-thao* (9,899-5,301), *Tchhin-kiai-mei* (11,799-99-6,614), *Liu-ouan-*

thsun (1,181-3,924-11,195), *Ouang-chi* (5,584 *bis*-4,820), *Iu-hoang* (8,224-6,491), *Hiu-tchaï* (9,365-13,241), *Sun-jo-thou* (2,077-8,873-1,549), *Thao-i-tse* (11,804-11,097-792), auctores syntagmatum *Mung-in* (9,090-2,616), et *Thsun-i* (2,066-6,266), *Hou-chi* (8,472-4,820), *Kou-king yang* (12-262-5,001-11,809), *Yang-chi-i* (4,369-4,820-82), *Tchang-chi* (2,638-4,820), etc., etc.

— Editio D non minus copiosis, quam editio C, commentariis constat; sed plerumque annotationes, in summa pagina appositæ, ad usum philosophi magis, quam tironis accomodantur. Eas maximo cum fructu adibunt, qui locos mencianæ doctrinæ reconditissimos penitus intelligere volent. Præter doctorem *Tchu-hi* (4,066-5,524), cujus notæ textui adjacent, in hac editione potissimum adhibentur interpretes *Jao-chouang-foung* (12,424-11,923-2,309), *Fou-khing-youan* (10,899-3,032-5,126), *Tchin-si-chan* (6,628-9,852-2,275), *Tchhin-thsian-chi* (11,799-5,229-2,123), *Tchhin-pe-khi* (11,799-953-5,139), *Hou-yun-foung* (8,472-11,952-2,309), *Hoang-phou-thian* (13,111-8,954-6,170), *Hiu-toung-yang* (9.977-4,108-11,809), *Tchang-nan-hien* (2,638-1,010-10,846) *Ni-thsin-'an* (308-9,887-2,102), *Ouang-jo-hiu* (5,884 *bis*-8,873-9,365), *Tchhing-tseu* (7,180-2,059), *Ho-cho-king* (166-1,099-85), *Yang-kouei-chan* (4,369-13,298-2,275), *Kin-jin-chan* (11,378-93-2,275), *Hioung-ve-hien* (5,505-933-10,846), *Thsaï-kio-hien* (9,166-9,896-10,846), *Fan-chi* (8,892-4,820), *Wang-lou-tchaï* (5,884 *bis*-12-787-13-241), etc., etc.

— Editio E constat antiquissimis notis doctoris *Tchao-khi* (10,588-2,284), qui florebat sub dynastia *Han* (5,201), et celeberrimo commentario *Tching-i* (4,652-8,206), quem *Sun-chi* (2,077-1,839) et *Lo-chen-king* (11,806-1,322-7,877), qui florebant sub dynastia *Soung*, conscripsere et edidere. Hæc editio, peculiari interpretationum natura, ab aliis persæpe,

toto cælo, differt. Quam ideo, licet, et utiliter quidem, semel atque iterum legerim, non nisi rarissime citavi. Illi titulus est, ut opinor (primus enim tomus mihi deest) *Sse-chou-tchu-sou-kiai-king* (1,511-4,019-9,988-6,264-9,914-7,877).

— Editio F triplici commentario constat. Primus exhibet notulas mere philosophicas; secundus glossas, quibus verba difficiliora explicantur; tertius paraphrasim, mira nitiditate conspicuam. Hujus editionis unum Mencium habui, cui adfigitur hic titulus : *Sin-khe-tchang-siang-koue-thing-hiun-sse-chou-pi-tchi-tsin-hio-ling-tsie-kiai-meng* (3-816-789-2,638-6,597-1,539-2,527-9,954-1,511-4,019-390-3,866-11,093-2,085-12,020-3,410-9,914-2,071). Eam ipse concinnavit doctor *Sse-tchang* (1,759-2,638), cognomine *Sou-thsun* (7,786-2,066), discipulus vero *Lieou-phing-min* (846-8,632-3,745), cognomine *Fou-fou* (1,800-6,165) recensuit et edidit.

— Editio G exhibet tantum notas doctoris *Tchu-hi* (4,066-5,524), interpretum celeberrimi, quæ, licet perbreves, viro jam in sinicis exercitato abunde suppetunt. Notiores vero sunt, quam ut de eis fusius disserere necesse sit.

— Editio H duplicis generis notas exhibet; nempe glossas vocibus difficilioribus adjacentes, et doctam optimæque notæ paraphrasim. Est hujusmodi ut tironibus aliarum omnium loco esse possit. Utilissimis enim notis, ex syntagmatibus *Ta-thsiouan* (1,797-606), *Mung-in* (9,090-2,616), *Thsun-i* (2,066-6,266), etc., depromptis, constat; quibus *Tsiang-tseu* (9,168-2,059) suas addidit, ut explicaret, quemadmodum ipse ait, ea omnia quæ prisci interpretes non explicuerant, necnon ea quæ recentiores explicare nequibant. Eam doctor *Fang-meng-chi* (3,826-2,071-4,820) edidit sub titulo *Tseng pou-sse-chou-kiang-i-khian-neng-kiai* (1,702-9,745-1,511-4,019-10,205-2,958-1-9,864-8,488-9,914).

Horum omnium interpretum notas, ne una quidem excepta, iterum iterumque legere religioni duxi. Cum autem ita

copiosæ essent, ut non unum, sed decem notarum tomos facile excerpere possem, timens ne impedimento magis quam adjumento tironibus essent, utiliores et nitidiores colligere, premere, concoquere, atque in succum sanguinemque meum, ut dicitur, convertere, ita conatus sum, ut, præfiscine asserere possim, nullum me admisisse sensum, nullamve Noëlianæ interpretationis explicationem exagitasse, quin mihi multorum vel saltem nonnullorum interpretum faveret auctoritas. Præterea utrasque versiones tartaricas, quarum posteriorem recognovit ipse imperator *Khian-loung*, duces semper secutus sum, quotiescumque majori sinicorum interpretum numero non adversarentur; locos autem ab eis discrepantes, ubi alicujus momenti erant, in notis latine referre curavi. Unde patet quemlibet virum, linguæ sinicæ studiosum, qui hanc editionem attente legat, ceterarum editionum, notis sinicis ornatarum, compendio potiri, nec amplioribus commentariis egere, nisi rimari velit reconditissima mencianæ philosophiæ arcana, quæ quidem fusius enucleare et evolvere, neque in ingeniolum, neque in propositum meum cadebat.

Cum præjudicatæ opiniones nullis fundamentis, nisi mendacio et ignorantia, fultæ, ac inconsultus difficultatum timor, non paucos viros, in linguarum asiaticarum palæstra, præclaros, multis abhinc annis ab idiomatis sinici studio arcuerint, ac etiamnum arceant, nonnulla de meis studiis dicere mens est, non ut fiam, quod absit, putidiusculus metmet buccinator, sed ut debitis extollam laudibus doctissimam illam *Methodum*, seu *Grammaticam*, qua summus vir Abel-Remusat, cui me omnia debere lætus fateor, cunctas sinicæ linguæ regulas et difficultates, brevibus tersisque præceptis, tam perite, tam feliciter exposuit et enodavit, ut quilibet tiro, quocumque ingenio sit præditus, intra duos annos, uberrimos sinicæ litteraturæ

latices, intentatos adhuc ac illibatos, ex ipsis fontibus haurire possit. Quos quidem progressus, remoto hujus doctissimæ *Grammaticæ* adjumento, vel intra decem annos sperare, stultæ temeritatis esset.

Ineunte anno MDCCCXXIII, humanissimo JOHN WATSON adhortante, illustrissimique WILLIAM DRUMMOND beneficiis, eo commendante, auctus et ornatus, in Regio Collegio, sinicæ linguæ, magistro ABEL-REMUSAT, animum appellere cœpi. Nec diu primo in limine hæsi : quid enim, tanto duce, impervium aut arduum foret? Secundo mense, versionem Mencii aggressus sum, ea primum mente ut, a facilioribus ad difficiliora sensim promotus, librorum classicorum intelligentiam mature assequerer, donec nonnulla historiæ vel philosophiæ opera vernaculo idiomate interpretari valerem. Sed cum viderem, præter unum, optimæ quidem notæ opus, sed brevissimum (1), maximam esse inopiam librorum, quibus quis linguam sinicam addiscere et plane cognitam habere possit, existimavi hanc Mencii versionem tironibus nonnihil emolumenti allaturam, si textum sinicum e verbo exprimeret, idoneisque annotationibus instrueretur. Publicam igitur utilitatem privatæ antehabens, prætermisi ceteras linguas, quibus eodem anno operam navare intendebam, atque omne tempus, vires omnes, quantulæcumque sint, Mencio convertendo et explanando impendi. Animum mihi addebat Societas Asiatica, quæ, vix uno abhinc anno, Serenissimi Principis, litterarum æstimatoris peritissimi, auspiciis exorta, omnibusque orbis docti viris plaudentibus, et se illi adjungere certatim gestientibus, jam maxime florens,

(1) *Tchoung-young*, seu *Immutabile medium*. Textum sinicum, adjuncta interpretatione tartarica, latine et gallice a se conversum, edidit doct. ABEL-REMUSAT anno 1817. Hic liber quadraginta tantum paginis, Mencius vero pene trecentis constat.

pecunias a sociis collatas in edendis asiaticæ litteraturæ libris collocabat.

E doct. professoris documentis et humanissimis consiliis tam velox mihi accessit impulsus, ut sexto mense, post inchoata sinicæ linguæ studia, Societati Asiaticæ, latinam Mencii versionem obtulerim. Sperabam enim fore ut, de mandato præstantissimorum virorum, qui illius concilio præsunt, editionis meæ sumptus irrogarentur. Quod quidem, mense sequente, chartis meis in examen vocatis, concessum et sancitum est (3).

Novitiolum tam celeriter in lingua haud sane facili promovisse jure mireris, ni condiscipulorum meorum plures, inter quos eminet Fulgentius Fresnel, summi Abel-Remusat præceptis pariter informatos, intra idem spatium, eosdem progressus, ne dicam majores, effecisse compertum esset.

Cum Mencii textus, in Europa admodum rarus esset, magna, imo maxima editioni nostræ defuisset utilitas, ni eum, suis sumptibus, lapidibus exaratum (4), prelo subjicere ultro voluisset cl. Comes de Lasteyrie, qui rei familiaris curam laudi et publicæ utilitati semper posthabet, et cujus generosi animi impetus et ardor, quoties de humanitate aut litteris agitur, mirum in modum accenditur.

Abs re non erit pauca dicere de methodo quam in interpretando secutus sum. Versionem limata expolitaque ad unguem

(3) Vid. *Journal Asiatique*, t. III, p. 116.

(4) Textum sinicum multæ industriæ juvenis Vilmettus penicillo descripsit. Si quæ autem σφάλματα ipsi, propter insoliti laboris difficultatem, exciderunt, ea, absoluto opere, corrigentur. Neque ἀκήρυκτον præteribo cl. Mablinum, græcarum litterarum in *Schola Normali* nuper professorem, qui tertium uniuscujusque typographicæ plagulæ specimen recognovit, humanissimisque consiliis et eruditissima cura emendavit.

dictione nitentem ne sperent viri, candoris latini æstimatores et arbitri. Operam enim me perditurum, tironibusque fraudem omnino facturum esse ratus sum, si, ubi occurrebant loci insoliti et perdifficiles, uni elegantiæ consuluissem. In hoc igitur libro, multa verba obsoleta, et incompta, imo sæpe locutiones solœcismum redolentes reperias, quæ mihi ipsi atram bilem alias movissent. Quod accidit præsertim, cum singulas textus voces, illæsa latinæ linguæ concinnitate, interpretari non licebat. V. g. *mei exiguæ virtutis viri persona*, pro : *ego exiguæ virtutis vir; dedit ad eum*, pro : *dedit ei; interrogavit ab eo*, pro : *interrogavit eum*, etc.

Ubicumque hujusmodi maculas deprehendet lector, meminerit, quæso, eas non, me imprudente, vel aliud agente, in versionem meam irrepsisse, sed vocum sinicarum insita vi, aut structuræ necessitate fuisse intrusas. Si quando textus sinicus ad verbum conversus, aliquid difficultatis vel obscuritatis præ se fert, nonnulla, *italicis litteris*, adjicio et intersero; quæ qui attente legerit, non tam mea quam sinicorum interpretum verba esse comperiet. Illas autem voces adventitias ac mere auxiliares, sensu semel intellecto, removere potes, et sic puram putam Mencii dictionem habere. v. g., p. 46 : (*sinica a dextra ad sinistram lege*)

	tchhi	*ouang*	*tche* *jao*	*tsou*
	phasianæ-aves	ibant	qui ligna	herbæ
		ouang	*tche*	*thou*
		ibant	qui	lepores

Scripsi : qui herbas, *aut* ligna *colligere volebant*, *eo* ibant. Qui phasianas-aves *aut* lepores *venari volebant*, *eo* ibant.

p. 66 :

tche	*koue*	*wei*	*so*
regnum	antiquum	dicunt	illud-quo

mou kao yeou wei fëi
arbores proceras habere dicitur non
tchhin chi yeou wei tchi
ministros generationum habet dicunt illud
wei tchi
dicunt illud

Scripsi : illud quo *homines* dicunt antiquum *esse* regnum *te docere expedit*. Non *quia* dicitur *regnum* habere proceras *ac annosas* arbores, illud *antiquum* dicunt; *sed eo quod* habet *optimos longo* generationum *ordine sibi succedentes* ministros, illud *antiquum* dicunt[5].

p. 81 :

cheou chi
conservare generationes

Scripsi : *regnum à majoribus transmissum per* generationes conservare.

p. 66 :

i chi tche keng
unum decem oi aratores

Scripsi : Aratores *e* decem *frugum partibus* unam *in tributum dabant*.

Hujusmodi loci paulo fusius explicati admodum rari sunt, et verbum verbo, servata tamen latini sermonis claritate, quam sæpissime redditur ; ita ut vir quilibet, vel in sinicis maxime peregrinus, vernaculam Mencii versionem, dicendi genere concinnam et textui valde proximam, nostra editione usus, conficere possit. Quod nequaquam contigisset, si, Franciscum Noël imitatus, *auctoris menti*, ut ipse ait, *non*

(5) Præcipuos trium tantum capitum errores indicare satis erit. *Cap.* I. *Not.* 75—98—100—129—148—162—176*a*—176*b*—178—179—183—237. *Cap.* II. *Not.* 6—9—11—24—41*a*—42—58*a*—63—

verbis, me adstrinxissem, commentariisque textui immixtis, paraphrasim magis quam interpretationem edidissem.

Ut sileam de innumeris erroribus (5) quibus scatet prædictum opus, unum e millibus afferam exemplum, quo pateat, quam mendax, quam redundans sit Noëliana interpretatio. P. 4 §. VIII.

yun chi
thaï lîng chi king 1
tchi ing tchi king 2
tchi koung min chu 3
tchi tchhing ji pou 4
ki ve chi king 5
laï tseu min chu 6

yeou ling tsaï ouang 7
fo yeou lou yeou 8
tcho tcho lou yeou 9
ho ho niao po 10
tchao lîng tsaï ouang 11
go iu jin ou 12

Carmen ait:

1 Delineando inchoat Spiritûs turrem.
2 Delineata illa, descripta illa,
3 *Populus extruens eam,
4 Non die absolvit eam.
5 Delineando inchoans (*aiebat*) ne celeriter.
6 *Populus filiorum-instar venerat.
7 Rege stante-in Spiritûs septo,
8 Cervæ, cervi quiete recumbebant,
9 Cervæ, cervi *pinguedine-nitebant,
10 Candidæ aves *pennis-splendebant.
11 Rege stante-ad Spiritûs stagnum,
12 Quam multi pisces subsiliebant!

65—70—77—96*a*—103—109—118*b*—119—121—136—143—144—156—162—166—168—172—182—185*b*—188—190—194—197—204—206—212—213—223—231—236—237—240—245. *Cap.* III. *Not.* 17—18—20—23—30—47—47*a*—49—50—53—55—57—58—86—92—94—98—101—119—125—144—145—173—182—183—185—196—198—202—211—223—230—231—234, etc., etc.

Audiamus Franciscum Noel:

Jam vero quod sapiens princeps possit his oblectari, testatur liber Carminum tom. Ta ya, *odâ* Lim tay, *ubi agens de sapiente principe* Wen wam *sic ait :*

1 *Postquam princeps* Wen wam *turritam speculam, postea dictam spiritualem, ad regni custodiam, ad loci ornamentum, ad oblectationes spectantium, et ad faciendas cœlestes observationes statuisset erigere;*

2 *Vix prima ejus delineamenta proposuerat,*

3 *Cum subito omnis populus accurrens, exoptatum opus aggressus est,*

4 *Et intra brevissimum tempus omnino perfecit.*

5 *Dum prima delineamenta ac dimensiones princeps proponebat; non est, inquiebat, properatu opus;*

6 *Sed contra populi properantes, tanquam filii ad opus patris celeriter absolvendum, certatim undique advolabant.*

7 *Toto opere sic celerrime confecto, postea princeps* Wen wam *in septo, quod spirituale etiam vocatum fuit, circumquaque ad turritam speculam sito, sæpius animi relaxandi causâ exspatiabatur;*

8 9 *Et modo cervos cicures placide et absque ullo metu quiescentes, formosaque pinguedine spectabiles;*

10 *Modo volitantes ciconias, miro plumarum candore collucentes, non sine magna animi sui voluptate aspiciebat.*

11 12 *Exinde ad stagnum, quod spirituale etiam nuncupatum est, innumeris piscibus ubique amœnissime subsilientibus refertum pergebat.* Ita liber Carminum.

Quædam denique, notatu utilissima, exponam:

1° Numeri in superiori pagina uncis inclusi, sinici textus paginas versioni latinæ respondentes indicant.

2.° Signum ¶ incipere monet textus sinici paginas, quæ supradictis numeris intra uncos inclusis indicantur.

3.° Ubi unam vocem sinicam nonnisi duabus, tribus pluribusve vocibus latinis convertere licet, eas ductâ lineolâ conjungo; *ex. gr.* p. 1. *Seou* venerabilis-senex; p. 16 : *Hien* præcipitant-in-foveas; p. 120 : *Tchhen*, exigere-pretium-pro-tabernarum-locatione.

4.° Ubi duas voces sinicas uno tantum verbo convertere commodius vel necessarium est, huic verbo asteriscum (*) præfigo. *v. g. Thian hia* *imperium, pro : *τὸ cœlo subjectum* (le dessous du ciel); *Thsi chi* *septuaginta, pro : *septem decem*.

5.° Ubi duas voces sinicas, in unum sensum coalescentes, duabus vel tribus vocibus latinis interpretor, singulas, præfixo asterisco, ductâ lineolâ conjungo, ita ut unius verbi munus obire, et tamen duas voces sinicas repræsentare videantur. *v. g. Ho-ho*, * pennis-splendentes. — Quod accidit præsertim, quando in eumdem sensum recidunt duæ voces, quæ, singulatim e verbo expressæ, versionem minus sinceram vel prorsus aliam offerrent. V. g. p. 131 : *Yeou-yeou-jan*, ** *vultu-contento-et-sereno*.

6. Ubi tres voces sinicas, e quibus conjunctis unus et idem elicitur sensus, unica voce pluribusve interpretor, duos illis asteriscos præfigo. *v. g.*, p. 65 : *Jou-tchi-ho*, ** quomodo; p. 44 : *Hin-hin-jan* ** festivi-et-alacres.

7.° Circulus (°) genitivi, præteriti et futuri notam, particulasque mere relativas, expletivas, finales, interrogativas, admirativas, etc., repræsentat.

Hæc sunt, quæ, pro tenuissimis ingenii viribus, exsequi conatus sum. Utinam viri linguæ sinicæ periti et arbitri, quorum, sed longo intervallo, vestigia sequor, monitisque parere semper gaudebo, huic meo asiaticorum studiorum specimini benigne arrideant, et lapsus, qui tironi procul dubio exciderunt, æqua bonaque mente condonare dignentur.

(i)

MENCII

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Tractatûs Liang Hoeï Wang pars prior.

§. I. ¶ MENG TSEU (1) invisit *regni* (2) Liang *principem* (3) Hoeï Wang.

§. II. Rex ait : Venerabilis-senex (4), *cum*, non existimans-longinqua (5) mille li °, veneris, *numquid* etiam (6) * haberes *aliquid* ad afferendum-lucrum meo regno °?

(1) D :Tunc temporis, Meng tseu timens ne sublimem de regnandi arte doctrinam inaniter profunderet, non adibat regulos, nisi eum priores adiissent, vel ad se vocassent. Idcirco principem Hoeï Wang, non sponte suâ, sed urbanâ ejus invitatione accitus invisit.

(2) G : Ta (1,797) Liang, regni Weï (12,764) metropolis.

(3) G : *Vivus* vocabatur Ing (8,113) ; mortuo impositum est nomen Hoeï Wang, *i. e. beneficus princeps.*

(4) C : Antiqui verbum *seou*, sæpissime, non ætatis sed honoris causâ, adhibebant. *Li* trecentis cubitis, cubitus sex pedibus æquivalebant (D). *Li* gallicæ *Leucæ* decima fere pars est.

(5) F : Ex regno Tseou (11,249) in regnum Weï (12,764) venerat. — E : à regno Thsi (13,239).

(6) A : Numquid * haberes eximia consilia, optimasque prudentiæ artes ad... G : Vult regnum locupletare ac armorum potentiâ roborare. D : Tunc temporis, recta imperandi norma spreta lau-

§. III. Meng tseu respondens ait : Rex quid necesse-est loqui-de lucro? Etiam (7) habeo humanitatem *ac* æquitatem, et nihil-amplius °.

§. IV. *Si* Rex dicat (8) : Quomodo *agam* ut lucrum-afferam meo regno? * Præfecti dicent : Quomodo *agemus* ut lucrum-afferamus nostræ Familiæ? Litterati *et** plebei-homines dicent : Quomodo *agemus* ut lucrum-afferamus * nobis? *Si igitur* (9) superiores *et* inferiores sibi-invicem surripiant lucrum, tunc (10) regnum periclitabitur °. *In* decies-mille (11) quadrigarum ¶ ° regno, qui oc-

guebat, ac homines cupiditatibus excæcati, omnem scientiam in quærendâ utilitate collocabant. Unde Hoeï Wang, viso Mencio, in hæc erumpit. — H : An existit aliquid ..? Existit (*il y a*) humanitas..

(7) E : Ego etiam habeo humanitatis ac æquitatis documenta, *quibus feliciter usus, tuo regno lucrum-afferre poteris*; præter hæc nihil dictu utile novi (F). - C : Humanitas est virtus quâ quis alios homines diligit; æquitas, est illa cœlestis prudentia quæ animum regit, res in rationis lance ponderat, *ac nos hominis et civis officia rite explere docet.*

(8) E : Si Rex me interrogans dicat : quomodo agam ad lucrum afferendum regno meo, tunc (B) Præfecti (*Vid.* not. 13) eum imitati profecto me interrogabunt dicentes.-Mallem : *secum loquentes* dicent.

(9) F : Si superiores inferioribus, si inferiores superioribus lucrum præripiant. — H : Per *superiores* indicat Hoeï Wang, per *inferiores* indicat Præfectos, litteratos et plebeios homines.— G : Mencius exponit acerbas calamitates, quæ principes lucri avidos manent, ut perspicue explicet priorem sententiam : *Quid certe loqueris lucrum?*

(10) G : Princeps eo deveniet ut vitâ et sceptro spolietur.

(11) G : Loquitur de Imperatore qui ex suo territorio, mille Li in circuitu complectente, decies-mille belli currus educebat. A : *Talibus discordiis grassantibus*, mox audies decies-mille quadrigarum regnum, si forte aliquis inveniatur qui interfecerit ejus principem, conclamare istum certe non esse alium quam mille quadrigarum Fa-

cidit ejus principem, certe *est* mille quadrigarum ° Familiæ *Regulus; in* (12) mille quadrigarum ° regno, qui occidit ejus principem, certe *est* (13) centum quadrigàrum ° Familiæ *Regulus. Ex* decies-mille assumere (14) mille °, *ex* mille assumere centum °, non est non multum °.

Si *vero semel* * post-habeant æquitatem et ante-*habeant* lucrum, nisi *principem* spoliaverint, non satiabuntur.

§. V. (15) Nondum exstitit *vir* humanus °, qui dereliquerit suos parentes °; nondum exstitit *vir* æquus °, qui post-*habuerit* suum (16) principem °.

miliæ regulum ; cum enim, per hanc necem, decies mille quadrigas lucretur, non potest à tanto scelere abstinere. — Eodem modo explicanda sqq. : *in mille quadr. regno*.. Ex B. C. E. similis sensus eruitur.

(12) G : Intelligit regulos Imperàtori subjectos.

(13) G : Intellligit primarios Præfectos Regulis subjectos.

(14) *Assumere*, i. e. *τὸ assumere;* Vers. Tartarica : *Gaidchara be.* — Non est non multum, i. e. parum non est. G : Cum Regulus Imperatoris quadrigarum (*seu* redituum, E.), primarius Præfectus Reguli quadrigarum decimam partem accipiant, uterque adhuc magnam sortiti esse potentiam censendi sunt. Si vero discant a te lucrum æquitati anteponere.. Ad verb. (juxtà Vers. Tart. *Aika dchourgan be amala, aisi be dchouleri oboure otsi*) *Si faciant* vel *ponant æquitatem post et lucrum ante.* — A : Cum te tantis periculis objiciat lucri cupiditas, quomodo ab eo appetendo non abhorreres !

(15) F : contra quanta est humanitatis *ac* æquitatis colendæ utilitas !

(16) A : Nunc vero si cupias laudabile regimen auspicari, solummodo loquere de humanitate et æquitate, ut homines tuis sermonibus commoti, diligant parentes ac *te* suum principem revereantur.

§. IX. (33) *Liber Annalium, cap.* Thang Chi, ait: « Iste » (34) Sol quando *tandem* occumbet? *Tunc* nos *libenter* » * tecum (35) unà occumbemus. » *Quando igitur* populus cupit cum eo (36) simul occumbere, quamvis habeat turrem, stagnum, volucres *et* feras, quomodo potest solus lætari°?

(33) Contra sapientia carens (i. e. sævus) princeps, quamvis habeat turrem, stagnum et feras, non potest iis vere delectari. Quod quidem videre est ex libro Annalium Imperialium, cap. Tang Chi.

(34) *Iste Sol.* In hoc loco explicando dissentiunt interpretes. —G : *Imperator* Kie (4,220) de se dicebat : ego habeo imperium sicut cœlum habet Solem ; Sole extincto tunc et ego extinguar. — Populus illius tyrannidem aversatus ironice utitur ejus verbis, atque eum indicans ait : Iste Sol , quo tempore occumbet! Ubi occubuerit , tunc nos libenter cum eo simul occumbemus. — E : Cum Imperator Kie (4,220) tyrannice regnaret, populus cupiebat cum optimo Tchhing Thang (5,124) illum simul aggredi, atque è medio tollere. Unde Thang, coram populi multitudine , animi consilia aperiens , ait : Iste Sol , *exosus* Kie , debet *tandem* magno *casu* extingui ; ego cum vobis simul *incedo ut* extinguam eum. (3,909-3,864-4,220-6,232-1,797-5,156-3,177-8,702-1,843-9,647-615-2,678-5,156-41.)

(35) G : *Tecum,* i. e. cum Kie. Cum Thang apud interpretem E loquatur, si illius sensum admittas, *ki jou* (1,092-1,843) referatur ad populum necesse est.

(36) A : *cum eo ,* i. e. cum Kie. — E : *cum eo*, i. e. cum Impera-Thang eorum vindice. —J. Ego , *cum eo,* non ad Kie vel Thang sed ad quemvis principem sic referendum censeo: *Quando igitur princeps tam sævo regimine grassatur ut* populus cupiat cum eo.. — C : Ex allato Annnalium loco patet , principem , si solus lætari velit ac populum , fame et frigore languentem non miseretur, eò citissime deventurum ut populus cupiat cum eo occumbere. Quamvis igitur habeat turrem , aves volucres et feras , quomodo poterit iis solus lætari! — Longe aliter E : Cum Imperator *Kie* sapientiâ careret, populus cupiebat eum cum Tchhing Thang , facto im-

§. X. Liang *regni princeps* Hoeï Wang ait : *Ego* (37) exiguus vir ° in regno ° (38) exhaurio cor *meum* °°°. *Si* fluvii (39) *pars*-interior ¶ fame-laboret (40), tunc trajicio hujus *loci* populum in fluvii *partem*-orientalem, *et* transveho ejus (41) milium in fluvii *partem*-interiorem. *Si* fluvii *pars*-orientalis fame-laboret etiam eodem-modo *ago*. *Sed cum* (42) perpendo vicinorum regnorum ° regimen, nullus-est *in eis princeps* qui sicut *ego* exiguæ *virtutis* vir ° exhauriat cor *suum*. Vicinorum regnorum ° populus non auget *suam* paucitatem (43), *ac mei* exiguæ *virtutis* viri ° populus non auget (44) *suam* multitudinem ; quomodo *hoc fit*° ?

§. XI. Meng tseu respondens ait : Rex, amas præliari.

petu, aggredi. Quamvis igitur habuisset turrem, stagnum et feras, quomodo potuisset iis solus lætari !

(37) G : i. e. exiguæ virtutis homo ; sic se vocant Reguli.

(38) F : In regno administrando.

(39) G : Fluvii pars interior, fluvii pars orientalis, erant duæ regni Weï (12,764) regiones.

(40) F : Ac feliciter contingat ut fluvii pars orientalis maturis frugibus abundet.

(41) B : Transveho ex fluvii parte orientali milium, in fluvii partem interiorem, ut alam senes et debiles puellos qui transmigrare non valent.

(42) E : Dum perpendo vicinorum Regulorum, (F) in sterilibus annis, agendi rationem, nullum inter eos invenio qui (C) esurientelargiatur alimenta, ac, sicut ego, exhauriat cor suum.

(43) C : Quapropter nonne æquum est ut populi, *tam benigno regimine destituti*, vicina regna deserant, atque ad me confugiant ; attamen...

(44) Cum tantam sublevandæ fami diligentiam adhibeam, nonne æquum esset ut populus meus, gentibus vicinis affluentibus, in dies augeretur ; attamen...

liceat ex præliandi-*arte* similitudinem-assumere (45). * Cum-tympani-sonitu pugna-committitur *. *Innumeræ* armorum laminæ postquam inter-se-consertæ-fuerunt, *devictorum alii* relicta lorica, trahendo arma ° fugiunt (46); quidam *usque ad* centum passus *progrediuntur* (47), et deinde consistunt; quidam *usque ad* * quinquaginta passus (48, et deinde consistunt. *Si vero isti* propter * quinquaginta passus derideant *socios ad* centum *usque* passus *progressos*, *tunc* * quid *censes* (49)?

R. ait : *Id eis* non licet. Solummodo non *progressi sunt usque ad* centum passus °. Isti etiam fugerunt °.

M. ait : Rex, si scias illud, tunc ne speres populum ° multiplicandum-fore magis-quam *in* vicinis regnis ° (50).

§. XII. *Si* non ponatur-obex rei-agrariæ temporibus,

(45) Meng tseu hæc ait ut vicinos Regulos, erga populum immites, conferat cum Hoeï Wang, qui, ob exiguum beneficium (not. 39), suam misericordiam superbe jactat. Cum neque hic neque isti calleant veram, quâ floruerunt prisci imperatores, populum alendi artem, existimat neutri licere alium deridere, ac *se illi anteferre*.

(46) H : Victi, abjecta lorica, arma manu raptim vehunt, ut facilius fugiant.

(47) C : Alludit ad vicinos Regulos qui populi infortunia non miserantur. — D (pag. 16) : Sex cubiti *seu* tchhi (1,131) uni passui æquivalebant.

(48) C : Alludit ad Hoeï Wang qui exigua tantum beneficia conferre valet.

(49) C : Hoeï Wang qui modo superbe effutiebat, vicinos inter Regulos, nullum esse qui ipsius misericordiam assequeretur, similis est militi, qui quinquaginta passus fugâ emensus, socios ad centum usque passus progressos derideret. Ut enim in bello, miles qui proxime vel longe fugit, ita in regimine princeps qui exiguum vel nullum populo confert beneficium, eodem contemptu notati vilescunt.

(50) F : i. e. si tibi compertum est, non licere *militibus* quinqua-

(51), fruges non poterunt consumi esu ° (52). *Si* rara (53) retia non ingrediantur stagna *et* vivaria, pisces *et* testudines ¶ non poterunt consumi esu °. *Si* *securis in tempore *opportuno* (54) ingrediatur montes (55) *et* silvas (56), materiarium lignum non poterit consumi usu °. *Cum* fruges et pisces *ac* testudines non possunt consumi esu, *et* materiarium lignum non potest consumi usu, illud efficit *ut* populus alat vivos, *et* parentet mortuis *sine-querela °. (57). *Si populus* alat vivos *et* parentet mortuis *sine-querela, *illud est optime* regnandi rationis ° principium ° (58).

genta *tantum* passus *fugâ emensis, socios ad centum usque* passus *progressos* deridere, tunc ne speres populum tuum magis quam in vicinis regnis multiplicandum fore. (E) Quamvis enim, sterilitatis tempore, in fertiles terras transvehas populum, ac senibus milium afferri jubeas, dum quotidie bellaci cupidine abreptus, subditorum vitam hostilibus armis exhauris, nonne vicinos tyrannos regiminis sævitate refers. (C) Si vero cupis *cor tuum in regno tuo vere effundere*, optimam priscorum Regum normam assequi, populumque, vicinorum regnorum accessione, in immensum augere, quid facto opus sit audias velim.

(51) G : Vere aratur, in æstate evelluntur zizania, in autumno messes colliguntur.

(52) G : I. e. abundabunt.

(53) G : Olim lege sancitum erat ut retium maculæ tribus pollicibus latæ forent, pisçesque cubitum longitudine non assecutos, neque in foro vendere, neque domi comedere liceba t.

(54) F : Quando arida arborum folia decidunt.

(55) C : Montes arboribus consitos.

(56) C : Silvas quæ in plano multâ arborum luxurie exuberant.

(57) F : Abundabit cibis ad alendum vivos, et lignis ad exstruendum mortuorum feretra, nec se aliquâ re, ad hæc obeunda, carere queretur.

(58) C : *Si illud efficias*, tunc populi amore nixus, leges constituere, ac morum documenta cum fructu tradere poteris.

§. XIII. *In* quinque jugerum °domo (59), *si terra* conseratur ° ex moris, * quinquagenarii° (60) poterunt ut vestiantur sericis *pannis* °. Gallinas, porcellos, canes, *et* suès-feminas ° alendo, *si* non prætermittatur eorum tempus (61), * septuagenarii ° poterunt ut comedant carnem °. *Ubi quis habet* centum jugerum ° agrum (62), *si* non surripiatur ejus tempus (63), multarum buccarum ° familia poterit ut non esuriat °. (64) *Si* invigiletur * collegiorum ° (65) educationi, *si in eis* iterum-atque-iterum-doceantur *alumni* ° secundum *præclaram* pietatis *atque* erga-fratres-majores-et-seniores-observantiæ ° æquitatem, (66), * semicani ° non ferent-super-humeros, *non* ferent-

(59) Singulis viris, præter centum jugera aranda, tribuebantur quinque jugera ad exstruendam domum. Porro Mencius censet terram infra domus parietes circumjacentem, conserendam esse moris ad alendos bombyces. — G : Non licebat in mediis campis plantare arbores, ne variis granorum messibus officerent.

(60) F : Qui jam annis fracti, frigore torperent — Poterunt ut comedant, i. e. poterunt comedere.

(61) F : Si incubandi ovis, ac fœtus concipiendi tempus non prætermittatur.

(62) D : Olim cubiti sex uni passui, centum passus uni *meou* (624) seu uni *jugeri* æquivalebant.

(63) *Si Princeps agricolas assiduâ operarum præbitione* (*gallice* des corvées) *non detineat*, neque ipsis (F) arandi, zizania evellendi et metendi tempus eripiat.

(64) F : Vera populum alendi et vestiendi normâ potitus, facillime poteris subditos, *jam firmo amore tibi devinctos* (B), litteras, honestatem, æquitatem et (E) musicam docere.

(65) E : *Tsiang* et *Siu* collegiorum nomina. Sub Imperatore In (4,750) dicebantur *Tsiang*, sub *Tcheou* (1,187) dicebantur *Siu*.

(66) A : Iis virtutibus sua inest æquitas ; *quid enim æquius quam parentes suos diligere, fratribusque majoribus et superioribus cum ob-*

in-capite *onera* (67) per itinera *et* vias °. *Si igitur* * septuagenarii ° vestiantur sericis *pannis*, *et* comedant carnem, *si* nigris-capillis populus (68) non esuriat neque algeat, (69) *pax felicitasque publica florebunt; vir enim* qui ¶ sic *egerit* et *tamen* non *vere* regnaverit, nondum ° exstitit.

§. XIV. Canes *et* sues-feminæ devorant hominum alimenta (70), et non scis *iis* parcere. *Si in* viis inveniantur *homines* * fame-enecti, tunc non scis *publica horrea* aperire. *Quando vides* homines *inedia* mortuos, tunc ais: Non ego ° (71), *sed* anni *sterilitas eos oppressit* °. *In* hoc numquid differs à *viro* perfodiente hominem, ac, occiso illo, dicente, non ego °, *sed* gladius ° (72). Rex, *si* non inculpes annum, statim * Imperii ° populi *ad te* accurrent (73) °.

neratione obsequi. — *Ti* (2,861) non solum fratrum minorum erga fratres majores sed etiam cujuscumque erga seniores et superiores observantiam, significat (G).

(67) A : Robusti adolescentes seniorum labores levare gestient.

(68) G : Juvenes validi.

(69) G addit : Si ipsis vestes ac alimenta non suppetant, *dum summam iis comparandis curam tempusque impendent*, non poterunt honestatem et æquitatem excolere. Si vero satures et calidis vestibus circumdati educatione careant, tunc a brutis animantibus non multum discrepabunt.

(70)? Tu vero adeo non calles subditos alendi artem, ut contra innumeris suibus et canibus quos alis, eorum alimenta devoranda permittas. — *Iis*, i. e. alimentis.

(71) A, B : Non quod ego non *exhauserim cor* meum, sed quia anni sterilitas eos oppressit.

(72) C: Gladius non magis potest hujusce necis, quam anni sterilitas populi interitûs accusari; utrumque crimen, in virum gladio usum, et in principem immiti regimine sævientem rejiciendum est.

(73) F : Si igitur velis resipiscere, ac benignum humanumque

§. XV. Liang *regni princeps* Hoeï Wang ait (74) : *Ego* exiguæ *virtutis* homo exopto firmo-*animo* accipere *tua* præcepta.

§. XVI. Meng tseu respondens, ait : Occidendo (75) hominem cum baculo vel *cum* ense, existit*ne aliquid* unde differat °?

R. ait : Nihil-existit unde differat °.

§. XVII. *M.* Cum gladio vel *cum immiti* regimine, existit*ne aliquid* unde differat °?

R. ait : Nihil-existit unde differat °.

§. XVIII. *M.* (76) *In* culinâ sunt pingues carnes (77), *in* equili sunt pingues equi, *in* populi *vultu* est famis color, *in* campis-extra-urbem-positis sunt homines * inediâ-

regimen exercere, tunc non solum vicina regna populi multitudine superabis, sed etiam omnes imperii gentes tua jura accipere festinabunt.

(74) C : Rex his Mencii verbis commotus ait : Mihi tandem compertum est (*Vid. not.* 39 *et sqq.*), satius esse veram regnandi normam amplecti, quam beneficia adeo exigua conferre. Cum vero innumera sint hujusce præclaræ artis principia, illa iterum mihi fusius et clarius aperias velim.

(75) Noël : Estne discrimen inter eum qui baculo et inter eum qui ense alium occidit? Præstat dicere juxta Tart. vers. *nialma be moukchan, dcheïngue i ouarangge*, Tò homines *cum* baculo *occidere et* Tò *homines* cum ense occidere suntne res dissimiles?

(76) F : Si scias immite regimen, æque ac baculum aut ensem, mortem inferre, *viroque hoc* vel *illo in alios sævienti turpem inuri infamiæ notam*, quidni tuum regimen citò in melius convertis, *ac humanitate temperas?*

(77) Nunc vero ad alenda animalia gravibus tributis populum premis.

enecti ; illud *est* ¶ impellere (78) feras ad devorandum homines °.

§. XIX. *Quando* feræ aliæ-alias devorant (79), adhuc homines oderunt eas : *si vero princeps*, existens populi pater *et* mater (80) ad exercendum *pium* regimen (81), non parcat ab impellendo animalia ad devorandum homines, in-quo consistet *præclara* ejus (82) *agendi norma, quâ dicatur* esse populi pater et mater °?

§. XX. *Confucius aiebat : « Qui cœperunt facere statuas-ligneas (83), *nonne* ipsi caruerunt posteris °? » Quia ipsi imitando-effinxerunt homines, atque adhibuerunt eos ° (84). ** Quomodo *habuisset eos !* ipsi *enim* efficiunt *ut* extemplo populus esuriat ac pereat ° (85)?

(78) F : Qui sic impellit animalia ad devorandos homines, nullo modo differt ab eo qui baculo vel ense alium occidit.

(79) E : Quando tigres et lupi devorant boves et agnos (B) qui ejusdem speciei sunt.

(80) E : Quanto majori odio dignus erit talis princeps.

(81) C : Ad alendum hunc populum.—E : Si ipse in exercendo regimine (618-3,819-9,658-3,730).

(82) Ad verb. in quo consistit τὸ ejus esse populi pater et mater, i. e. quomodo habebitur, etc. *Tart. vers., odchorongge*, τὸ εἶναι. — E, qui sic regnat non dignus est qui habeatur populi pater et mater.

(83) G : Olim conficiebantur stramineæ hominum figuræ quæ defunctorum funus comitabantur ; sed humanam effigiem parum referebant. In mediâ antiquitate, earum loco adhibitæ sunt ligneæ figuræ, quæ vultum et oculos habebant, occultisque organis movebantur ; istæ ad perfectam hominum similitudinem maxime accedebant.

(84) G : Quia nempe verum pietatis et commiserationis sensum non ostendebant ; ideo eos oderat Confucius ac dicebat eos meruisse ut posteris carerent. — E : deinde Mo Koung (7,228-612) regni Tsin

§. XXI. Liang *regni princeps* Hoeï Wang ait (86): Tsin regno, *in* * Imperio nullum *olim* potentius-erat °. Venerabilis-senex °, *illud est* quod scis °. *Ubi vero* devolutum-est-ad *mei* exiguæ *virtutis* viri ° personam, *in*-oriente profligatus-sum à *regno* Thsi, *et* natu-major filius occubuit °; *in*-occidente amisi ditionis *meæ*, *victus* à *regno* Thsin, * septingenta Li; *in*-australi-*parte* ignominiâ-affectus-sum à *regno* Thsou. *Ego* exiguæ *virtutis* vir erubesco his *cladibus*, optarem*que*, propter *eos* qui perierunt, semel eluere illud *dedecus*. ** Quid *suades ut* tunc possim (87)?

(7,151) incola, homines vivos funera comitantes induxit. Ideo dicitur: ipsos caruisse posteris.

(85) *Ipsi* ad prædictos artifices referri potest. Vid. *addenda*. — (B): illi homines morte non afficiebant, sed (G) tantummodo hominum simulacris in funeribus utebantur. Si Confucius eos adhuc oderat, quanto majori odio prosecutus fuisset principes qui sic populum fame cruciant atque ad exitium detrudunt.

(86) A: In pristinorum regum tempore. — G, olim Regnum Tsin (3,920) divisum fuerat in tria regna, nempe in regnum *Han* (12,137), à cognomine ducis *Han*, in regnum *Tchao* (10,588), à cognomine ducis *Tchao* et in regnum Weï (12,764), à cognomine ducis *Weï*; hæc regna cognominabantur tria *Tsin*, ideo Hoeï-Wang suum *Weï* adhuc vocat *Tsin*. Cùm *Hoeï Wang* in trigesimo (*regni sui*) anno esset, regni Thsi (13,239) Regulus expugnavit Weï, profligavit ejus exercitum ac filium Chin (6,173) regni hæredem captivum abduxit. Decem annis elapsis, regni *Tsin* (3,920) Regulus occupavit in regno Weï terram *Chao Liang* (2,204-4,257). Deinde *Weï* (C) terras in occidentali fluvii parte sitas sæpius ad redimendam pacem (G) victori obtulit. Præterea adversus regni *Tsou* (4,379) militiæ ducem *Tchao Yang* (39,08-11,809) decertans, profligatus est, ac septem sui regni oppida ab eo diruta vidit.

(87) Illud dedecus abstergere. — (87*a*) Mencius (E) alludit ad Wen

§. XXII. ¶ Meng tseu respondens ait : *In* terrâ *quæ* in-circuitu centum Li *complectitur*, tamen licet ad regnandum (87 *a*).

§. XXIII. Rex, si exeras humanum regimen erga populum, *si* imminuas pœnas *et* supplicia, *si* alleves tributa *et* vectigalia, *populus* profunde arabit, *et* * diligenter-evellet-zizania (88). Juvenes °, in otii diebus, excolent *suam* pietatem, observantiam-erga-fratres-majores, cordis-integritatem, *et* verborum-veritatem; domi, per *eas* (89) inservient suis patribus *et* fratribus-natu-majoribus; foràs per *eas* inservient suis senioribus *et* superioribus. *Tunc* poteris efficere *ut* conficiant (90) *sibi* baculos (91) ad percutiendum Thsin *et* Thsou ° *militum* duras loricas, *et* acuta arma °.

§. XXIV. (92) Isti surripientes suorum populorum tem-

Wang.— G, centum *Li* sunt exiguum regnum; si tamen illius princeps possit exercere humanum regimen, tunc super omne Imperium jura proferet. (A) Porro si hæc cum paucis viribus, quantò magis cum validis regni tui copiis patrare licet.— B, Regnum Liang complectebatur mille *Li*.

(88) G: Tunc populus poterit omnes vires agriculturæ impendere, ac adhuc inveniet otii dies ad colendam honestatem et æquitatem. Inde venerabitur principem, diliget superiores ac gaudebit *pro eis* mori.

(89) F: Per eas *virtutes*.

(90) A, F: Manu corripiant.

(91) E: Quando omnes harum virtutum numeros continebunt, tantà accendentur fortitudine ut quamvis fragilibus baculis armati, audeant adversus milites loricarum et gladiorum vallo circumdatos impetum facere. Cur igitur (E) quereris te non posse pristinarum cladium ignominiam abstergere?

(92) F: Quid autem ita facile erit militibus tuis fragili baculo

pus (93), efficiunt *ut* non possint arare *et* zizania-evellere ad alendum suî patrem *et* matrem. *Inde* pater *et* mater algent *atque* esuriunt, fratres*que*-natu-majores, *et* fratres-natu-minores *cum* uxoribus *et* liberis *à parentibus* sejuncti *huc illuc* disperguntur (94).

§. XXV. Isti præcipitant-in-foveas, *atque* in-aquam-demergunt (95) suos populos. Rex, *si* incedas (96) ad debellandum eos, ° quisnam adversus Regem bellum-geret?

§. XXVI. Itaque dicitur : *princeps* humanus ° non-habet adversarios (97). Rex, quæso, ne cuncteris (98).

§. XXVII. ¶ Meng tseu *alio die* invisit *regni* Liang *principem* Siang Wang.

Egressus compellans*que* viros ait : *ubi* eminus-aspexi illum, non similis-visus-est viro principi; *ubi* accessi-ad eum°, non vidi *eam habitûs majestatem* quam quis revere-

instructis *Thsin* et *Thsou* (3,920 et 4,379) militum valida arma retundere, breviter aperiam.

(93) E: Immites regnorum Tsin et Thsou principes, populum suppliciis gravibusque tributis premunt, ita ut ipsi eripiant tempus variis agriculturæ laboribus opportunum.

(94) Victum aliunde quæsituri.

(95) G: Verba *Hien* (11,805) præcipitare in foveas, et *Ni* (5,149) immergere in aquas, tyrannicum regimen exprimunt.

(96) G: Si hunc Meum, i. e. quem præceptis meis obsequendo tibi arctissime devinxeris populum, principi devotissimum, ac suorum superiorum amantem, tecum deducens, incedas ad plectenda istorum tyrannorum scelera, tunc regnorum *Thsin* et *Thsou* populi extemplo irâ et furore in eos accensi, sese nobis submittere gestient. Quinam Regi eos liberaturo obluctari sustinebunt?

(97) G: Antiquum proverbium.

(98) F: Cum tibi compertum sit, principem humanitate præditum posse, vel cum centum Li, ad universum imperii dominium assur-

tur°. *Ex-improviso (102) *me* interrogans ait: *Imperium * quomodo stabilietur (103)?

Ego respondens dixi : Stabilietur per unitatem (104).

§. XXVIII. *R.* Quis poterit unire (i. e. unum-facere) illud (105)?

gere, ne *moreris*, regiminis tui sævitiam in pietatem ac misericordiam convertere. — E : *wou keng tchhi* (5,454-4,017-1,1144) *ne muteris tardius.* Perperam Noël : *Rex pius et clemens nullum sibi habet adversarium : ne de hoc dubites velim.* In eum enim sensum quem refellunt sinici Interpretes, incidit. C : verba *ne dubites* non significant, ne dubites virum pium nullos habere adversarios, sed, ne dubites de meis verbis quibus modo asserebam centum stadia sufficere, ut quis universum imperium sub leges suas mittat.

(99) G : Regis Hoeï Wang filius ; ejus *Ming* (11,142) erat *He* (10,549). — H., Cum Mencius Hoeï Wang ad humanam regiminis normam perducere nequivisset, filium ejus adit, sperans illum saltem sua cum fructu hausurum documenta.

(100) *Tchhou* (735) non significat « *digressus ab alloquio et aula* » *egressus,* » ut interpretatur Noël, sed (H) : ille reliquit ejus regnum et exiit finibus.

(101) A : Mencius ex principis Siang Wang vultu et corporis habitu, (G) certissimo sensuum internorum indicio, (A) comperiens illum humanum regimen nequaquam amplexurum, illico discedit.

(102) E : Ex abrupto, non sequendo rerum ordinem. D : præcipites loquelæ animum incompositum atque instabilem produnt.

(103) G : Nunc varia regna inter se armis disceptant, ac omnia cædibus miscent ; quomodo, et (H) quid agendo imperium redivivâ pace stabilietur?

(104) *Unitatem,* i. e. potentiarum coalitionem. — A : *Pi kouei iu i thoung* (2,728-4,673-3,829-1-7,852) *necesse est reverti ad unitatem,* (*to a whole,* à un tout, *Morris.*) — C : Imperii potentia inter varios

M. Respondens dixi : Qui non amaverit occidere (106) homines, poterit unire illud.

§. XXIX. *R*. Quinam poterunt se-subjicere illi (107)?

M. Respondens dixi : *In* * Imperio, nulli *qui* non se-subjiciant ° (108). Rex, novist*ine* hanc segetem (109 °? *Si in* septimi *aut* octavi mensis° (110) medio, siccitas-

regulos dividitur, ideo bella fervent; in unum coalescat, tunc (A) clypei lanceæque quiescent, et pax undique reflorebit. Si igitur aliquis princeps possit colligere divulsam imperii potentiam, ac solus rerum arbiter haberi, tunc edicta ab uno viro emanabunt, nec quisquam ejus jussis resistere audebit.

(105) H : Nunc temporis, regulorum quisque regit suum regnum, quisque sibi devinxit suum populum; cum autem potentia sit fere omnium eadem, quisnam eorum solus adversus alios insurgere atque varia imperii regna in-unum-conflare valebit? — Hunc locum longe aliter explicat E : quod stabiliet imperium consistit in unâ re, quæ est humanum regimen, etc. — Quisnam potest *hanc* unam rem facere, i. e. humanum regimen exercere?

(106) C : *Occidere*, hic dicitur non solum de eo qui utitur gladio, sed etiam de principe qui severioribus pœnis et gravioribus tributis populum opprimit.

(107) Nunc (F) imperii populorum quisque suo principi obsequitur. Quamvis exoriretur princeps qui homines occidere non amaret, quinam eorum hunc deserent, ut alieno adhæreant et se ei subjiciant?

(108) H : Nunc omnes imperii populi dirâ tyrannide oppressi gemunt; ideo principi pio et benigno se subjicere festinabunt.

(109) C : Mencius confert populum cum segetibus. Segetes factâ siccitate arescunt (A) fecundosque imbres sitiunt; populi, sub immiti regimine mœrore et laboribus tabescentes, *Principem benignum ipsos ad vitam revocaturum ardenter anhelant.*

(110) E : Familiæ Tcheou (1,187) ætate, septimus et octavus mensis, iidem erant ac Familiæ Hia (1,780) ætate, mensis quintus et mensis sextus, *nempe* Majus et Junius.

fiat (111), protinus seges arescit°. *Si vero in* cœlo * dense assurgant nubes, *et* * larga-effusione decidat imber (112), subito seges * resumptis-viribus resurgit°° (113). Ipsa * hoc-modo *resurgente*, quisnam potest retinere eam (114)? Nunc *vero* ° *inter Principes qui* * Imperii ° homines ¶ pascunt, nondum *ullus* est (115) qui non amet occidere (116) homines °. Si *quis* esset qui non amaret occidere homines, tunc * Imperii ° populi simul *avide* extenderent colla (117), *atque* è-longinquo-prospicientes-anhelarent eum ° (118). *Si* vere * ita *sit* °, populi se-subjicere illi *festinabunt*, veluti *exundantes* aquæ ° prolabuntur deorsum.

(111) H : Mencius siccitatis damna cum crudeli hujusce temporis regimine, segetes arescentes cum populo sub tyrannide languente confert.

(112) H : Fecundos imbres cum principe humano confert.

(113) H : Segetem resurgentem cum populo principi humano se subjicere festinante confert.

(114) *Vid.* not. 113.

(115) A : Imperii principes quorum officium est populum pascere atque alere, solummodo in contentionibus et præliis operam ponunt, ac populum in strictos hostium gladios propellunt.

(116) *Vid.* not. 106.

(117) H : Eum ipsorum principem fieri cupientes.

(118) H : I. e. Si vere ita extendant collum et anhelent eum.

(119) Secutus sum H : *Quisnam,* imperii regulos; *illos,* varios Imperii populos, indicant. — Quemadmodum supra, *quisnam potest impedire illud* (cho neng iu tchi) referebatur ad segetes quibuscum populos conferebat Mencius, sic in hocce loco, interpres E, verba *phei jan* (4,889-5,466) torrentis-instar, quodquidem proprie de fluctibus dicitur, et verba *quisnam potest impedire illud* (cho neng iu tchi) ad aquas quibuscum populos contulit Mencius, referre mavult : *Ubi* earum impetus, torrentis-instar, fertur, quisnam homo potest retinere eas?

*Ubi** torrentis-instar *certatim confluxerint*, (119) quisnam poterit retinere eos (120)?

XXX. Thsi *regni Princeps* Siouan Wang (121) interrogans ait : Thsi *regni Principis* Houan *Koung* (122) *et* Tsin *regni Principis* Wen *Koung*° res-gestas (123) *mihi ne* licet obtinendo (124) audire °?

Meng tseu respondens ait : *Inter** Confucii° discipulos (125), nullus-est qui narraverit *Principum* Houan *Koung et* Wen *Koung* ° res-gestas; * inde, cum * posteritati

(120) F : Ideo dicebam : In omni Imperio nullus est populus qui benigno huic principi se non subjiciat.

(121) Cum Mencius in regno Liang se nihil proficere videret, abiit in regnum Thsi (13,239), ubi Regulum Siouan Wang invisit. — G : Siouan Wang regis nomen familiæ, seu *sing* (1,892) erat *Thian chi* (6,170–4,820), ejus *ming* (1,142) erat *Pi kiang* (10,972–2,646.)

(122) G : Houan Koung (4,235-612) et Wen Koung (3,783-612) erant ambo Regulorum principes. — D, inter τοὺς quinque Archontes (*Pa*, 12,006), nulli suis præclare gestis, nulli suis sceleribus, illis famosiores exstitêre. *Ideo Mencius vult Siouan Wang, priscos Imperatores, non illos tyrannos æmulari.*

(123) H : *Sse* (64) indicat artes et solertia consilia quibus ambo Regulorum principes evasêre.

(124) Nempe obtinere *ut* audiam, i. e. audire.

(125) H : Confucii discipuli quos magistros sequor, veri regis normam (*ouang*) æstimabant, at regulorum-ducis (*pa*, 138) artes contemnebant. Idcirco, licet Houan koung et Wen koung, omnes Imperii regulos Familiæ Tcheou (1187) rebelles profligarint, illamque in ruinam jam sublabentem sustinuerint, nullus discipulorum Confucii eos prædicare ausus est, quia non humanitatem et æquitatem, sed solam potentiæ ostentationem spectabant.

(126) non-fuerint transmissa °, *ego tuus* subditus nondum eas audivi °. *Si* non desinas (127), tunc *nonne existit præclara* regnandi *norma* ° (128)?

§. XXXI. *R.* ait: *Principis* virtus * quomodo *esse debet*, *ut* tunc possit ad regnandum °?

M. ait: *Si* diligat (129) populum, tunc *quominus* regnet nemo * poterit impedire °.

§. XXXII. *R.* ait: Quoad *me* exiguæ *virtutis* virum °, possum*ne* ad diligendum populos °?

M. ait: Potes.

R. ait: * Unde nôsti me ¶ posse °?

M. ait: *Ego tuus* subditus audivi ° Hou He (130) *hæc* dicentem: « *Cum Rex* sederet in * aulâ (131), *forte* erant *viri*

(126) F: Mencius per *posteritatem* intelligit ætatem qua vivebat.

(127) H: Hic *i* (115) idem est ac *i* (2,395) *cessare, absistere.* Si non desinas me interrogationibus urgere..

(128) G: *Wang,* i. e. norma regnandi super omne Imperium. H: Illud est quod locuti sunt Confucii discipuli, illud est quod audivi et quod Regem audire decet.

(129) Perperam Noël: *Tunc universi populi ad eum accurrent ut filii ad patrem, nec ullus erit, qui possit eos retinere aut avocare.*

Locum nitide explicat Versio Tartar.: *irguen be karmakha de, khan odchoro be, iliboume moutarengge akô kai,* populum ut-filios-diligendo, τὸ regnare, inhibere potens non est, i. e. *nemo potest impedire quominus populum ut-filios-diligendo regnet,* nempe *quominus regnet, si diligat..* Noël in alio loco huic prorsus simili interpretando errorem quem refellimus feliciter effugit. *Vid.* Noël, Cap. II, §. 6, p. 252.

(130) E: Hou He unus ex ministris qui Regis lateri assidebant.

(131) H: *Thang* (1,633) aula in quâ princeps regni negotia admi-

» qui alligatum-ducentes bovem ° transibant *in* aulæ inferio-
» rem-*partem*. Rex videns illum, ait (132): Bos *ille* quo vadit
» (133)? Respondentes dixerunt: Jam-jam *occisuri sumus*
» *eum* ad illiniendam-sanguine *ejus* campanam (134). —
» Rex ait: Dimittite eum; ego *enim* nequeo-ferre ejus
» pavorem *et* tremorem, instar * innocentis *viri* ° petentis
» mortis locum. — Respondentes dixerunt: *si* hoc-modo
» *egerimus*, tunc *igitur ne* desistemus-ab illinienda-san-
» guine campana °? — *R.* ait: Numquid *hic ritus* potest
» omitti ° (135)? Cum ove permutate illum (136). » *Hæc Hou He*; *ego vero* * nescio *an vere hæc res* acciderit *nec ne* ° (137)?

§. XXXIII. *R.* ait: Accidit ° (138).

M. ait: Isti *pii benignique* cordis-*sensus* (139) sufficiunt ad regnandum ° (140). *Equidem* centum familiæ simul

nistrabat. Hæc aula in edito loco sita erat. — E explicat *thang* per *miao thang* (2,564-1,633), the hall *or* public room of a temple. *Morris.*

(132) H: Interrogat eos qui bovem alligatum ducunt.

(133) F: Æque dici potest: *Quo vadit?* et *ad quem usum?*

(134) A: Quoties campana ex ære recens fusa erat, mactare victimam, atque ejus sanguine campanæ rimas illinire et replere mos erat.

(135) H: Illinire-sanguine campanam regni maxime solemnis ritus est; quomodo liceret ab illo desistere?

136. H: Ego ove permuto illum; tunc campana sanguine-illiniri et bos incolumis esse poterit.

(137) E: Nescio an hoc verbum, *nempe* jussum de bove ove permutando, habueris (i. e. protuleris). *Ibid.*: An habueris hanc humanitatem. — H: An egeris illam rem.

(138) H: Vere egi illam *rem.*

(139) H: Quibus percitus bovem mactari non pertuleris.

(140) F: Ad regnandum, nihil aliud requiritur quam ut populus

* existimaverunt Regem avarum-fuisse ° (141). *Sed ego tuus* subditus certe scio Regem • non *potuisse* perferre *hoc spectaculum* ° (142).

§. XXXIV. Rex ait: Ita *est*. Verum *quidem erat illud* quod *in animo* habuerunt centum familiæ (143). *Attamen* Thsi regnum quamvis *sit* angustum *et* exiguum (144), ego quomodo avare-amassem unum bovem? Solummodo non *potui* ferre ejus pavorem *et* tremorem, instar * innocentis *viri* • petentis mortis locum (145). Ideo cum ove permutavi ¶ illum °.

§. XXXV. *M*. ait : Rex, ne mireris propter-quod centum familiæ ° * existimaverunt Regem fuisse-avarum •.

foveatur; ad fovendum populum, nihil aliud quam ut humanitatis sensus exhibeantur. Porro hæc tua erga bovem commiseratio, quæ quidem (G) est eximium humanitatis principium, ad fovendum populum ac proinde ad vere regnandum super omne imperium sufficit.

(141) *I wang weï 'aï*, ad verb. *ex Rege fecerunt avarum*. Quotiescumque *i* (115) et *weï* (5,595) uno vel pluribus vocabulis disjuncta occurrunt, conjungenda sunt *i* et *weï* (*i-weï*) i. e. *existimare* quasi *ex-æstimare*. Interpres E explicat *i-weï* per *weï* (10,186) *dixerunt*, quod quidem nostræ sententiæ mirum in modum favet.

(142) C : Scio te vero commiserationis sensu, non lucri cupiditate impulsum id egisse.

(143) A : Si ad rei speciem attendas, ista permutatio profecto aliquem avaritiæ odorem præferebat. H : *primâ quidem specie, in hoc* vere suberat *avaritiæ crimen* sicut illud-quod centum familiæ vituperaverunt.

(144) H : I. e. egenum, (Tart. vers. *Khafirakhoun*, paucas divitias, paucos commeatus habens); angustum enim regnum modica tributa colligit, ac proinde divitiis non abundat.

(145) E : Præterea solemnem hunc campanæ sanguine-illiniendæ ritum non posse omitti sciebam.

Videndo enim Regem cum exiguâ *pecude* permutantem magnam, isti *viri* quomodo scivissent illud (146)?

Rex, si miseratus-es illum carentem crimine, et *tamen* petentem moriendi (i. e. mortis) locum, tunc à bove ovem quid distinxisti ° (147)?

Rex subridens *ac se interrogans* ait: Hic vere quisnam *mihi fuit* animus ° (148)! *Si hodiernis cordis mei sensibus fidem adhibeam,* ego non inhiavi ejus pretio, et mutavi eum cum ove °. *Sed* æquum-est (148 *a*) ad centum familias ° (i. e. licet * populo °) dicere me fuisse-avarum °.

(146) H : Cum in hâc permutatione aliqua subessent avaritiæ indicia, quomodo cæcum illud atque obtusi ingenii vulgus quod rei tantum corticem videt, judicare potuisset Regem ita egisse præ commiseratione (E) ac ne solemnis ille ritus omitteretur?

(147) F : Ovis enim æque ac bos crimine carebat.

(148) Noël à vero sensu longe aberravit : *enim vero quemnam illic animi sensum inaniter vis perscrutari aut addiscere?* A : Rex non potuit suam mentem sibi explicare. Solummodo ridens ait : (H) cum bovem mactari non tulerim, ovem autem ad necem duci jusserim, ego profecto nescio quisnam tunc mihi fuerit animus. Si enim misericordiâ permotus sum nec ejus pretio inhiavi, cur tandem elegi ac bovem ove permutavi? — B : Hic bovem ove permutandi animus, quisnam revera fuit?

(148 *a*) B : Cum vero dicas : Ovis etiam innocua erat, et tamen mortua est; tunc illa mea agendi ratio, misericordiæ nomen usurpare non potest, sed avaritiæ omnino similis est. Itaque licet populo, etc. Ad verbum, juxta vers. Tart. : τὸ centum familiarum dicere me fuisse-avarum, æquum est. Ut Menciana responsio (*wou yang*) *nihil laedit,* majorem vim sortiatur, forsan vocabulum *hou* (43) non ut dativi notam, sed ut interrogationis particulam accipere præstat. Favet nobis interpres A : Porro, si ego illud egi, nec tamen possum meam mihi mentem explicare, quanto minus populus illam ex-

§. XXXVI. *M.* ait: Nihil-est *quod* lædat ° (149). Illud profecto *fuit* humanitatis ingeniosa-ars °. *Quando enim* videbas bovem (150), nondum videbas ovem °. * Sapiens ° quoad * animantia °; *ubi* vidit ea viventia, non sustinet videre ea morientia; *ubi* audivit *lugubres* eorum *jamjam interficiendorum* voces, non sustinet comedere eorum carnem. * Idcirco * sapiens (151) *à se* procul-amovet * culinæ-locum ° (152).

§. XXXVII. Rex gaudens exclamavit: Carminum *liber* (153) ait: « *Quam* alius vir habebat cogitationem, ego » * conjiciendo-assequutus-sum illam. » * Magister, *tuis verbis recte* illud expressisti ° (154). ¶ ° *Quoad illud*

plicare poterit. Itaque *æquum ne est* (*i hou*) *populum* qui abditos cordis mei sensus penetrare nequit, me avaritiæ accusare?

(149) F: Quidquid mussitaverint centum familiæ, (H) illa permutatio non lædit *aut imminuit* tuam humanitatem.

(150) F: Viso bove hæc humanitas erupit, et non potuit cohiberi; nondum visâ ove (A) hæc humanitas nondum prodierat (F), ac nihil erat quod *huic permutationi* obstaret.

(151) *Sapiens*, i. e. vir humanitate præditus.

(152) H: Cum autem victimas in sacrificiis mactandi ritus omitti non possit, amovet a se culinæ locum, ut non visâ earum nece, nec auditâ morientium voce, teneros humanitatis sensus fovere possit. Porro, Rex (G) erga moriturum bovem misericordiam exercens, ne sua lædatur humanitas, ac in ejus locum ovem substituens, ne solemnis campanæ sanguine-illiniendæ ritus omittatur, similis est prædicto sapienti. Quid igitur graviter ferret ineptos multitudinis sermones? F: *Phao* locus ubi occiduntur *animalia*. *Tchhu* locus ubi coquuntur *mactata animalia*.

(153) Liber Carminum, tom. *Siao Ya*, oda *Khiao Yen* (2,890-9,937).

quod (155) ego quidem egi ° (156), mecum-reputando° quærens illud (157), non assequebar meam cogitationem° (158). * Magister, *quando* dixisti illud (159), in meo corde exstiterunt * vehementes-miserationis-motus° (160). Hæc humanitas ° * in-quo congruat (161) cum * *recta*-regnandi-*norma dicas velis*, quomodo °?

§. XXXVIII. *M.* ait : *Si* existeret *vir* qui verba-faciens ad Regem °, dicat : « Meæ vires valent ad tollendum centum kiün (162), sed non valent ad tollendum unam » plumam ; *meus* visus valet ad cernendum *tenuissimas* » autumnalium pilorum ° extremitates (163), sed non

(154) H : *Illud* indicat verba *thsun tou* (2,738–2,521). Quasi diceret : conjiciendo-assecutus es meam cogitationem, perinde ac vir qui in carmine loquitur.

(155) H : Videlicet bovis cum ove permutationem.

(156) B : Sed ubi a me quæsivisti cur inter bovem et ovem elegissem..

(157) H : I. e. meæ electionis causam.

(158) H : I. e. meæ menti non succurrebat cur bovem servare, ac ovem mactare jusserim.

(159) Sed, allatâ (*Vid.* not. 150) visi bovis ac nondum visæ ovis causa, meam animi cogitationem adeo vere exposuisti, ut, etc.

(160) H : Pristina misericordia, te loquente, iterum in me exorta est, ac meum pectus vehementer commovit.

(161) B : I. e. inserviat, vel prosit ad. B : Illud humanitatis beneficium (H) uni tantum bovi præstitum, est aliquid admodum exile ac parvi momenti ; (B) contra, norma regnandi super omne Imperium est aliquid sublime ac magni momenti. Dicas velim quomodo tantilla misericordia ad illud conducere possit? — Noël minus recte : *subtilis animi impetus.*

(162) G : *Kiun* erat triginta librarum pondus. — Centum *Kiun* sunt (E) *tria librarum millia*, non *triginta libræ*, ut interpretatur Noël.

» *valet ad* cernendum plaustri fasces-ligneas (164), » tunc, Rex, *numquid* fidem-adhiberes ejus *sermoni* °?

R. ait : Neutiquam.

M. Nunc *quoniam tua* beneficia potuerunt ad attingendum *animantia (165), tunc *quare tuæ humanitatis* merita solum non perveniant ad centum familias ° quid-causæ *est* ° (i. e. cur non perveniunt)? * Idcirco, *ut prædictus vir* unam plumam ° non tollit, quia non utitur *suis* viribus ° (166); currûs ligneas-fasces ° non videt, quia non utitur visu ° (167); *sic* centum familiæ ° *à te* non * diliguntur, quia non uteris *tibi innatâ* benefi-

(163) F : Intelligit leves animalium pilos qui autumnali tempore accrescunt. — H : I. e. tenuissima quæque cernere valeo.

(164) I. e. plaustrum ligneis fascibus onustum.

(165) H : Alludit ad bovis cum ove permutationem. — C : Homines magni, animantia parvi facienda; illi enim ejusdem nobiscum generis, ista diversi sunt. – Ideo misericordiæ motus erga populum vehemens, erga animantia tardus est; igitur humanitatis meritum populo conferre facile, animantibus vero difficile est. Nunc vero miseratus es unius bovis sortem, quæ quidem res est difficillima; hoc est centum *Kiun* (3,000 librarum pondus) tollere, ac tenuissimas pilorum autumnalium extremitates cernere posse. At vero quoad centum familias spectat, eas fovendi ac juvandi potestas tibi in manu est, nec levissimum rei obstat impedimentum; contra, tua humanitatis merita non eas attingunt *nec à miseriis recreant;* hoc est unam plumam tollere, ac plaustrum ligneis fascibus onustum cernere non posse. — Verbum *to* (5,844) *solum,* juxta A, ante *non perveniant* collocavi. — *Pou tchi tche* (9–8,676-8,284), τὸ *non pervenire.* Tart. vers. *isinarakôngge.*

(166) Ad verb. (sic et vers. Tart.) : Itaque, τὸ non tollere unam plumam, propter τὸ non uti viribus; τὸ non videre currûs fasces-ligneas propter τὸ non uti visu, τὸ centum familias *à te* non * diligi (vers. T. *karmabourakôngge*) propter τὸ non uti beneficiis. — Hic *kian* (9,864) est passivi nota.

ciorum *facultate* ° (168). Quamobrem, Rex ° *ideo* non *vere* regnat (169), *quia* non agit °, non, *quia* non potest ¶ °.

§. XXXIX. *R.* aït : *Ejus* qui non agit ac *ejus* qui non potest *agere* • apparentiæ * in-quo differunt (170)?

M. ait : *Si quis volens* sub-axillâ-accipere *montem* Thaï Chan (171) ad transiliendum boreum mare, compellando homines dicat : ego non possum; hic vere non potest •. *Si idem vir* gratiâ *vel* loco superioris • abscindere ramusculum *jussus*, compellando homines (172) dicat : ego non possum; hic *tantum* non agit °, non *vero* non potest °. Quamobrem, *cum* Rex ° non *vere* regnet (172 *a*), non *ei qui vellet* sub-axillâ accipere *montem* Thaï Chan ad transiliendum boreum mare ° similis •; *cum* Rex ° non *vere* regnet, *in* hoc, *viro* abscindere ramum *jusso* • similis ° *est.*

§. XL. *Si* venerer meos senes (173) *usque* ad attin-

(167) H : Non quia visûs acumine præditus non est.

(168) H : Non quia benefaciendi facultate cares.

(169) H : Si Rex non regnet super omne Imperium.

(170) F : Magister, modo dixisti me non vere regnare quia non ago, non quia non possum; doceas, velim quidnam discriminis sit inter agentem et inter eum qui agere non potest. —Ad textum propiùs accedemus interpretando : τοῦ *agere* et τοῦ *non posse agere apparentiæ in quo differunt* (quelle différence y a-t-il entre agir et ne pas pouvoir agir?); namque *weï tche*, et *neng tche* substantive accipienda hic esse patet. Sic et vers. Tart.

(171) E : Mons *Thaï Chan* et *Mare boreum* regno Thsi (13,239) vicina erant; ideo ab iis similitudinem ducit.

(172) H : I. e. si à superiore plantæ ramusculum abscindendi jussum accipiat. Perperam Noël : *pendulum arboris ramum.*

gendum *aliorum* hominum ° senes (174); *si* diligam meos juvenes *usque* ad attingendum *aliorum* hominum ° juvenes (175), *universum* * Imperium (176) poterit *beneficiis meis perfundi* (176 *a*), *quasi aliquid* moverem in *manûs* palmâ (176 *b*). Carminum (177) *liber* ait : « *Me* rite- » compono (178) in *meâ* modicæ *virtutis* uxore; *inde* » pervenio ad *diligendos* fratres-majores *et* fratres-mino- » res, *ut* regnem in *meâ* familiâ, *meo* regno (179-0). » *Hoc* significat : assumens hoc cor (i. e. hosce humanitatis sensus) *illud* exerebat in ista (181), et nihil-amplius.

(172 *a*) Si Rex non foveat populum ac proinde non regnet. Ad verbum juxta vers. Tart. τὸ Regis non regnare, non *est* τῷ sub-axilla-accipere, *etc.* simile;... *sed est* τῷ abscindere ramum simile. (C) Qui animantibus beneficia confert, facillime homines diligere potest. Sensus enim a naturâ nobis insiti, nos magis ad hos quam ad illa amandum impellunt.

(173) H : Patrem meum et fratres-natu-majores.

(174) F : Si efficiam ut alii homines *meo exemplo permoti etiam* venerentur suos senes.

(175) H : Si efficiam ut diligant filios suos et fratres minores.

(176) C : Si igitur alii homines suos senes venerentur, suosque juvenes diligant, illud meo exemplo exortum erit, ac (B) nemo erit in quem beneficia non contulero. C : Omnes populi in unam familiam, mutuo amore, coalescent, ac mea beneficia non minus facile (B. C) ad omnes pervenient quam si aliquid moverem in manus palmâ.

(176 *a*) Perperam Noël : *bonum Imperii regimen tenere. Vid.* n. 176. B. C.

(176 *b*) Noëliana interpretatio : *quam manum vertere*, nec congruit textui, nec interpretibus probatur.

(177) Liber Carminum, tom. *Ta Ya* (1,797-11,889) Od. *Sse Tchaï*, (2,783-12,239) ubi de Rege Wen Wang (3,783-5,884 *bis.*) agitur.

§. XL. Itaque *si Princeps* extendat *hæc* beneficia (182), potest (183) ad fovendum-amore ¶ quatuor marium *populos* (184); *si* non (185) extendat *hæc* beneficia, non *potest* (186)

(178) Noël : *Ego, inquit, Wen Wang, ad colendos et amandos fratres meos, et ad regendam meam Familiam ac Regnum exemplum sumo ex meâ modicæ virtutis uxore Thaï Thse* (1,799–1,891). Plura in hâc versione tum Mencii tum interpretum sententiæ adversantur. Mencius increpat Regem qui bovem, post-habito populo miseratus est, atque amoris ordinem à naturâ institutum, utpote faciliorem, servandum esse docet. — G : Illustres antiquitatis Principes, profecto parentes diligere incipiebant; deinde humanitatem exercebant in populos; denique amabant res (v. g. *animantia*). Videlicet, à vicinis perveniebant ad remota, à facilibus ad difficilia. Nunc vero Rex secus egit. Quamobrem non de *imitandâ uxore*, etc., sed (A) de hisce humanitatis sensibus *primum* in eam, deinde in alios exerendis agitur. — E : (*Hing*, i. e. *tching* 4,652) me rite-compono in modicæ *virtutis* uxore (i. e. primum (A) confero uxori humanitatis merita), ad *eò* deveniendum ut me rite-componam in * fratribus; me rite compono in fratribus ad *eò* deveniendum ut regnem in regno (8,663–4,652–66, etc.) Mencius, allato hoc Regis Wen Wang exemplo, superius dicta confirmare conatur, nempe principi facillimum esse beneficia in omnes subditos extendere, si parentes diligere incipiat. *Vid.* n. 173, 4, 5, 6. Interpres C : Wen Wang in uxorem exerebat hos sensus, atque uxör rite-componebatur (4,652); eos in * fratres exerebat atque fratres concordiam colebant; eos exerebat in regnum, et regnum (4,901) rite administrabatur.

(179-0) Noël : *Ad regendam meam Familiam et Regnum*; quem sensum libri Carminum interpres, in commentario *Yan-i* (9,659-8,206) dicto, improbat : Princeps *regnum* habet pro *familia*, ideo dicitur *kia pang* (2,136–11,194) regnum familiæ *simile*, non vero *kia* et *pang* (familia et regnum). Morris. *pang kia* (idem ac *kia pang*. B.) *The nation which the prince considers his family.*

(181) H : *Ista* indicat uxorem, fratres et regnum quod pro familia habebat.

ad fovendum-amore uxorem *et* liberos. * Illud-quo antiquitatis ° viri longe superabant *alios* homines °, non-erat aliud ° : recte (186 *a*) extendebant ea-quæ ipsi faciebant et nihil-amplius °. Nunc *vero* (186 *b*) *quoniam* beneficia *tua* potuerunt ad attingendum *animantia °, *quare tuæ humanitatis* merita solum non perveniant ad centum familias ° ; quid-causæ *est* ° ?

§. XLI. *Postquam* trutinatus-es, * tunc cognoscis *quænam res sit* levis, *quænam* gravis. *Postquam* dimensus-es, * tunc cognoscis *quænam res sit* longa, *quænam* brevis. Res generatim ita *se habent*. *Sed* cor (187) est majoris-momenti (188). Rex, quæso *trutinare et* metire illud (189).

(182) H : Reverendi suos senes et amandi vel alendi suos juvenes (vid. not. 173, 4, 5, 6) beneficia.

(183) Illa reverentia, ille amor, ejus exemplo roborati ad remotissimas Imperii gentes sese extendent, ac eas amore-fovere dici poterit.

(184) Noeliana interpretatio a Mencii sententia non parum aliena est : « *Itaque omnis princeps qui norit hanc pietatis virtutem exercere,* » *quamvis imperium ad mare eoum et occiduum, boreale et australe* » *protensum possideat, poterit tamen illud tueri et conservare.* » Mencius ut extollat hujus humanitatis miracula, ait (*Vid.* not. 87 *a*) : Quamvis regulus tantummodo centum terræ stadia possideat, ad universum imperii regimen, illa virtute evehi ac remotissimas gentes (H) benigno ejus regimine allectas populo suo adjicere potest. — Mencius existimat regem humanum omne imperium posse subjicere (C), regem vero jam illo potitum esse non asserit.

(185) H : i. e. Si non veneretur *suos senes* nec diligat *suos juvenes*.

(186) Nedum amore-foveat ac sibi subjiciat remotos quatuor marium populos, ne uxorem quidem ac liberos qui maxime vicini sunt amore-fovere poterit.

(186 *a*) C : Recte extendebant sua beneficia ; nempe (H) in bene-

§. XLII. (190) ° Rex, *amas* cogere * exercitus, objicere-periculis milites *et* duces (191), *atque* accersere *tibi* odium à * regulis; *numquid* * tunc (192) * lætaris in animo °?

Rex ait : Neutiquam. Ego quomodo lætarer propter ista? ° (193) *Volo*, adhibendo *hæc*, quærere (i. e. consequi) illud-quod ego magnopere exopto ° (194).

ficiis suis conferendis ordinem a natura institutum recte servabant. (*Vid.* not. 178.)

(186 *b*) B : Vers. Tart. ad verb. : *quoad tua* merita, ad centum familias τὸ non-pervenire (*isinarakôngge*), cur?

(187) D : Res sunt faciles visu, cor vero caret apparentiâ (i. e. invisibile est); rerum levitatem aut gravitatem, longitudinem aut brevitatem metiri facile, cordis vero levitatem aut gravitatem metiri difficile est. Si quis res metiendo erret, id est tantum levis unius rei error. Si vero quis cor metiendo erret, id est gravissimus decies-mille rerum error. Idcirco dicitur : cor rebus collatum est majoris-momenti. — *Ibid.* : Amando res (*v. g.* animantia), decet *leviter* (10,901) i.e. *parum* amare; humanitatem exercendo in populum, decet *graviter* (11,373), i. e. toto animo illam exercere. Rex vero bovem populo miseriis laboranti anteponens secus egit.

(188) H : Amorem erga populum, quem fervidiorem, amorem erga res (*v. g.* animantia), quem segniorem esse decet, (C) in æquitatis statera librare atque rationis regulâ dimetiri cures, ut tandem discas uter (nempe *bos* vel *populus*) *gravior et grandior* sit (*tchoung*, *tchhang*, 11,373-11,629), i. e. uter pluris æstimandus!

(189) C : Cum Rex rationis regulâ cor suum non metiatur, illud regis ergo metiri, ac illi, quomodo *levia* et *brevia* pro *gravibus* et *longis*, *gravia* et *longa* pro *levibus* et *brevibus* habeat, ostendere velim.

(190) G : *i* (3,271) particula initialis.

(191) F, H : *Exercitus duces* (2,196-2,427). Noël perperam interpretatur *subditos*.

§. XLIII. *M.* ait : Illud-quod Rex ° magnopere exoptat, possum*ne* obtinere *ut* audiam °?

Rex subrisit et non locutus-est.

M. ait : (195) *an* quia lautæ ¶ dulces*que dapes* non sufficiunt ad os (196) ° ? *an quia* leves calidæ*que vestes* non sufficiunt ad corpus °?° *an* quia *varii* jucundi*que* colores non sufficiunt visu ad oculos (i. e. oculos non satis delectant) ° ? *An quia* soni (197) *et* voces non sufficiunt auditu ad aures ° ? *an quia* *familiares-aulæ-ministri non sufficiunt peragendis jussis in *Regis* ante (i. e. coram Rege) °? *At* Regis ° omnes præfecti, *si cupiat hæc* cuncta (198), sufficiunt ad subministrandum (199) illa. Tunc Rex quomodo propter illa (200)°?

(192) C : Si res ita se non haberet, numquid mactandum bovem miseraretur, populum vero leto objici sustineret? Quod quidem *levia* et *brevia* pro *gravibus* et *longis*, *gravia* et *longa* pro *levibus* et *brevibus* habere est.

(193) *Tsiang* (2,196) a connective particle (Morrison); hic locum tenet verbi *volo* (E).

(194) H : *i* (115) *uti*, *adhibere* est (6,164). Volo consequi illud quod vehementer exopto, nec possum tres illas res superius relatas (nempe *cogere exercitus*, etc.) non adhibere.

(195) F, H : An Rex ut consequatur illud-quod maxime exoptat, ideo bella movet quia...

(196) C : Mencius optime novit Regem non propter hæc quinque votorum vehementiâ in bellum rapi, sed illa fingit ut veros ejus cordis sensus eliciat.

(197) A: Instrumentorum musicorum soni, et canentium voces.

(198) H : *Kiai* (6,490) non *omnes proceres* (ut interpretatur Noël), sed quinque prædictas res, scilicet *dapes*, *vestes*, etc. indicat.

(199) H : Indicat *sse ling* (190–114) peragere jussa. *Vid.* supra.

(200) Tunc cur propter hæc (F) quinque, votis fervens populi vitam inter belli pericula exhauris!

R. ait : Neutiquam; ego non propter illa (201)°!

M. ait : * Cum-res-ita-sit (202); illud-quod Rex ° magnopere exoptat, possum *tandem* scire ° (203). Exoptas ampliare *tuæ* * ditionis-terras, subjectos-habere (204) *regnorum* Thsin *et* Thsou *regulos*, imperare medii regno (205), et pacare (206) quatuor *Imperii partium* barbaros (207) °. *Sed* (208), *si* adhibendo *agendi rationem* sicut (i. e. qualis est) illa-quam agis (209), quæras *ardua* sicut (i. e. qualia sunt) illa-quæ exoptas, *illud est* quasi, conscensâ arbore °, *in eâ* quæras *vivos* pisces °.

§. XLIV. Rex ait : *Numquid* * hoc-modo illud *est* difficile ° (210)?

(201) H : Non propter hæc *quinque* cogo exercitus, atque in me vicinorum regulorum odia concito.

(202) H : i. e. Si, non propter illa, (A) quæris illud quod exoptas.

(203) G : *i* (2,395) particula auxiliaris. Alii legunt *i* (6,799).

(204) *Tchhao* (4,046) A : Efficere ut tuam aulam, clientelare obsequium præstituri, adeant. H : Thsin et Thsou (7,131-4,379) potentia regna erant.

(205) i. e. Sinensi Imperio.

(206) Pacare, i. e. (H) domare, ac tibi (C) vectigales facere.

(207) Orientales, Occidentales, Australes et Boreales barbaros.

(208) B : Cum tam magna consequi studeas, tibi magnâ et sublimi agendi-ratione opus est.

(209) A : Si solummodo cogendo exercitus, ac in te regulorum odia concitando, terras tuas ampliare, Thsin et Thsou regna tibi vectigalia facere, omnibus Sinis imperare, et quatuor barbaras-gentes tibi subjicere velis. Vers. Tart. *tenteke yaboun i enteke bouin baitsi*, si per hujus-modi agendi-rationem, istius-modi vota implere quæras.

(210) H : Numquid mea vota consequendi difficultas, vere *magna* est sicut *difficultas* inveniendi pisces in summâ arbore?

(211) G : *Taï* (4,693) particula initialis.

M. ait : ° (211) *Imo* * magis-difficile ° (212). *Enim vero, si* conscensâ arbore, *in ea* quæras *vivos* pisces, quamvis non obtineas pisces, *saltem* nulla-est deinde calamitas; *at, si* adhibendo *agendi rationem* sicut illa-quam agis, quæras *difficilia* sicut illa-quæ exoptas, *quamvis* exhauriendo animum *et* vires ° ¶ *enitaris* facere illud, deinde profecto existet calamitas (213).

R. ait : Possumne obtinere *ut illud* audiam ° (214)?

M. ait : *Si regni* Tseou (215) homines adversus *regni* Thsou homines prælientur, tunc, Rex, quosnam * existimas victuros (216)?

R. ait : *Regni* Thsou homines vincent (217).

M. ait : * Cum-res-ita-sit, tunc exiguæ *regni* vires certe non valent ad resistendum magnis, paucæ certe non valent ad resistendum multis, debiles certe non valent ad resistendum robustis. *Atqui*, marium interioris * regiones (217 *a*), quæ in-circuitu mille Li *complectuntur*, novem *sunt*. *Regnum* Thsi, *licet* colligat *terras suas, vix* habet earum *novem* unam *partem*. *Si autem velit* cum unâ subjicere octo *reliquas* * in-quo differt a *regno* Tseou

(212) Assentit Tart. vers., *Kheli manga*.

(213) H : Non solum votorum compos non fies, sed etiam à calamitatibus inde exortis te eximere non poteris.

(214) H : Ut audiam quænam inde subsecutura sit calamitas.

(215) F : *Tseou* (11,249) exiguum regnum, *Thsou* (4,379) magnum regnum.

(216) Ad verbum : * Existimas quosnam victuros?

(217) H : Regni *Tseou* milites sine dubio profligabuntur. — Ideo dixit : *Deinde exorietur calamitas*.

(217 *a*) I. e. Regiones quas maria ambiunt.

(218) Si, exiguis tui regni viribus, (E) illa præpotentia regna devincere velis, tibi certa clades imminet.

volente resistere *regno* Thsou° (218)? ° Porro etiam *decet* animum-convertere-ad ejus principium ° (218 *a*).

§. XLV. Nunc, Rex, *si* auspicans regimen extendas humanitatem, efficies *ut omnes* * Imperii * magistratus (219) simul cupiant stare in Regis ° aulâ (220); *ut* * agricolæ (221) simul cupiant arare in Regis ° campis; *ut* * mercatores (222) simul cupiant deponere *merces* in Regis ° foro; *ut* (223) viatores *et* peregrini simul (224) cupiant iter-facere in Regis ° viis; *ut* * Imperii ° *populi* (225) qui exoptant *et* aversantur suos principes, simul cupiant accurrere (226) locuturi ad regem. *Porro si* ipsi (227) * hoc-modo, quisnam poterit retinere eos?

(218*a*) H : Animum converte ad humanum regimen, à quo initium facit princeps qui hujusmodi votorum compos fieri cupit.

(219) H : Mencius per *jin tche* (122-8,224), intelligit eos qui nondum, et eos qui jam munera obierunt.

(220) Sua quisque regna, tuæ humanitatis famâ acciti, deserent, ut in tuo palatio stantes, tua mandata excipiant.

(221) H : Id est : aliorum regnorum aratores, (A) scientes se in tuis campis posse secure agriculturæ operibus vacare, etc.

(222) Scientes regem nullum à mercatoribus vectigal exigere, etc.

(223) H : Verba *hing*, *liu*, (9,658-3,837) peregrinantes *litteratos* (*sse*, 1,759), *mercatores*, et *opifices* complectuntur.

(224) C : Nullum viatorem à portarum regni custodibus tributo taxari, ac (A) nihil impedimenti in itineribus occurrere scientes..

(225) B : Imperii populi qui odio habent suos principes ac ab eorum tyrannide se eximere cupiunt, (F) te sævorum principum crimina castigare, ac populos ab eis oppressos solatiis afficere scientes..

(226) F : Eorum tyrannidem accusaturi. A : Suas miserias, suos dolores expposituri.

(227) C : Si eorum cor ad te tanto votorum ardore feratur, tunc quatuor marium populi se tibi subjicere festinabunt; quisnam prohibere poterit quominus se subjiciant? H : Ubi princeps ab omnibus

§. XLVI. ¶ Rex ait: Ego obtusi-ingenii *vir* non possum assurgere ad illud ° (228). Cupio * magistrum (i. e. te) adjuvare meam voluntatem, (229) clare ad docendum me (230). Ego, quamvis non *sim* perspicax, *vellem*, quæso, tentare *ac* experiri illud (231).

M. ait : (232) Carere constanti re-familiari et *tamen* habere constantem cordis *honestatem* °, soli (233) sapientes sunt potentes (i. e. possunt). Quoad populum, tunc *si* careat constanti re-familiari, extemplo caret constanti cordis *honestate; si* careat constanti cordis *honestate, tunc in* recti-violatione, *et* animi-pravitate, *in* morum-nequitiâ, *et* libidinum-licentia, nihil-est *quod* non faciat °. *Si postquam eò* devenit *ut* incidat in crimina, * deinde

populis expetitur, tunc nullâ virium robustarum vel exiguarum, multarum vel paucarum habitâ ratione, absque curâ, absque labore, votorum compos evadit. Quid igitur, *cogis exercitus ac in te vicinorum regulorum odia concitas?*

(228) H : *Illud* indicat τὸ auspicari optimum regimen, ac humanitatis beneficia extendere.

(229) E : Ac suam de regnandi arte doctrinam mihi clare exponere.

(230) H : Ut depulsa meæ mentis nebula, doceat quomodo auspicandum sit laudabile regimen, quomodo humanitas in populos exercenda.

(231) H : Cupio eniti ad illud agendum. Vid. *Not.* 228. Ut (A) adjuvem ac maturem tuorum documentorum effectus. E : Rem, quæso, experiaris, ut me doceas quomodo agere debeam.

(232) B : Qui humanum regimen capessere cupit, ante omnia de alendo populo cogitare debet. Porro ad alendum populum nihil efficacius est quam singulis tribuere rem familiarem unde commode vivant.

(233) E : Quamvis pauperie afflictentur, suam recte agendi normam non exuunt. Si verò populus, (H) qui neque ritus neque æquitatem callet, frigus aut famem patiatur, illicò virtutis partes deserit.

persequaris et morte-plectas illum, hoc *est* retibus-includere populum °. Quomodo existeret humanus vir *qui* stans-in *regali* sede, *crimen* retibus-includendi *incautum* populum ° posset perpetrare °?

§. XLVII. * Ideo sapiens Princeps (234) constituens populi ° rem-familiarem, certe efficit *ut* supra (235) sufficiat ad serviendum patri *et* matri, *ut* infra sufficiat ad alendum uxorem *et* liberos; *ut* faustis annis * usque-ad-vitæ-finem satientur (236); *ut* sterilibus annis (237) eximantur à morte *et* interitu. *Deinde *documentis* exstimulat *eos* ut revertantur ad virtutem. Itaque populus ° sequitur illam ° (i. e. virtutem) facile (237 *a*).

§. XLVIII. ¶ Hodie ° *vero principes* (238) *ita* constituunt

(234) H : I. e. Princeps humanitate præditus, (C) qui probe novit quanti momenti sit, populo rem-familiarem tribuere, terram domibus exstruendis idoneam metitur, numerat uniuscujusque familiæ viros, ac deinde singulis agros elargitur.

(235) Pater et mater in familiâ superiorem *seu* primum locum obtinet, uxor et filii inferiorem *seu* secundum. Ideo ait : *Supra* et *infra*.

(236) H : Ut frugibus, quæ in faustis annis superabundant, asservatis, toto vitæ tempore satiari possint.

(237) H · Ut, in sterilibus annis, collectis annorum fertilium frugibus vitam sustentent, et eximantur...

(237 *a*) Sic C et H : Perperam Noël : *ipsi* (*principi*) *obsequuntur*.

(238) F : *Kin* (98) indicat ætatem qua Mencius vivebat. Noël : *Contra vero si princeps, quæ ad agrorum divisionem, commodamque populi habitationem et sustentationem spectant ita male disponat ut* etc.. Quæ versio omnes Mencianæ orationis nervos frangit, enumerando mala quæ neglectâ agrorum divisione, ac congruente rei-familiari populo non concessâ, orirentur, dum contrà, Mencius immites suæ ætatis regulos, qui reipsâ populum fame miseriisque

populi ° rem-familiarem, *ut* supra non sufficiat ad serviendum patri *et* matri, *ut* infra non sufficiat alendum uxorem *et* liberos; *ut* faustis annis * usque-ad-finem-vitæ miseriis-laborent, sterilibus*que* annis non eximantur à morte *et* interitu. Tunc *cum populus* solummodo *satagat* (239) ef-mortem, *ac* adhuc timeat *ne* non habeat-satis, quomodo otii-dies-haberet *ad* excolendam honestatem *et* æquitatem °? Rex, *si* cupias agere illud, tunc quidni animum-convertis-ad ejus (240) principium ° (241)?

§. XLIX. *In* quinque jugerum habitatione (242), *si* terra *circa domum* conseratur ° ex moris, * quinquagenarii ° poterunt ut vestiantur sericis *pannis* °; gallinas, porcellos, canes *et* sues-fœminas ° alendo, *si* non prætermittatur eorum tempus, * septuagenarii ° poterunt ut comedant carnem °. *Cum* centum jugerum ° agro, *si* non subripiatur ejus tempus, octo buccarum ° familia poterit ut non esuriat °. *Si* invigiletur * collegiorum ° educationi, *ac in eis* iterum-atque-iterum-doceantur *alumni* ° secundum pietatem, *ac præclaram* erga-fratres-majores-

premebant, asperis verbis incessit. A : Nunc autem res non ita se habet nec jam pristina norma viget; agri (H) certis terminis non circumscribuntur, ac principes, nullâ hominum alendorum habitâ ratione, ob-id-unice illos agricolis impertiuntur, ut grandia inde vectigalia percipiant.

(239) Cum omne tempus et curam comparandis cibis impendant, quomodo illis otium suppeteret ad..

(240) H : Indicat τὸ auspicari regimen atque humanitatem exercere.

(241) C : Τὸ facere ut populus semper habeat rem-familiarem *nempe* agros unde semper commode vivat, est optimum regimen auspicandi atque humanitatem exercendi principium.

(242) Vid. supra, *not.* 59-69.

et-seniores-observantiæ ° æquitatem, * semicani ° non * ferent-super-humeros, *non* ferent-in-capite *onera* per itinera *et* vias °. *Si igitur* * septuagenarii ° vestiantur sericis *pannis ac* comedant carnem, *si* nigris-capillis populus non esuriat neque algeat, *tunc pax felicitasque publica florebunt. Vir enim* qui sic egerit, ¶ et *tamen non vere* regnaverit, nondum ° exstitit.

CAPUT II.

Tractatûs Liang Hoeï Wang pars posterior.

§. I. TCHOUANG PAO (1) invisens Meng tseu ait : *Cum ego* Pao inviserem ad Regem (i. e. inviserem Regem), Rex locutus-est *mecum* Pao de *eo quod* amaret musicam (2). *Sed ego* Pao non habui *verba* ad respondendum° (3). Ait (4) : *Si Rex* amet musicam, * quomodo?

Meng tseu ait : *Si* Rex° amet (5) musicam vehementer, tunc Thsi regnum, ipsum *quam* * prope *erit* ° (6)!

(1) G : Tchouang Pao unus ex regni Thsi ministris.

(2) D : Sermonem habuit de rudi illâ et recentiori quâ delectabatur musicâ.

(3) D : Porro Pao sciens vulgarem illam musicam, non esse regis studio dignam, volebat eum vituperare, sed ei verba objurgationi idonea defuerunt. Ideo adiit Meng tseu ac eum sciscitatus est.

(4) H : Pao se ipsum interrogans ait : si Rex (C) delectetur musicâ nonne timendum est ne illud studium regni administrationi damnum inferat?

(5) C : Musicæ amor minime obest bono regimini; solummodo dolendum esset si Rex eam non vehementer amaret. — *Amare musicam vehementer*, non est musicæ studio vehementer capi, sed eam ita *amare*, ut populi benigno regimine recreati etiam musicæ oblectamine frui possint.

(6) Turbidi animi musicâ demulsi quiescent, ac regnum Thsi (G) ad optimum regimen proxime accedet! — Perperam Noël *numquid accedet?* Mencius enim non interrogare ministrum Pao sed ejus dubia depellere intendit. C (p.6) *hou* (43) est admirationis vocula (12,580–6,226-41-10,018).

§. II. Alio die *Meng tseu* invisens ad Regem ait : Rex, *audivi te* * locutum-fuisse *cum* Tchouang tseu de *eo quod* amares musicam ; accidit *ne hæc res* ° (7)?

Rex immutatus in *vultûs* colore (8) ait : *Ego* exiguæ *virtutis* homo, non possum amare pristinorum Regum ° musicam °. Solummodo amo *rudem* sæculi morum ° (i. e. sæculi hujusce moribus accommodatam) musicam °.

M. ait : *Si* Rex ° amet musicam vehementer, tunc *regnum* Thsi, ipsum *quam* * prope *erit*° ! Hodierni ° *sæculi* musica, *est* sicut antiquitatis ° ¶ musica ° (9).

§. III. *R.* ait : Possum *ne* obtinere *ut* audiam ° (10)?

M. ait : *Si* solus læteris (11) musicâ, *si* cum hominibus læteris musicâ, utranam lætitia *major erit?*

R. ait : *Si solus*, non sicut cum hominibus.

(7) Tart. vers. : Te dixisse ministro Tchouang tseu te amare musicam, numquid verum est ?

(8) Rex erubescit, quia rudem illam, quâ delectatur, musicam perfectum Regem dedecere arbitratur.

(9) Perperam Noël : *Hæc enim præsentis temporis musica trivialis, ex illâ antiquâ sapientissimorum Imperatorum musicâ emanavit.* Docto interpreti fucum fecit duplex sensus verbi *yeou* (6,171) quod modo *ex*, modo *velut* (C. 5,788) significat. C : Parum refert utrum antiquâ vel hodiernâ musicâ delecteris. Hæc enim vel illa *vehementer amata* principem ad veram regiminis normam perducere potest. Hodierna musica, si (A) non ejus sonos, sed effectus species, est sicut (*yeou* 5,788. E, *jô* 8,873) antiqua musica, (B) nec ullum inter utramque discrimen est. Quid doles quod illa tantum delecteris ?

(10) C : Doceas velim, quomodo vehemens musicæ amor, me ad veram regiminis normam perducet ?

(11) C : *Solum musicâ delectari*, non est, solum aliis remotis *musicâ delectari*, sed, hujusmodi oblectamenta, dum populi tyran-

M. ait : *Si* cum paucis læteris musicâ, *si* cum multis læteris musicâ, utranam lætitia *major erit?*

R. ait : *Si cum paucis*, non sicut cum multis.

§. IV. *M. Ego tuus* subditus vellem, *quæso*, causâ Regis loqui-de musicâ.

Nunc, *si* Rex (12) incipiat musicam in hoc *loco*; centum familiæ audito Regis campanarum, *et* tympanorum ° sonitu, *auditis* fistularum *et* tibiarum ° sonis, omnes (13) dolent capite, *torve* contrahunt frontem, et *se* invicem alloquentes aiunt: « Noster Rex ° amat incipere musicam. *Sed* ° quomodo effecit *ut* nos pervenerimus ad hunc *miseriæ* cumulum °? Pater *et*-filius non *jam se* mutuo vident, frater-major *et* frater-minor, uxor *et* nati *alii ab aliis* avulsi *huc illuc* dispersi-sunt. »

Nunc, *si* Rex * eat-ad-venationem (14) in hoc *loco*; centum familiæ audito Regis curruum, *et* equorum ° stre-

nide oppressi mœrent, solum percipere. *Cum multis musicâ delectari*, (C) non est, se aliosque simul musicis concentibus recreare, (ut intelligit Noël), sed, populum ita fovere, ut, si musicâ animum permulceas, pio benignoque regimine felicior factus tuâ musicâ lætetur.

(12) Ponamus Regem (F) vehementi musicæ studio (*vid. n.*5) non teneri, (C) ac tantâ miseriâ populum gravare, ut si musicæ gaudia quærat, *solus*, et non *cum multis* (*vid. not.* 11) eâ delectari vere dicatur. — *Kou yo* (13,191-4,460) percusso-tympano-inchoare musicam. Tart. Vers. *deriboutsi*, si inchoet, si incipiat.

(13) E : Si feræ hominum alimenta devorent (*vid.* cap. I, not. 70), si populus assiduam sine mercede operam principi præbere cogatur, ita ut nec ullâ requiete frui, nec victui suo consulere possit, tunc (C) Regis lætitia non lætatur.

(14) E : Si Rex immitis, effreni venationis studio abreptus, campos cultura nitentes aut maturis frugibus lætos proculcando, feras exagitet.

pitu, visâ (15) labarorum-plumis-conspicuorum *et* ¶ vexillorum-bovinis-caudis-ornatorum ° pulchritudine, omnes dolent capite, contrahunt frontem, et *se* mutuo alloquentes aiunt : « Noster Rex ° amat * ire-ad-venationem. *Sed* ° quomodo effecit *ut* nos pervenerimus ad istum *miseriæ* cumulum °? Pater *et* filius non *jam sese* mutuo vident, frater-major *et* frater-minor, uxor *et* nati, *alii ab aliis* avulsi, *huc illuc* disperguntur. » Illud non-habet aliam *causam; nempe Rex* non *scit* cum populo una lætari ° (16).

§. V. Nunc *vero si* Rex incipiat (17) musicam in hoc *loco;* centum familiæ audito Regis campanarum *et* tympanorum ° sonitu, *auditis* fistularum *et* tibiarum ° sonis, omnes ** festivi-et-alacres habent *in vultu* lætitiæ colorem, et *sese* mutuo alloquentes aiunt : « *Nonne* noster Rex * prope (i. e. sine dubio) caret (18) morbo *et* mœrore °? *Alioquin* * quomodo posset incipere musicam °? «

Nunc, *si* Rex (19) * eat-ad-venationem in hoc *loco;*

(15) Vid. Gaubil *Chou King* p. 323, 327, 8.

(16) F : Quia quotidie sibi uni gaudia quærit, ac non vult, humanum regimen exercendo, cum populo lætari. Quomodo princeps qui eo modo musicam vehementer non amat, ad perfectam regiminis normam accedet?

(17) E : Contra si Rex populum nullis vectigalibus oneret, si illi (A) omnia quæ ad victum, vestitum, commodamque habitationem necessaria sunt, affatim suppeditet, tunc vere dici poterit, eum *vehementi musicæ studio ad optimam regnandi normam mox esse promovendum.* Perfecta enim musica non tam in vocum sonorumque concentu, quam in hominum concordia sita est.

(18) Tart. vers. morbus *et* mœror non accedunt ad Regem. F : Feliciter (2,482) caret.

(19) E : Si Rex, benignus et populi amans, tantùm post collectas terræ fruges, agricolarumque operibus peractis, venatui vacet.

centum familiæ audito Regis curruum *et* equorum ° sonitu, visâ*que* (20) labarorum-plumis-conspicuorum *et* vexillorum-bovinis-caudis-ornatorum ° pulchritudine, omnes **·festivi-et-alacres *in vultu* habent lætitiæ colorem, et *sese* mutuo alloquentes aiunt: « *Nonne* noster Rex *prope (i. e. sine dubio) caret morbo *et* mœrore ° ? *Alioquin* *quomodo posset* ire-ad-venationem °. » Illud non-habet aliam *causam : nempe Rex* cum populo (21) una lætatur °.

§. VI. ¶ Nunc *igitur, si* Rex cum centum familiis una lætetur, tunc *vere* regnabit ° (22).

§. VII. *Regni* Thsi *regulus* Siouan wang *Mencium* interrogans ait: *Audivi* Wen wang *Regis* ° septum, in-circuitu *septuaginta (23) Li *vel* stadia *complexum fuisse*, existit*ne illud* ° ?

Meng tseu respondens ait: In historia existit illud (23*a*).

H : si præterea populum placidâ pace compostum foveat, ac summam sublevandæ ejus miseriæ curam impendat.

(20) *Vid.* supra not. 15.

(21) H : *Cum populo simul lætari*, nihil aliud est, quam ei largiri ea quæ cupit (*nempe* humani regiminis beneficia), et ea quæ aversatur (*nempe* tyrannidem) in eum non adhibere.

(22) F : In hoc paragrapho videmus principem debere quidquid lucri ac commodorum habet cum populo suo partiri.

(23) A: Siouan wang, cupiens *septum* suum amplificare, callidâ oratione, Regis Wen wang (3,783-5,884 *bis*) exemplum affert, eique inniti conatur. — F : Olim *yeou* (1,529) *septum*, erat locus herbis abundans muris circumseptus, ubi omnis generis animalia venatorum insidiis captanda alebantur. Bello ingruente, copiæ in eo militaribus prolusionibus ad pugnandum sese exercebant; pace vigente, amœnum omnibus ambulacrum præbebat.

(23*a*) D : Loquitur de antiquo libro qui Mencii ætate exstabat; nunc vero desideratur.

R. ait : * Ita, *proh quam* illud magnum *erat* ° (24) !

M. ait : Populus adhuc * judicabat *illud* parvum ° (25).

R. ait : *Quamvis mei* exiguæ *virtutis* viri ° septum, in-circuitu * quadraginta *tantum* stadia *complectatur*, populus adhuc * judicat *illud nimis* magnum ; * quid *ita* ° (26) ?

M. ait : *Quamvis Regis* Wen wang ° septum, in-circuitu * septuaginta Li *complecteretur, princeps illud non sui unius septum esse existimabat.* Qui herbas *aut* ligna *colligere volebant, eò* ibant °. Qui phasianas-aves (27) *aut* lepores *venari volebant, eò* ibant °. *Cum Wen wang* cum populo partiretur illa, *opinio* populi * existimantis (28) *illud* parvum, *nonne* etiam recta *erat* ° (29) ?

§. VIII. *Ego tuus* subditus incipiens pervenire ad *regni tui* limites, percontatus-sum regni ° magnum inter-

(24) Perperam Noël : *Numquid illud sic erat nimis magnum ?* C : *hou* (43) indicat admirationem. — E : Cum Wen wang, urbem suam ad radices montis *Khi* (4,656) conditam incoleret, quamvis Occidentis esset regulus, ejus ditionis terræ adhuc erant peranguste ; (A) centum enim stadia tantum complectebantur.

(25) D : Septum Siouan wang ex stadiorum multitudine aut paucitate, Mencius vero, ex populi in Regem odio vel amore, magnum aut angustum judicant.

(26) E : Ego vero quamvis, mille stadiorum regno potitus, adeo angustum septum habeam, quotidie populum de ejus magnitudine querentem audio.

(27) A : *Hic* verbum *tchhi* (12,893) *avis-phasiana*, pro quolibet volucre, verbum *Thou* (590) *lepus*, pro quolibet animali accipitur.

(28) Tart. Vers. *Irgen i adzige sekhengge* populi τὸ judicasse illud parvum.

(29) H : Tuum vero septum ab illo multum differt.

dictum° (30) * et-deinde ausus-sum *illud* ingredi. *Ego tuus subditus hic* audivi : « intra confiniorum (31) portas° (32), est septum in-circuitu * quadraginta Li *complectens ; si vir plebeius* occidat (33) hujus *septi* * cervum °, *morte plectitur* perinde-ac-si *patravisset* occisi hominis ° ¶ scelus (i. e. occidisset hominem). » Cum-res-ita-sit, illud *septum* in-circuitu * quadraginta Li *complectens, verè* est fovea in regni medio. *Porro opinio* populi * judicantis *illud nimis* magnum, nonne etiam recta *est*° (34)?

§. IX. *Regni* Thsi *regulus* Siouan wang interrogans ait : (35) *Numquid, ad* societatem-et-amicitiam-ineundam-cum vicinis regnis, existit ars *aliqua* °?

(30) H : Id est : Quid in regno maxime vetitum esset, (B) ut cognoscerem quid timendum aut fugiendum.

(31) G : *Kiao* (11,214) erat terra quæ, extra regnum, centum Li seu stadia complectebatur. Extra hanc terram erant portæ dictæ *Kouan* (11,727), *ubi sæpissimè portorium pro mercimoniis exigebatur.* — H : *Kiao kouan tchi neï,* erat locus intra portas quæ extra terram dictam Kiao surgunt, i. e. quæ eam terram claudunt, (6,03-3,909-11,214-1,786-11,727-603-41-9,361). Septum regium in hàcce terrà extra regnum sità patebat. Versio Interpretis E multum à cæteris discrepat, nec notatu indigna est. » Mencius non ait : Ego audivi septum regium intra confiniorum portas existere, sed : Ego postquam confiniorum portas ingressus sum, tunc audivi Regem habere septum, etc.

(32) Ad Verbum : Confiniorum portarum ° in-interiori.

(33) Ad Verb. τὸ occidere aliquem hujus *septi* cervum, *est* sicut scelus τοῦ occidisse hominem.

(34) Tart. Vers. *Irgen i amba serengge,* populi τὸ judicare *illud* magnum.

(35) H : Nunc vicina regna armis quotidie disceptant ac sese mutuo aggrediuntur. Datur ne ars quà alii cum aliis amicitiam et socie-

Meng tseu respondens ait : Existit. Solus *vir* (36) humanus ° * potest cum magno *regno* beneficia-conferre parvo *regno*. * Ideo Thang beneficia-contulit *regni* Ko (37) *regulo*, *ac* Wen wang beneficia-contulit * *regno* (38) *Kouen i* (i. e. occidentalibus-barbaris). Solus *vir* prudens ° (39) * potest cum parvo *regno* obsequium-exhibere magno *regno*. Ideo Thaï wang (40) obsequium-exhibuit regno Hiun tcho (i. e. septentrionalibus-barbaris) *ac* Keou tsian (41) obsequium-exhibuit *regni* Ou *regulo*.

tatem ineant, ac tandem mutuâ pace fruantur? — Perperam Noël : *Ars conservandi* etc. Rex enim non de societate jam *initâ* sed de *ineundâ* loquitur.

(36) C : Princeps pius, si sit majoris regni Rex, quamvis vicinus princeps potestate inferior ipsum debita reverentia non colat, vel (E) in omni intemperantiâ libidines suas effundat, tamen non irascitur neque reum vindicibus armis impetit. Contra (H) eum amore fovet ac beneficiis cumulat. F *Cum magno regno*, i. e. quamvis magno regno potiatur. H : Prius *sse* (64) *fovere*, *misereri* ac *beneficiis-afficere*, posterius *sse* (64) *alicui servire* atque *obsequium exhibere*, significant.

(37) — E : Cum impius regni Ko Regulus, victimarum inopiam prætendens, nulla offerret sacrificia, Tchhing thang (3,176–5,124) ei misit boves et agnos ac sic eum adjuvit.

(38) F : Wen wang eos armis aggressus non est, sed benigne monuit ut se subjicerent.

(39) Vir prudentiâ pollens, si exigui regni sit regulus, probe scit se potentiori Regi resistere non posse, ac sponte suâ illi obsequium exhibet.

(40) Cum Thaï wang habitaret in urbe *Pin* (11,188), ac quotidie à septentrionalibus barbaris lacesseretur, varia illis munera obtulit. Sed hostibus nihilominus eum prementibus, reliquit urbem *Pin*, superavit montem Liang (4,257) atque urbem ad montis Khi (4,656) radices condidit. Vid. infra text. pag. 21.

(41) Keou tsian regni *Youeï* (10,572) Regulus. — C : Quamvis regni

§. X. Qui cum magno *regno* (i. e. potens) beneficia confert parvo *regno*, gaudet-*obtemperare* Cœlo ** (41 *a*); qui cum parvo *regno* obsequium-exhibet magno *regno*, veretur Cœlum ** (41 *b*). Qui gaudet-*obtemperare* Cœlo, *potest* patienter-ferre (42) *ac beneficiis afficere* * Imperii *homines*. Qui veretur Cœlum, *potest* conservare suum regnum.

Tchao Ou (4,902–1,168) reguli incursibus vexaretur, non ideo suam erga eum reverentiam oblitus est, sed obnixè petiit, ut clientelare obsequium exhibere sibi liceret.

(41*a*) E : Ut Tchhing thang et VVen wang. *Lo* (4,460) hic non significat *recreare*, ut interpretatur Noël, sed (E) cum gaudio rem aliquam agere. C : Ubi quis rem nequaquam invitus agit, dicitur eâ *lætari*, (5,454–3,211–892–2,639–41–10,186–4,460). — *Thian* (1,798) hic proprie non significat *Cœlum*, sed (E) *Thian tao* (1,798–11,117) Cœli legem, vel (H : 5,936) Rationem. C : Mencius verbo *Thian* (*Cœlum*) bis usus est, ut humanitatis et prudentiæ excellentiam illustraret. B : Princeps, qui suæ potentiæ oblitus, alios homines vel debilissimos verè amat, sponte suâ Rationi nobis cœlitus infusæ obsequitur. C : Porro hæc *Ratio* magnos parvis servire i. e. beneficia conferre docet.

(41*b*) Id est (C) veretur Rationem. B : Qui potentiæ in aliis sitæ ultro obediens, suâ sorte contentus vivit, se ipsum servare satagit, neque audet resistere *Rationi* quæ debilem (C) forti parere docet.

(42) Perperam Noël : *Imperator potest suum imperium, Regulus potest suum regnum conservare.* Quemadmodum supra verbum *sse* (vid. n. 36) modo *adjuvare*, *benefacere*, modo *servire* ac *obsequi* significat, sic verbum *pao* (249) hic bis adhibitum duplici sensu pollet. Prius (C) significat *han young* (1,161–2,138) vel (D) *han jin* (1,161–2,733) *patienter tolerare*. Posterius *pao* significat *tueri*, *conservare* (2,101). Assentiunt A. B. H. Princeps humanus, debiliores, (B) quamvis parum obsequiosos, ut Tchhing thang (E) regni Ko regulum, et VVen wang occidentales barbaros, patienter tolerat (*pao*), ac beneficiis afficit. Princeps prudens, quamvis à potentioribus lacessatur, ut conservet (*pao*) regnum, suam in eos reverentiam non ideo exuit, sed potius eos obsequio suo ac muneribus demulcere cona-

Carminum (43) *liber* ait : « *Si homines possint* vereri Cœli * majestatem (44), * hoc-modo conservant illud (i. e. regnum) (45). »

§. XI. ¶ Rex ait : * Proh-!-magnum verbum * ! *Sed ego* exiguæ *virtutis* homo habeo infirmitatem ; *ego* exiguæ *virtutis* homo amo fortitudinem (46).

tur, quemadmodum Thaï wang erga septentrionales barbaros, et Keou tsian erga regulum regni *Ou* se gesserunt.

(43) Liber Carminum, tom. *Tcheou soung* (1,187–12,192), od. *'O tsiang* (3,177–2,196). C : Illius carminis prolatio supradictam sententiam : *Qui veretur Cœlum conservat suum regnum*, tantummodo spectat.

(44) C : *Cœli majestas*, quemadmodum in supradictis : « Gaudet obsequi *Cœlo*, veretur *Cœlum* », nihil aliud est quam Cœlestis rationis lex quæ (*ibid.*) debiliorem fortiori parere, fortiorem debiliori adjumento esse jubet, quâque spretâ, homines in gravissimas calamitates incurrunt. Si quis igitur eam vereri, i. e. eam fideliter sequi, ac potentioribus obsequium exhibere sciat, regnum suum ab eorum incursibus eximere, ac proinde conservare poterit.

(45) C : Si igitur Rex humanitatem et prudentiam perfecte calleat, si obsequium magnis, si benignitatem parvis exhibere sciat, nonne omnes imperii homines patienter tolerare ac amore fovere, regnumque suum conservare poterit? Quid (H) querereris nullam esse societatem et amicitiam cum vicinis regnis ineundi artem ?

(46) H : Ars illa quam me doces ut cum vicinis regnis societatem et amicitiam ineam sane præclara est, sed illam adhibere non valeo. Quando enim (C) potentia regna mihi vel minimam injuriam inferunt, tunc, vindictæ impatiens, illis obsequium exhibere non sustineo. Quando parva regna me debita reverentia non colunt, illis ignoscere non possum. *Ibid.* Hic *amare fortitudinem* est vehementes iræ motus cohibere non posse (9–8,488–2,733–4,828).

(47) A : Rex, ne fortitudinem humanitati et prudentiæ obstare credas ; contra, istæ virtutes, remotâ fortitudine, nulli adjumento sunt. Solummodo (G) exiguam fortitudinem, quæ è cæco

M. Respondens ait : Rex, quæso (47), ne ames parvam fortitudinem. (48) *Ille* ° stringit gladium *ac* torve intuens ait : « Iste *vir*, quomodo audet adversari mihi ° ? » Illud *est* privati homuncionis ° fortitudo, quæ *tantum valet* resistere uni viro °. Rex, quæso, magnam-effice illam (49).

§. XII. *Liber* Carminum (50) ait : (51) Rex excandescens subito iratus-est. Ideo ordinavit suum exercitum, ut sisteret *jam* incedentes *hostium* turmas, ut augeret *Familiæ* Tcheou *potentiam et* felicitatem, *atque* ut responderet ad * Imperii *vota* (52). Illud *fuit Regis* Wen wang ° *magna* fortitudo °. Wen wang semel irascendo ° pacavit *cunctos* * Imperii ° populos.

§. XIII. *Liber* Chou *king* (53) ait : « Cœlum productis *istis* infra *degentibus* populis, constituit *ac dedit* illis prin-

bullientis sanguinis impetu oritur abjicere, et magnam fortitudinem, quæ æquitate et ratione nititur, amplecti debes.

(48) C : Vir qui exiguam amat fortitudinem, si levi unius momenti irâ moveatur, protinus..

(49) *Ta* ut verbum, vel ut adjectivum, subauditâ voce *hao* (*amare*), accipi potest. B : *Ta khi yoüng* magnam-efficiat suam fortitudinem. — C : Si fortitudinem amare velis, *magnam* pristinorum Imperatorum fortitudinem *ama*. Vers. Tart. *amba be kitcheki*, quæso, omnem-operam-ponas in-magnâ *fortitudine*.

(50) H : Liber Carminum, tom. *Ta ya* (1,797-11,889), Od. *Hoang i* (6,491-6,799), tibi præclarum magnæ fortitudinis exemplum præbebit.

(51) C : Regni *Mi* (2,147) homines, spreto principis Wen wang imperio, regnum *Youan* (11,753) invaserant, et jam ad agrum *Koung* (6,15) pervenerant, cum Wen wang...

(52) A : Ut omnium Imperii populorum vota impleret. — E : Ut nomen in omni Imperio clarum et amplissimum faceret.

(53) Liber Chou king *seu* Annalium Imperialium, cap. *Thaï chi* (4,932-10,070).

cipes, constituit *ac dedit* illis doctores (53 *a*). *Hinc* ° dicitur : Ipsi adjuvant * supremum-cœli-dominum (53 *b*). *Sic* (54) præcipuo-honore-affecit eos *per* quatuor *Imperii* partes (55). *Itaque, sive homines* habeant crimina (56), *sive* careant criminibus (57), ° *illud* est-in me (58). *Inter* * Imperii *homines*, quisnam auderet esse adversans (i. e. adversari) ejus voluntati? » (58 *a*)

Cum unus vir (59) transverse (60) incessisset in * Imperio, Wou wang erubuit (61) illo *scelere*. Illud *fuit*

(53*a*) B : Cœlum Reges constituit ut populos regant (*keun*) simulque doceant (*chi*).

(53*b*) H : Ad pacandum populos. C : In eis quæ supremus cœli dominus per se facere nequit.

(54) F : Illis duplex principum et doctorum munus conferendo, eos ab omnibus quatuor Imperii partium populis secrevit.

(55) C : Quapropter, ego Wen wang, cum ab ipso cœli domino imperium acceperim, ac illius vice principis et doctoris munia obeam..

(56) H : Tacite indicat immitem Tcheou (7,750).

(57) H : Tacite indicat populos.

(58) H : I. e. mei officii est nocentes plectere, et innocentes tueri ac misericordiâ fovere.

(58*a*) Perperam Noël : *Qui enim ausim venerandam Cœli mentem transgredi.* — B : Dum ultoris et remuneratoris vice fungor, quisnam *regulorum* (C) audebit tumultus miscere, populum suum sævitiâ vexare, ac proinde ejus (*nempe* universi Imperii) voluntati et votis (E) adversari. *Tchi* (2,749), non est *Cœli mens*, (*vid. not.* 58) sed (C, D) voluntas omnium Imperii populorum, qui pium benignumque regimen amant, *atque à tyrannide abhorrent.*

(59) H : Indicat Tcheou (7,750).

(60) C : *Id est*, suis cupiditatibus in transversum actus omnia in Imperio turbabat.

(61) H : Existimavit illud scelus suam *principis* et *doctoris* dignita-

Regis Wou wang ° ¶ fortitudo °. *Sic* ° Wou wang etiam semel irascendo ° pacavit * Imperii ° populos.

§. XIV. Nunc *igitur*, Rex, *si* etiam semel irascaris (62) et pacifices * Imperii ° populos, *tunc* populi solummodo timebunt (63) *ne* Rex ° non amet fortitudinem (64) °.

§. XV. *Cum* Thsi *regni regulus* Siouan wang invisisset (65) Meng tseu in *voluptatis palatio dicto* Siouei koung, Rex ait : *Numquid vir* sapiens ° (66) *potest* etiam habere hoc oblectamentum ° (67-8) ?

tem ignominiâ respergere. Itaque collecto milite peccantem ocius castigavit.

(62) H : Nunc immites principes undique grassantur, ac populi oppressi liberatorem votis omnibus anhelant. G : Rex, si possis sicut Wen wang et Wou wang agere, tunc Imperii homines cupient te semel irasci ad ejiciendos suos tyrannos ; solummodo timebunt ne fortitudinem non satis ames. H : Quid igitur fortitudinis amorem, infirmitatem esse existimas ?

(63) Noël hæc verba à præcedentibus quibus aptissime congruunt temere disjunxit : *Sed ipsi timent ne.. Ideo ad te venire tardant.* E : Si semel ut Wen wang irascaris, tunc populi, *nedum tuam iram vituperent*, solummodo..

(64) C : Hujus capitis summa hæc est : Si princeps possit vincere levem iram, tunc parvos misereri, ac magnis obsequium exhibere poterit, ut cum vicinis regnis societatem et amicitiam ineat. Si magnam fortitudinem alere possit, tunc tyrannos ejicere, populos oppressos liberare, ac deinde omne imperium placidâ pace componere poterit.

(65) Perperam Noël : *cum excepisset Mencium.* A : Rex Mencium in suo palatio *Siouei koung*, ubi eum exceperat, ipse *invisit* (*kian*). Tunc suam erga hospites urbanitatem jactans ait..

(66) H : Indicat Mencium, aut (C) Sapientes illi similes.

(67) E : In hoc palatio erant amœnissimæ (C) ambulationes, turris, stagnum piscibus abundans, et omnia generis feræ.

Meng tseu respondens ait: *Illud* habere *potest.* (69) *Si* homines non obtineant (70) *illud*, tunc obtrectant *vel* succensent suis superioribus °. Qui non obtinentes (71) *illud* °, obtrectant suis superioribus (72), peccant °. *Sed vir* qui est *constitutus* populi superior (i. e. princeps), ettamen non *vult* cum populo simul lætari, etiam (73) peccat °.

§. XVI. *Si existat princeps* qui (74) lætetur populi ° lætitia (75), populus etiam lætabitur (75 *a*) ejus lætitia.

(68) A : An sapientem qui ex agrorum medio venit, etiam in amœnâ istiusmodi sede commorari decet?

(69) H : Non solum sapientes sed etiam plebeios homines, istorum gaudiorum participes facere debes. — Mencius non intelligit Principem debere sua palatii (C) Siouei koung oblectamenta cum populo sociare, sed eum ita benigne et clementer tractare, ut subditi placidâ pace composti, (H) ac rebus omnibus ad victum vestitumque necessariis instructi, in suâ quisque domo, velut Princeps et Mencius in prædicto palatio, lætos dies transigere possint.

(70) H : Indicat Populum. Perperam Noël : *Id quod amat habere exoptat.* H : Si non obtineant placidæ commorationis lætitiam. Vid. not. 69 sub finem.

(71) A : Si princeps hæc gaudia solus percipiat, ac populum mœrore et laboribus contabescentem non miseretur..

(72) A : Si populus suâ sorte non sit contentus, ac principi obtrectet, lædit quidem rationem; sed illud crimen leve est quia nempe magis principi quam populo imputari debet.

(73) H : Multo gravius peccat; omnia (E) enim vitæ commoda, ex populi vectigalibus, atque gratuita operarum præbitione hausit.

(74) Vid. supra not. 11.

(75) H : I. e. populo dare illa quibus gaudet (*nempe* humani regiminis beneficia). Vid. *supra* not. 21 et 69 sub finem.

(75*a*) H : Populus principem suum, ex omnibus quæ amat, *e. g.* (A) septo, stagno, musicisque concentibus gaudium percipere exoptabit. Vid. supra not. 17 et, cap. I, n. 18-9.

Si existat princeps qui tristetur (76) populi ° tristitia, populus etiam tristabitur ejus tristitia. *Princeps qui* lætatus-sit (77) ad *Imperium, *qui* tristatus-sit ad *Imperium, * et-tamen non *vere* regnaverit, nondum ° ¶ extitit °.

§. XVII. (78) Olim ° *regni* Thsi *regulus* King koung interrogans ab (i. e. interrogans) Yan tseu (79) ait : Ego cupio invisere *mea loca* in Tchouan fou *et* Tchhao wou (80) *sita, ac* legens maris *oram*, * versus-austrum *incedendo*, pervenire ad Lang ye (81). Ego quomodo agendo ° potero ut imiter ad (i. e. imiter) *præclaras* pristinorum Imperatorum (82) visitationes °.

§. XVIII. Yen tseu respondens ait : *Proh !* * Quam-

(76) H : Si iis quæ aversatur, *v. g.* tyrannide, erga eum non utatur, si (A) eum famis, frigoris, atque ærumnarum immunem præstet, vel iis conflictatum miseretur ac benignè sublevet.

(77) C : *Lo i thian hia, yeou i thian hia*, gaudere ad imperium (*pour l'empire*), tristari ad imperium, non est *ex populorum gaudio gaudere, ex populorum tristitiâ tristari*, ut perperam interpretatur Noël ; sed ita gaudere ut (C) principis gaudium, fiat omnium gaudium, ita tristari ut principis tristitia fiat omnium tristitia. *Ibid.* Quando *principis* mœror *et* lætitia penetrant ad omne imperium (3,049–4,460–11,073–43–1,798–8). Scribere debebat Noël : *Princeps cujus gaudio populi gaudent, cujus tristitia populi tristantur...*

(78) A : Ut tibi perspicue ostendam principem qui cum populo lætatur posse vere regnare, necesse mihi non erit testimonia à remotissimâ antiquitate accersere. In tuo regno exemplum sumam.

(79) G : Yan tseu Regni Thsi primarius minister.

(80) H : Duorum montium nomina. Perperam Noël : *Chuen Su.*

(81) Sic Vers. Tart. et Interpr. D. Perperam Noël *Lang Sie.* E : *Lang ye* erat urbs in regni Thsi finibus sita.

(82) H : Trium familiarum *Hia* (1,780) *In* (4,750) et *Tcheou* (1,187) sanctos reges indicat.

pulchra quæstio °! *Quando* * Imperator (83) adibat * regulos, *illud* dicebatur SEUN CHEOU (84). SEUN CHEOU ° *est* visitare *atque inspicere* (85) illud-quod custoditur °. *Quando* * reguli (86) ibant-in-aulam-invisuri-ad (i. e. invisuri) * Imperatorem, *illud* dicebatur CHU TCHI. CHU TCHI ° *est* declarare illud-quod administratur °. *Visitatio* nulla-erat quæ careret negotio (87), *vel, in his* nihil-erat quod careret negotio. Vere (88) invisebant arantes et supplebant (89) *ea quæ* non sufficiebant. *In* autumno invisebant metentes (*vel* messes), et adjuvabant *agricolas in eis* quæ non sufficiebant (90). *Familiæ* (91) Hia (i. e. *Fa-*

(83) H : Duodecimo quoque anno, prisci Imperatores regna à regulis (E) suo ipsorum nomine administrata, perlustrabant.

(84) Hic *Cheou* (5,737) adhibetur pro *cheou* (2,101).

(85) Examinabat an eorum regni administratio floreret vel langueret (C), an populorum illis commissorum agri culturâ niterent, vel inculti squalerent. Tunc diligentes remunerabat, negligentesque debitâ pœnâ multatos (A) regno spoliabat.

(86) H : Clientelares principes, seu reguli, singuli sexto quoque anno, Imperatorem-in-aulâ-salutaturi ibant, ut illi administrationis suæ rationem redderent.

(87) H : Atque inutiliter fieret (7,275-9,658-8,284) *Ibid.* : Istæ Imperatorum visitationes, istæ Regulorum salutationes res erant optimæ ac utilissimæ. C : Non deambulabant ut otii sui tædia, sed ut populi ærumnas solarentur.

(88) H : Imperator in suo imperialis sedis districtu et reguli singuli in suo regno, quotannis etc.

(89) A. B. Grana ad serendum. E : Aratra et ligones ad terram excolendam. H : Si carerent alimentis necessariis, ut valentes et robusti profundos terræ sulcos infinderent, tunc, publicis horreis apertis, eorum penuriam sublevabat.

(90) H : Si messes singulis familiis per annum alendis non sufficerent, tunc illas tributo et gratuita operarum præbitione absolutas, publicorum horreorum frugibus sustentabat.

milia Hia *imperante*) proverbium dicebat : « *Si* noster Imperator non deambulet (92), nos * quomodo quiescemus (93); si noster Imperator non se-recreet, nos * quomodo adjuvabimur (94)? » Una *illa verna* deambulatio, *et una illa autumnalis* recreatio, facta-erat * regulis regula *et exemplar*.

§. XIX. ¶ Nunc *vero* ° (95), non ita *res se habet. Cum principe* bis-mille-et-quingentorum-militum-legio incedit et cibaria devorantur (96). Qui esuriunt, non *possunt* comedere; qui laborant, non *possunt* quiescere. *Illi* * torve-tuentes, *principibus suis* simul (96*a*) maledicunt. *In* populi ° *corde* exsurgunt occulta-odia, *vel* populus ° perpetrat malum. *Hinc* resistunt (97) mandatis, *illinc* oppri-

(91) H : Familiæ Hia (1,780) tempore in Imperialis sedis districtu vulgo dicebatur..

(92) H : Si terras perlustraturus atque inspecturus non deambulet.

(93) E : Quomodo à laboribus et miseriis quiescemus. C explicat *hieou* (136) per *bonum* (8,186) : quomodo accipiemus principis bona i. e. beneficia. Assentit H : quando inferiores afficiuntur Superioris (i. e. principis) beneficiis, illud dicitur *hieou*.

(94) C : Non deambulando sed populi miserias leniendo, ac egenos sublevando sese recreabat.

(95) A : Nunc vero multum abest ut reguli præclaras priscorum Imperatorum visitationes imitentur.

(96) Tunc populos quos istis visitationibus alere deberent, immensa cibaria suis catervis suppeditare cogunt.

(96*a*) Perperam Noël : *Sese invicem torve aspicientes.* C : Verbum *siu, unà, simul,* referendum est ad verbum *tchaï, maledicere.* E hunc locum longe aliter interpretatur : Qui munera obeunt, torvis oculis tuentur et principem conviciis simul impetunt. Inde populus imitatur eos atque in crimina ruit. Vers. Tart. verbum *tso* (173) per *yendembi* (*exsurgere, exoriri*) et Interpres E per *weï* (5,595) *facere*, explicant.

munt populos. Bibunt, comedunt sicut torrentes. *Prava eorum agendi ratio quæ modo* LIEOU *et* LIAN, *modo* HOANG *et* WANG *dicitur* facta-est *vicinorum* * dynastarum mœror.

§. XX. Sequendo (98) torrentem° descendere, et oblivisci redire (i. e. reditum) (99), *illud* vocatur ° LIEOU (100); sequendo torrentem ° ascendere (101), et oblivisci reditum, *illud* vocatur ° LIAN (101 *a*). Sequendo feras ° non satiari, *illud* vocatur ° (101*b*) HOANG; lætari vino (i. e. indulgere vino) *et* non satiari, *illud* vocatur ° WANG (101*c*). Prisci Imperatores non-habebant (102) *turpia, quæ dicuntur* LIEOU *et* LIAN °, gaudia, *neque* (102 *a*) *pravam*,

(97) F : *Hinc*, reguli resistunt jussis Imperatoris qui ipsis populos in miseriis sublevare ac fovere præcepit, *illinc*, innocentes subditos dirâ tyrannide premunt. E : Resistunt exemplo et mandatis pristinorum Imperatorum, qui has visitationes populi sublevandi causâ fieri jubebant.

(98) H : Ex alto, cymba fluctuum impetui permissa, descendere. I. e. Sine modo cupiditatibus indulgere.

(99) *Nempe* reditum ad virtutem.

(100) *Lieou*, i. e. *fluere, flumine-trahi.*

(101) H : Obnitendo fluctibus ex infra ascendere, *nempe* adverso flumine lembum subigere. I. e. Voluptatibus diu et sine intermissione obsequi.

(101*a*) *Lian, quasi connectere, continuare* voluptates.

(101*b*) F : I. e. tempus absumere, quod (E) famoso I (8,227) accidit.

(101*c*) F : I. e. Res suas pessumdare, (E) quemadmodum *Tcheou* (7,750) qui comessationibus regnum suum disperdidit.

(102) Ad verbum : non habebant gaudium τοῦ *lieou* et τοῦ *lian*; i. e. non obsequebantur cupiditatibus, nec in voluptatibus continuis torpebant. Vid. not. 98 et 101.

(102*a*) Ad verbum : non habebant agendi-rationem τοῦ *hoang* et

quæ dicitur HOANG *et* WANG ° agendi-rationem. *Illud est* quod solummodo princeps agere *debet* ° (103).

§. XXI. King koung (103 *a*) lætatus-est. *Tunc* late decretum-promulgavit per *universum* regnum. Exiens (104) commoratus-est in campis (105) * Inde cœpit auspicari *pium regimen* (106), *et* aperire *horrea publica, ad* supplendum *ea quæ* non sufficiebant. *Denique* advocato * supremo-musicæ-præsidi ait: Causâ meî, compone principis *et* ministri simul lætantium (107) ° musicam. Porro (108) Tchi chao *et* ¶ Kio chao *illud* est °. Illius *musicæ* carmen

τοῦ wang; i. e. venationi, omni tempore vacando, non terebant tempus, nec vino sese ingurgitando, res suas disperdebant.

(103) Perperam Noël : *tu ergo visis recentiorum Regum vitiis, et cognitis antiquorum virtutibus potes discernere quid te agere decet.* C : Mencius Regem ad pristinorum Imperatorum imitationem (vid. n. 102, 102 *a*) hortatur, non vero monet eum ut, inter bonos antiquorum et inter malos recentiorum *temporum* principes, eligat quem sequi velit.

(103*a*) C : King tseu adeo commotus est isto ministri sui sermone, ut statim montes *Tchouan fou* et *Tchhao wou* invisere oblitus, (F) per universum regnum decreta promulgari jusserit, quibus populi felicitatem restauraret, ac ab omnibus malis eum eximeret.

(104) C : Noluit in suo palatio voluptati et otio diutius indulgere, sed..

(105) A : Ut suismet oculis populi miserias inspiceret ac sublevaret.

(106) Sic Interpres E. — F vero simul legit *hing-fa* (8,703-6,482) atque ea verba explicat per *aperire* (horrea).

(107) C : ego, auditis ministri mei consiliis, et minister, me ea exequente, vehementer lætati sumus.

(108) B : Musica quam tunc composuit ea est quæ in libris dicitur *Tchi chao* i. e. (G) quartus modus musicus, qui pro negotiis adhibetur, tunc enim regiminis negotia optime peracta sunt; et *Kio chao*, i. e. tertius modus musicus qui pro populo adhibetur, tunc enim populi calamitates optime sublevatæ sunt.

ait : « *Ministro* retinenti *suum* principem, quomodo culpæ *verteretur?* » *Enim vero* (109) retinere (110) principem •, *est vere* amare principem •.

§. XXII. *Regni* Thsi *regulus* Siouan wang interrogans ait : Homines uno-ore dicunt mihi funditus-evertere Ming thang (i. e. splendidum *imperatoris* palatium) (111). *illud* °, *vel ab illo evertendo* abstinebo • ?

Meng tseu respondens ait : ° Ming thang • (112) *est* * Imperatoris ° palatium °. Rex, *si* cupias exercere *optimi* Imperatoris regimen, tunc ne funditus-evertas illud •.

§. XXVIII. Rex ait : *Optimi* Imperatoris regimen, *quid sit*, possum *ne* obtinere *ut* audiam • ?

M. Respondens ait : Olim °, *quando* Wen wang ° administrabat *urbem* Khi (113) °, * agricolæ *è* novem unum,

(109) Noël hæc verba, quasi ad carmen pertinerent, præcedentibus inconsulto adnectit. H : hic Mencius citatum carmen explicat. Tart. Vers. *edchen be ilibourede, ai ouaka, sekhepi* « principem retinenti quomodo culpa ? » *Sic* dixit *carmen.*

(110) I. e. principem à vitio deterrere, vel peccaturum compescere.

(111) A : Olim Imperator *Tcheou* (1,187) ad radices montis *Thaï chan* (4,932-2,275) imperiale palatium extruxerat, ad excipiendos regulos qui sexto quoque anno clientelare obsequium illi præstituri veniebant. (E) Area in qua surgebat illud palatium victoriæ jure in reguli regni *Thsi* potestatem cesserat. Cum igitur, Familia *Tcheou* jam in interitum vergente, Imperator regulos non amplius visitaret (*Seun cheou*, 2,384-5,735), nec regulum *Siouan wang* in eo palatio habitare deceret, omnes illius eversionem suadebant.

(112) A : Illud *Ming thang*, non est reguli palatium. Si igitur illud habitare velis, omnia quæ ad regulum pertinent exuenda, omnia vero quæ ad optimum Imperatorem tibi capessenda sunt.

(113) C : *Khi* (4,656) Familiæ *Tcheou* (1,187) antiquum regnum.

(114) magistratus * *per* generationes (115) stipendia-accipiebant. *Ad* portas (116) *et in urbis* foro inspiciebatur (117), et non exigebatur-tributum. *In* lacubus piscatoria-instrumenta (118) non-habebant interdictum. *Quantum ad* (118 *a*) sontes homines, *solum puniebat eos*, non *puniebat eorum* uxores-et-liberos, *vel*, sceleris *pœna assequebatur* hominem *sontem* non *ejus* uxorem-et-liberos. * Senex ° orbatus uxore dicitur KOUAN (i. e. viduus); senex* orbata conjuge dicitur KOUA (i. e. vidua); senex* orbatus liberis dicitur TO (i. e. solus); puer ° orbatus patre dicitur (118 *b*) KOU (i. e. pupillus). Ista quatuor

(114) H : ab agricolis nonam frugum partem pro tributo exigebat.

(115) H : Filios et nepotes magistratuum qui olim munera sua cum laude obierant, in singulis generationibus stipendiis alebat.

(116) G : ad itinerum portas.

(117) G : Præfectus regni portis et publicis nundinis præpositus viros vestitu aut sermone diversos sedulo inspiciebat, ne qua fraus aut proditio occulte subrepens publicam tranquillitatem perturbaret.

(118) *Liang*, i. e. (G) *iu liang* (12,774-4,257), Apparatus ad capiendos pisces. *Morrison.* — Dict. *Tching tseu thoung* : lapideus obex ad retinendos pisces.

(118*a*) Sic E. — Difficilis hic locus varie à variis interpretibus explicatur. Tart. vers. *Oueilengge nialma de enese be kolbobourakô*, à sonte homine posteri *pœna* non involvebantur. B et F subaudito verbo *ki* (1,092) *assequi*, nodum feliciter expedivisse mihi videntur : *tsoui* delicti *pœna*, *ki assequebatur*, *jin* hominem *sontem*, *eul* et, *po* non, *ki assequebatur*, *nou* uxorem-et-liberos.

(118*b*) Perperam Noël : *pueri parentibus destituti dicuntur orphani.* *Kou* (2,073), *patre-orbum* non autem *utroque-parente-orbum*, *fou* (5,598), *patrem* non autem *patrem et matrem* significat. Tart. Vers.

hominum genera°, *sunt* * Imperii ° miserrimus populus, etenim non-habent (119) *quemquam* quem *miseriæ suæ* commoneant° *ac implorent*. Wen wang auspicatus *pium* regimen, extendendo (i. e. exercendo) humanitatem, certe primas-dabat hisce quatuor hominum *generibus*¶ °. Carminum (120) *liber* ait : « Possunt quidem divites (121) homines, *sed princeps debet* miserari illos ærumnosos *et* solos. »

Rex ait · * Proh-!-pulchrum sermonem ° (121 *a*)!

Adsiga de ama akingge be oumoutou sembi, quando puer non habet patrem dicitur *oumoutou*, i. e. patre-orbus.

(119) H : orbantur patre, marito, uxore et liberis (A) quos *suæ miseriæ* moneant (3,211-1,178-9,982-8,284), (C) quique eos alant, ac curam eorum suscipiant. Minus placet Noëliana versio : *apud quem suas miserias et querelas deponant, vel cujus patrocinio innitantur. Idem* dicendum de Morris. Vers. in *the syllab. Dict.* p. 454 : *poor people without any one to complain to*. Verba enim *Kao-sou* (1,178-9,982), non significant *queri* vel *accusare*, sed (A, C) *narrare, declarare, aliquem de re monere*. Vid. Basilii Diction. n° 9,982, et ipsius Morris. Syllab. Diction. n° 9,519.

(120) Liber Carminum, tom. *Siao ya* (2,203-11,889), od. *Tching youeï* (4,652,4027).

(121) Perperam Noël : *à divitibus quidem ut aliquid moderati exigat Princeps æquum et decens est*. Hic enim nequaquam de tributis exigendis agitur. Libri Carminum interpres : Quamvis pauperes et divites dicantur calamitates à Cœlo immissas, *v. g.* terræ sterilitatem, annonæ caritatem, pariter perpeti, attamen divites viribus valent divitiis abundant, ac adhuc eas patienter sustinere et quodam modo vincere *possunt* (*kho*, 1,262). Si vero istis senibus, viduis et pupillis ingruant, tunc viribus defecti, et divitiis quibus accepta damna resarciant omnino destituti, vix inveniuntur vitæ tolerandæ pares. Nonne ante alios misericordia digni sunt !

(121*a*) H : indicat ea quæ Mencius dixit de præclara Regis Wen wang administratione.

§. XXIV. *M.* ait : Rex, si pulchrum-judicas illum, tunc *quomodo non agis (121 *b*)?

Rex ait : *Ego* exiguæ *virtutis* vir habeo infirmitatem ; *ego* exiguæ *virtutis* vir amo divitias.

M. Respondens ait (122) : *Olim Koung lieou *etiam* amabat divitias (122*b*). Carminum *liber* ait : « ° coacervavit (123), ° recondidit °. ° Involvit *et reposuit* * sieca-alimenta in saccis-utrimque-apertis, *et* in saccis-superna-parte-apertis. Cogitabat ad (124) pacificandum *suum populum et ad* illustrandum *ac roborandum suum regnum.* Arcubus *et* sagittis extemplo paratis, clipeis, lanceis, securibus-magnis *et* securibus-parvis *assumptis,* tunc cœpit iter-aggredi (125). » Itaque *ubi viri* qui manebant habuerunt *fruges in campis* coacervatas, *et in horreis* reconditas,

(121*b*) I. e. quid eum imitari non properas?

(122) H : Sed divitiarum amor nullo modo bono regimini obstat. A : Dynastæ *Heou tsi* (1,143-7,212), illustrissimæ Familiæ *Tcheou* (1,187) conditoris, pronepos erat. C : Cum Koung lieou inter occidentales barbaros degens populum suum ab iis quotidie lacessi videret, gravi mœrore conficiebatur. Tunc ut regno locupletato potens evaderet, curavit ut etc.

(122*b*) Liber Carminum tom. *Ta ya*, od. *Koung lieou* (6,12-846).

(123) H : *tsi* (7,236) est tritici metas (*des meules de bled*) sub dio extruere. A : Curavit ut populus in campis magnos manipulorum acervos, in domuum horreis ingentem frumenti copiam haberet.

(124) H : hic *young* (6,164) poetice pro *i* (115) adhibetur. Libri Carminum Interpres collocat illud *young* ceu *i* (*ad*) ante verbum *sse* (2,783), quod nostræ interpretationi favet : Cogitabat ad pacificandum (10,924-1,210 *ibid.*) suum populum (i. e. volebat pacificare s. p.)

(125) H : Cum gente sua transmigravit in locum dictum *Pin* (10,371), ibique regni sui sedem collocavit.

ubi viri qui *cum eo* incedebant habuerunt involuta *atque in saccis reposita* cibaria°, * deinde potuit ut tunc inciperet iter-aggredi. Rex, *si ita* ames divitias, *ac* cum centum familiis communes-efficias illas, ad regnandum *super omne Imperium* quid *difficultatis* est?

§. XXV. Rex ait : *Ego* exiguæ *virtutis* homo habeo infirmitatem; *ego* exiguæ *virtutis* homo amo voluptatem.

M. Respondens ait : Olim * Thaï wang *etiam* amabat voluptatem. Amabat suam uxorem. (126) *Liber* Carminum ait : « *Princeps cognomine* Kou koung (127) *nomine* Tan fou (128), venit mane, **conscensis*-equis-currens, *ac* legens occidentalis fluvii oram, ¶ pervenit ad *montis* Khi radices. Inde *secum* (129) *accipiens* Kiang *suam* *uxorem, * (130) venit *atque* simul commoratus-est. » In hoc tempore°, domi, nulla-erat indignans (131-2) mulier; foras, nullus-erat cælebs vir (133). Rex, si *ita* ames voluptatem, *ac* cum centum familiis communem-efficias eam, *tunc* ad *vere* regnandum quid *difficultatis* est?

(126) Liber Carminum, tom. *Ta ya*, od. *Mien* (7,916).

(127) A : Tan fou cognomine Kou koung, Principis VVen wang avus (H, 7,017), Dynastæ Koung lieou nona generatione abnepos; cum VVou wang (4,658-5,884 *bis*) ejus nepos cognominaverat Thaï (1,799) wang, i. e. primum virtute et gestis Imperatorem.

(128) H : Crebris occidentalium gentium incursionibus se subducere volebat.

(129) Interpres K : *Ki* (1,092) significat *iu* (8,702) *cum*.

(130) H : *iu* (8,389) particula. Assentit versio Tart.

(131-132) H : non indignabatur se marito carere, i. e. quælibet mulier maritum, quilibet vir uxorem habebat.

(133) Id est : effice ut populus, non secus ac tu, honesta conjugii voluptate fruatur.

§. XXVI. (133 *a*) Meng tseu alloquens *regni* Thsi *principem* Siouan wang (134) ait : *En inter* Regis ° subditos, existit *aliquis* qui committens suam uxorem *et* liberos (135) ad suum amicum °, transiit-in (136) *regnum* Thsou *ad* deambulandum °. *Si*, *ubi* advenerit ejus reditus (i. e. *ubi* redux fuerit) °, tunc *audiat* alguisse *et* esuriisse suam uxorem *et* liberos, tunc ** quomodo *agere debet?*

Rex ait : Abjicere illum (137).

§. XXVII. *M.* ait : *Si* * summus-justitiæ-præses non possit regere (138) *subjectos sibi* præfectos, tunc ** quomodo *princeps agere debet?*

Rex ait : De-munere-dimittere illum.

§. XXVIII. *M.* ait : *Si regiones* intra quatuor *regni* ter-

(133*a*) H : Si igitur omnes populi ad te certatim confluere debeant, tunc Imperator factus, in palatio Ming-thang, illæsa æquitate sedere, ac varios regulos clientelare tibi obsequium exhibentes excipere poteris. Quid igitur illud everteres ?

(134) C : Cum Siouan wang suum regnum male administraret, (E) eum Mencius, similitudine adhibitâ, aspere correptum, *suis se verbis damnare cogit.*

(135) F : Illi uxorem et liberos, non hospitio excipiendos, sed tantummodo alendos et vestiendos committit.

(136) Noëliana interpr. *En aliquis tuus Præfectus negotiorum causâ in regnum Thsou profecturus*, nulli Interpreti probatur. E : Profectus est in regnum Thsou, regno Thsi vicinum, ut se deambulatione recrearet (3,201). — Cum Noël, *negotia*, non *deambulandi voluntatem*, itineris causam esse arbitretur, nil mirum si verbum *Tchhin* (8,652) non *subditum*, sed *Præfectum* interpretatur.

(137) H : Amicitiam cum eo discindere debet.

(138) H : Si nequeat eos in officio dirigere, (C) ac prohibere quominus nocentes absolvant, et innocentes pœna afficiant.

(139) Ad verbum : *Si* quatuor confiniorum ° τὸ interius.

minos *sitæ*° (139) *à Rege non recte* administrentur (140), tunc **quomodo *Rex agere debet* (141)?

Rex respexit dextrorsum *et* sinistrorsum, atque locutus-est alia (142).

§. XXIX. Meng tseu invisens (143) *regni* Thsi *regulum* Siouan wang ait : *Illud*-quo *homines* dicunt antiquum (144) *esse* regnum ° *te docere expedit.* Non (145) *quia* dicitur *regnum* habere proceras *ac annosas* arbores, ¶illud *antiquum* dicunt °. *Sed eo quod* habet *optimos longo* generationum *ordine sibi succedentes* (146) ministros,

(140) F : Indicat Regnum Thsi. H : Si populi principis curæ commissi assiduis miseriis tabescant, si morum documenta per contemptum et incuriam in dies exolescant.

(141) Porro Mencius tali principi vel resipiscendum vel abdicandum esse censet.

(142) C : Rex se non audisse simulans, ad alia sermonem convertit ut responsionem sibi indecoram eluderet.

(143) Nescio unde Noël desumpserit : *Siouan wang qui Præfectos et populum nimium parce tractabat.* Nihil enim hujusmodi in hoc capite invenias. Mencius Regem vituperat, quod Ministros, nulla meritorum aut virtutis habita ratione, modo eligat, modo munere exuat.

(144) Noëliana interpretatio neque nitida neque textui consentanea est : *Non quia multa annorum sæcula, longasque Regum series recenset, instar annosæ et altæ arboris; sed* etc. G : Altas arbores, et ministrorum-per-generationes-sibi-succedentium seriem, regnum antiquum habere decet. Attamen illud quo regnum judicatur antiquum, in his (ministris), non vero in illis (arboribus) situm est.

(145) Locum hunc difficillimum juxta E interpretatus sum.

(146) E : Ministros (H) qui cum populo lætantes vel mœrentes, principem in regno gubernando semper adjuvare valeant, ita ut regnum, felici hac administratione diu continuatâ, antiquum evadens, aliis tandem exemplo esse possit.

illud *antiquum dicunt* °. Rex, non-habes *ullum* intimum (147-8) ministrum °, *quia nempe*, illos-quos *heri ad-dignitatem-evexisti, hodie *munere depellis*, *ac fere eodem momento* *obliviscereris eorum depulsionem° (149).

§. XXX. Rex ait : (150) Ego, *quomodo *prius* cognoscam eorum *inscitiam, ut *à magistratu* arceam eos ?

M. ait : Regni princeps (151) ad-dignitatem-evehendo sapientes, *agere debet* quasi non posset *ab illis eligendis* abstinere. *Porro eum* *jam-jam-effecturus *sit ut viri* plebei (152) antecedant *viros* nobiles, *atque ut sui* remotio-

(147) C : Ministri-per-generationes-sibi succedentes, ut tales evaderent, olim intimi principis ministri esse cœperunt. Porro, cum istis *intimis ministris* careas, quomodo regnum tuum ministris-per-generationes-sibi-succedentibus diù inniti ac proinde antiquum haberi posset ?

(148) Tart. Vers. *khantsi amba*, propinquus, consanguineus minister. H : Ministri qui cum principe lætantur *et* mœrent. C : Ministri quos princeps cordis et fellis loco habet, *i. e.* qui illi arctissime devincti sunt.

(149) C : Indicat Regem primarios ministros facillime de munere dimittere.

(150) G : Ego eos ingenio et virtute carere nesciebam, ac non nisi errore captus ad munera evexi.

(151) H : Sapiens princeps non illa qua soles levitate trahitur, sed dubius et anxius diù hæret, iterum atque iterum secum reputat. Primum, virum ad dignitates promovere non vult, sed tandem, virtute ejus diligenter perspectà, quasi necessitati parens eum promovet.

(152) B : Si inter nobiles, sapientem non inveniat, eum inter plebeios, si inter consanguineos-propinquiores non inveniat, eum inter consanguineos-remotiores, quærere debet. B : Cum autem, tali delectu, consuetus regni ordo quodam modo evertatur, nonne princeps maximam diligentiam in eo adhibere debet ?

5..

res-consanguinei antecedant propinquiores-consanguineos, *numquid* potest non adhibere-diligentiam °?

§. XXXI. *Si tui ministri ad* dextram *et ad* sinistram *sedentes* una dicant : *ille vir est* sapiens; nondum licet *illis fidem adhibere* °. *Si* omnes *Præfecti una dicant : *ille vir est* sapiens; nondum licet °. *Si vero* regni homines una dixerint : *ille vir est* sapiens, *ac* *deinde examinato eo, videris *eum esse* sapientem °, *tunc utere illo.

Si tui ministri ad dextram *et ad* sinistram *sedentes* una dicant : *ille* non potest (i. e. non est dignus qui ad dignitatem evehatur); ne audias *illos*. *Si* omnes *Præfecti una dicant : *ille* non potest; ne audias *illos*. *Si vero* regni homines una dixerint : *ille* non potest, *ac* *deinde examinato illo, videris *illum* non posse *evehi*°, *tunc rejice illum.

XXXII. *Si tui ministri*¶ *ad* dextram *et ad* sinistram *sedentes* una dicant : oportet *eum* occidere, ne audias *illos*. *Si* omnes *Præfecti una dicant : oportet *eum* occidere, ne audias *illos*. *Si vero* regni homines una dixerint : oportet *eum* occidere, *ac* *deinde examinato eo, videris oportere *eum* occidere °, *tunc occide eum. Itaque dicetur : regni homines occiderunt illum °.

(153) G : Nempe Tchhing (3,176) thang. Noël : *In australe exilium Tsiao*. Præstat scribere (E) in terram Nan tsiao (1,010-2,385).

(154) H : in prælio *vel* in campis *Mo ye* (5,650-11,374).

(155) C : i. e. Si princeps qui (A) populis præpositus est ad misericordiam erga eos exercendam, humanitatis sensus sibi cœlitus infusos extinguat, ac crudeliter in subditos sæviat.

(156) Perperam Noël : *Si avarus omnes æquitatis leges evertat*. Mencius per *i* (8,208) *æquitatem*, non intelligit justitiam qua suum cuique tribuimus, sed virtutem illam quæ nos recti tenaces efficit, nosque in variis tum naturæ tum societatis officiis rite obeundis dirigit.

§. XXXIII. *Si princeps* *ita *agat*, * tunc poterit *haberi populi pater *et* mater.

§. XXXIV. *Regni* Thsi *regulus* Siouan wang interrogans ait : *Audivi regulum* Thang in-exilium-misisse (153) *Imperatorem* Kie, *ac regulum* Wou wang armis-aggressum-esse (154) *Imperatorem* Tcheou; existit*ne illud* ° ?

Meng tseu respondens ait : in historia existit illud.

R. ait : *Numquid* subditis occidere suum principem licet °?

M. ait : *Ille* qui furtum-facit humanitati (i. e. lædit (155) humanitatem) vocatur ° prædo ; *ille* qui furtum-facit (156) æquitati, vocatur ° vir-nefarius. *Porro* *prædo-*ac-simul*-nefarius ° vir, vocatur ° solus (i. e. privatus) homo (157). *Ego quidem* audivi *regulum Thhang* occidisse unum hominem-*privatum nomine* Tcheou°; *sed* nondum audivi *subditum Thhang* peremisse *suum* principem ° (158).

§. XXXV. ¶ Meng tseu invisens (159) *regni* Thsi *principem* Siouan wang ait : *Si* facias magnum palatium (160),

C : *lædere æquitatem* (2,132–8,206), significat : *violare* et *subvertere* (413–3,751) cognationes à natura institutas (*i-lun*, 2,654–10–138. Morris. *the natural relations*), vel (Basil. n° 2,654) quinque subordinationes; scilicet : 1° inter Reges et vassallos; 2° inter parentes et liberos; 3° inter fratres majores et minores; 4° inter maritum et uxorem; 5° inter amicos.

(157) G : Quia populus ab eo desciscit, parentes eum deserunt, nec jam universi imperii dominus habetur.

(158) C : Wou wang (4,658–5,884 *bis*) Imperatorem Kie castigando, non iræ vel ambitioni suæ, sed Cœli mandato, populorumque votis obtemperavit. Vid. Gaubil, *Chou king* p. 83.

(159) H : Meng tseu videns Regem viris sapientibus munera non conferentem, eum adit, atque, allata similitudine, arguit.

(160) H : Palatium ædificandum cum regno administrando confert.

tunc necessario jubebis opificum magistrum quærere magnas arbores (161). *Ubi* opificum magister invenit magnas arbores, tunc Rex lætatur; *quia nempe* * existimat *illas* posse idoneas-esse (162) suo muneri (i. e. usui) °. *Si vero* * fabri-lignarii *parum dextro* securi-cædant, et parvas-efficiant illas, tunc Rex irascitur; *quia nempe* * existimat *illas* non *jam posse* idoneas-esse suo muneri (i. e. usui) °.

Porro (163) ° homines (164) in-juventute ° addiscunt *humanitatem et æquitatem* °, *at* viri-facti ° cupiunt agere *vel* in-

(161) H : Magnas trabes cum viris sapientibus confert. Rectius C: confert *sapientes* cum opificum magistro, *sapientum studia*, nempe *humanitatem* et *æquitatem* quibus nititur optima regni administratio, cum trabibus quibus compingitur palatium.

(162) C : Existimat eas domui extruendæ idoneas esse. Perperam Noël : *Ex his enim poterunt fieri trabes quæ totum ædificii onus sustineant.* Verbum enim *jîn* (122) hic non significat *gestare*, sed *munus*, *officium*; *Ching* (906) *jîn* par esse muneri obeundo. E interpretatur *jîn* per *young* (6,164) usus; idcirco hic *Ching young* significat : aptum esse *opificis* usui. *Ibid.* E, alium ac B, C, H, sensum affert, nec omnino spernendum : existimat opificum magistrum posse fungi suo munere. — J : Verbum *jîn* (122) *munus*, magis hominibus quam rebus inanimatis convenit.

(163) C : Ad palatium extruendum magnis trabibus, ad regnum administrandum magna humanitatis et æquitatis scientia opus est. Si igitur magna hæc sapientum studia abrumpat, ac pro illis futilia ac parvi momenti studia substituat, regnum ejus non magis administrari, quam magnum palatium brevioribus trabibus extrui, poterit. H : Quod spectat ad arbores palatio extruendo idoneas, Rex vult eas esse altissimas; quum viris regno suo compagi et columini futuris indiget, secus agit.

(164) H : Sapientes indicat.

praxim-redigere illas (165). *Si vero* Rex *eis* dicat : ad-tempus relinquite ea-quæ vos didiscistis et obsequimini meis *documentis* (166), tunc *quomodo (167)?

§. XXXVI. Nunc, *si* (168) *tibi* sit *informis-onyx (169) in hoc *loco;* quamvis decem millia I (i. e. 240,000 unciis) *valeat* (170), certe jubebis *lapidarium *scalpere-atque-cælare (i. e. elaborare) (171) illum. *Jam vero quod* attinet

(165) H : Apud principem, ubi viri facti fuerint, gratiam inire cupiunt, ut eum sublimibus studiis quibus juvenes vacaverunt, in regno administrando, adjuvent atque ad humanitatem et æquitatem perducant.

(166) Perperam Noël : *Me præeuntem ducem ad egregia belli facinora sequimini;* hic enim verbum *thsoung* (2,700), non *præcedentem sequi* sed (B, C, H) *docenti obtemperare* significat.

(167) C : Nonne id est magnas trabes ad magnum palatium, exigua vero studia ad magnum administrationis opus requirere? Porro, quomodo te lateret regni administrationem multo majoris momenti adhuc esse quam palatii ædificationem?

(168) Perperam Noel : *ecce lapidarius habet informem onychem.. debet tamen illum perito gemmario scalpendum dare.* Si enim lapidarius onychen possideat, ad eum elaborandum lapidarii opera non indiget. Ut vero Menciana similitudo omnem vim suam retineat, onyx pertinere debet ad Regem qui, lapidariæ artis prorsus imperitus, solertis opificis opera indiget. Inde patebit Regem, peritissimum gemmarium onychis elaborandi causa requirere, dum contra parum curare videtur utrum insipientes et imperiti sint viri quibus traditurus est varia administrationis munera quæ per se obire nequit. Nonne id est regnum minoris quam onychen æstimare? (C)

(169) H : *Onyx* respondet *sapientibus* vel potius (C) *sapientum studiis. Vid. supra not.* 161.

(170) G : *I* viginti quatuor *liang* (609) seu 24 *taëls* æquivalebat. *Wan I*, i. e. 240,000 *liang*.

(171) H : Indicat τὸ regnum administrare. C : Regnum isto onyche longe pretiosius est, et sapientes regnum administrandi multò solertius.

ad gubernandum regnum, *principis* familiam, tunc dicere: ad-tempus relinquite ea-quæ vos didicistis et obsequimini meis *documentis*, tunc * in-quo differt à *volendo* (i. e. nonne idem est ac *velle*) docere (172) * lapidarium *artem* * elaborandi onychen °?

XXXVII. Thsi *regni* homines aggressi-sunt *regnum* Yan *et* victoriam-retulerunt ° (172 *a*).

§. XXXVIII. ¶ Siouan wang (173) interrogans *Mencium* ait: Quidam dicunt (i. e. suadent) *mihi* exiguæ *virtutis* viro *ut* non mihi-vindicem *illud*, quidam *vero* dicunt *mihi* exiguæ *virtutis* viro *ut* mihi-vindicem illud.

quam gemmarius onychen elaborandi artem callent. Idcirco quemadmodum Rex lapidariæ artis imperitus omnem illius elaborandi curam gemmario permittit, sic in regni administratione, sapientum consilia sequi, non illis se ducem et magistrum præbere debet.

(172) Noël duplici sensu verbi *hiao* quod modo *docere*, modo (*v. g.* in recentioribus libris) *jubere* significat, in gravem errorem inductus est: *quam ergo princeps dissimilis es gemmæ domino qui onychini operis artifices rite secare, polire, elaborare suum onychem* JUBET. Sublatâ (juxta E) interrogatione, clarius dignoscere est quantum doctus interpres à scopo aberraverit: Si Rex sapientes quos magistros sequi debet, suis documentis, neglecta humanitatis et æquitatis scientia, obtemperare cogit, illud idem erit ac si lapidarium sui onychis elaborandi artem DOCERE vellet.

(172*a*) A: Regulus regni Yan dictus *Khouaï*, (1,162) regnum ministro suo Tseu chi (2,059-41) cesserat; hinc populus regni Yan tumultu cunctà miscere cœpit. Regni Thsi regulus opportuna hac occasione usus regnum Yan aggressus est. Tunc, (G) militibus regni Yan vim vi non repellentibus ac ne portis quidem clausis, facilem victoriam reportavit.

(173) C: Siouan wang regnum Yan invadere cupiens, ostendere nititur, se à Cœlo fuisse adjutum ac proinde, se, victoriæ jure utendo, æquitatem non lædere.

Cum utens (i. e. fretus) decies-mille (174) quadrigarum • regni *copiis*, aggressus-sim decies-mille quadrigarum • regnum, *et intra* decem sun • (i. e. intra quinquaginta dies) devicerim illud, *profecto solæ* hominis vires (175) non *poterant* pervenire ad hanc *victoriæ celeritatem*. *Si illud* non mihi-vindicem, certe habebo (i. e. incidam in) *aliquam* Cœli calamitatem (176). *Si igitur* mihi-vindicem illud, *tunc* *quid *censes?*

§. XXXIX. Meng-tseu respondens ait (177): *Si*, *te* tibi-vindicante illud°, *regni* Yan populus lætetur, tunc tibi-vindica illud (178). *Inter* antiquitatis ° homines existit *aliquis* qui egit illud; Wou wang *ille* est • (179). *Si*, *te* tibi-vindicante illud•, *regni* Yan populus non lætetur •,

(174) Cum (F) vires utrinque essent æquales, victoriam referre facile non erat.

(175) H : Prudentiam et fortitudinem intelligit.

(176) C : Hinc patet Cœli voluntatem esse regnum Yan evertere, ac, illius accessione, regnum Thsi in immensum augere. Porro quando Cœlum aliquid dat, qui non accipit, resistit Cœlo; qui vero Cœlo resistit, certe in Cœli vindictam ac calamitates ab eo immittendas incurrit. Nunc igitur, ut Cœli voluntati paream, regnum Yan mihi vindicare cupio.

(177) A : Si Rex Cœli voluntatem cognoscere velit, populi animos explorare debet. Si populi (C) se tibi libenter subjiciant, Cœlo obsequeris, si non, Cœlo resistis.

(178) A : Si populus regni Yan regni Thsi populo sese adjungere gestiat, tunc illos pristini domini amorem omnino exuisse, ac Cœlum devicti regni administrationem in te transtulisse compertum erit.

(179) A : Cum Imperator Tcheou (7,750) scelus scelere cumulasset, hominum corda jam pridem Wou wang Dynastiæ Tcheou (1,187) conditori sese tacite subjecerant. Ideo ille aggressus est (H) Tcheou (7,750) et universo imperio potitus est.

tunc ne tibi-vindices *illud* (180). *Inter* antiquitatis ° homines existit *aliquis* qui egit illud, Wen wang *ille* est ° (181).

§. XL. *Quando* (182), *te* cum decies-mille quadrigarum ° regni *copiis* aggrediente decies-mille quadrigarum ° regnum, *populus in* cistellis orizam-coctam *et in* cantharis vinum *prætulit*, ad eundum-obviam Regis legionibus, numquid existebat alia *causa* °? *Nempe* fugiebant aquam *et* ignem ° (183). Si (184) *vero*, *te regnum Yan occupante*, aqua *fiat* magis profunda, si ignis *fiat* magis ardens, tunc *alio* se-vertent, et nihil-amplius °.

(180) A : Si populi pristino domino adhuc corde adhærent, (C) patet Cœlum illud regnum alii non dare, ac prohibere quominus invadatur.

(181) A : Cum Tcheou (7,750) nondum scelus scelere cumulasset, atque hominum corda ab eo nondum defecissent, Wen wang illius potestatem sibi vindicare noluit, (C) quamvis, ex tribus Imperii partibus duæ jam pro se starent.

(182) Perperam Noël : *Dum armatis tuis* 10,000 *quadrigis perrexeris ad occupandum...*, *si populus lætabundus tibi obviam venerit*, *atque ad excipiendas et alendas tuas legiones in manibus prætenderit* etc. etc. Hæc enim (A) jam acciderunt, et populus regni Yan regulum regni Thsi, liberatoris instar, venire arbitratus, adeo non restitit (vid. n. 172), ut contra, illius copiis cibaria munera offerre properaverit. Vid. infra p. 77. §. XLIII.

(183) I. e. crudelissimæ tyrannidi se subducere volebant.

(184) H : Si populi vota non impleas ac regni *Yan* regulum tyrannidis sævitate superes, tunc *a te* deflectent (A) et alium liberatorem quærent. — *Aqua* et *ignis* tyrannidem indicant. Vers. Tart. verbum *jou*, *velut*, *perinde-ac* interpretatur : *muke i ele chumin*, *tuwa i ele katkhôn i gese otsi*, *si tui regiminis sævitia* sit instar aquæ magis profundæ et ignis magis ardentis.

§. XLI. ¶ *Cum regni* Thsi homines (185) aggressi *regnum* Yan sibi-vindicassent illud, *reguli° (185*a*) decreverunt liberare *regnum* Yan.

Siouan wang *territus* ait : *Reguli multa (185*b*) *belli consilia moliti* decreverunt aggredi *me* exiguæ *virtutis virum*°. *Quomodo expectabo (i. e. me præmuniam adversus) eos?

Meng tseu respondens ait : *Ego tuus* subditus audivi *fuisse principem*, qui *regnum* *septuaginta *tantum* stadiis *amplum possidens*, exercuit regimen (i. e. regnavit) super *omne* *imperium; Thang (186) *ille* est°. *Sed* nondum audivi *fuisse principem* qui cum (i. e. potitus) *regno* mille stadiis *amplo* formidaverit homines°.

§. XLII. *Liber* Chou *king* ait : « *Cum* Thang primum » debellans-*tyrannos*, à *regni* Ko *regulo* incœpisset, *omne* » *imperium confidit (187) illi. (188) *Si in* *orientalem-

(185) A : Mencius suaserat Regi ut populorum votis sese accommodaret; sed ille hæc monita spernens, *nedum populo diu oppresso* opitularetur, omnes ejus divitias abstulit ac sibi vindicavit.

(185*a*) H : *Tsiang* indicat statutum esse bellum, sed nondum erupisse.

(185*b*) Perperam Noël : *Ingens Dynastarum et Regulorum multitudo.* F : *to* (1,789) *non virorum*, sed *hostilium consiliorum multitudinem* indicat. Assentit Vers. Tart. *labebacherengge ambouda*, τὸ deliberare multum.

(186) A : Quod autem spectat ad Thching (3,176) thang qui regnum septuaginta tantum stadiis latum possidens, jura super omne imperium protulit, hæc narrantur in Imperialibus Annalibus, cap. *Tchoung hoei tchi kao* (117-9, 393-4 r-1, 178).

(187) A : Imperii populi firmiter-crediderunt Tchhing thang aggressum esse regni Ko regulum, non ut divitias suas ac potentiam augeret, sed ut plebis ab illo diu oppressæ injurias ulcisceretur.

» partem, ad debellandum-*tyrannos pergeret*, occiden-
» tales barbari conquerebantur. *Si in* *australem-partem
» ad debellandum-*tyrannos pergeret*, septentrionales
» barbari conquerebantur, dicentes : quare* posthabet
» nos (189)? » Populi anhelabant illum, perinde-ac magnâ siccitate-factâ°, anhelant nubes *et* (190) arcum-cœlestem°. Qui (191) ibant-ad nundinas (i. e. mercatores) non impediebantur; qui arabant non mutabantur (i. e. non movebantur-è-loco) (192). *Thang* morte-plectebat *immites* eorum principes, et sublevabat *miseros* eorum populos. Veluti *quando opportuno* tempore pluvia decidit, populi *ab eo liberati* vehementer lætabantur. *Liber* Chou *king* ait : *avide* expectabamus nostrum principem; *ubi* princeps venit, *tunc* ipse *nos* ad-vitam-revocavit, *vel*, ipsi ad-vitam-revocati-sumus.

(188) Noël hæc verba libri Chou king (A et Vers. Tart.), ab *Imperium confidit illi*, usque ad *populi anhelabant eum*, à Mencio dicta esse imprudenter arbitratus est.

(189) H : Quomodo primo loco non venit nostri regni tyrannum debellaturus ?

(190) E : Ubi pluvia decidit tunc apparet Iris; ideo magnæ siccitatis tempore eam apparere vehementer exoptant. Noël : *exoptant et anhelant nubes ac imbres, unum veriti, ne subito in obortis nubibus appareat iris et imbrium cursus sistatur.* Quamvis fusior hæc interpretatio apud Interpretes C, F, H, inveniatur, prior mihi sensus anteponendus videtur. Haud facile enim credas verbum *wang* (4,045) in eodem loco significare *exopto* et *timeo*, vel post verbum *yun* (11,952) *nubes*, subaudiendum esse *timent*.

(191) H : Cum Imperatoris Tchhing thang legiones, tyrannos debellaturæ in provincias appellerent.

(192) E : Suos labores aliò non transferebant. H : Semper agriculturæ secure vacabant.

§. XLIII.¶ Nunc (193), *regni* Yan *regulus* opprimebat suos populos; *cum* Rex *collecto milite* incessisset ac debellasset illum, populi *existimantes *Regem* (i. e. te) *erepturum-esse ipsos ex aquæ *et* ignis ° medio° (193*a*), *omnes in* arundineis-cistellis orizam-coctam, *et in* cantharis vinum *prætulerunt*, ad occurendum Regis legionibus. Si *vero* occidat eorum patres *et* fratres-majores, *si* *vinculis-constringat eorum filios *et* fratres-minores, *si* evertat eorum *templa-avis-dicata, *si e templis* auferat eorum pretiosa vasa, **quomodo ipse poterit° (194)?

*Imperium (195) certe *jam pridem* formidabat *regni* Thsi ° potentiam °. Nunc *vero cum* adhuc duplo-auxeris (196) *tuæ ditionis* terras, ac necdum exerceas humanum regimen, illud *in te* concitat *imperii ° arma °.

§. XLIV. *Si vero* Rex extemplo edens decretum, remittat eorum senes *et* pueros, *si* sistat (i. e. si in templa remittat) eorum pretiosa vasa, *ac si* deliberans (197) cum

(193) A : Cum tibi clare ostenderim quomodo Tchhing thang, licet regno septuaginta tantum stadiis amplo potitus, super omne imperium regnare potuerit, superest ut te doceam cur tu, quamvis mille stadiis potens, homines adeo timeas.

(193*a*) Vid. supra pag. 74. lin. 5, et not. 184.

(194) Perperam Noël : *Quomodo tanta inclementia sufferri potest? Quomodo hæc agendo alios non exasperas?* H : Quomodo ardentia populi hujusce vota implere, ac eum à tyrannide recreare poteris?

(195) H : Jam pridem reguli regni Thsi potentiam reformidantes conjunctis viribus illud aggredi meditati erant, tantummodo opportuna belli occasio illis non occurrerat.

(196) H : Regnum Yan tibi vindicando.

(197) Perperam Noël : *cum omnibus regni Yan Proceribus, præfectis, senioribus delibera.* E et Tartar. Vers. cum populo, vel (H) cum patribus *et* fratribus-natu-majoribus.

regni Yan multitudine, constituat principem *illis acceptum*, et deinde revertatur °, tunc adhuc poterit assequi (198) *et* compescere *illos* °.

§. XLV. *Cum* (199) *regulus regni* Tseou cum *regulo regni* Lou pugnam-commisisset, Mo koung interrogans ait : Mei *belli-duces qui perierunt, *sunt* *triginta tres homines, et *e* populo nemo *voluit pro* illis *servandis* mori°. *Si* morte-plectam eos, tunc non potero vincere (i. e. exhaurire) plectendorum *multitudinem* (200). *Si eos* non morte-plectam, tunc *in posterum* *torvis-oculis ¶ aspicient suorum *ducum° necem et non ferent-auxilium (201). ** Quomodo *agam ut* tunc possim (202)°?

Meng tseu respondens ait : *Nuper* (203) *in* *sterilitatis-annis, *in* *famis-annis, *e* principis (i. e. tui)° populo, *viri* senes *et* debiles qui se-demiserunt (204) in rurales-ca-

(198) H : Poteris assequi eorum arma nondum emissa et retinere eos, i. e. poteris occurrere discrimini et compescere bellum antequam erumpat.

(199) Cum Mencius Siouan wang sua consilia minus audientem vidisset, rediit in patriam suam *Tseou*, cujus regulus à regulo regni *Lou* nuper profligatus eum consuluit.

(200) E : i. e. tanta est multitudo ut omnes plectere non possim.

(201) Ubi se alia dabit pugnandi occasio, duces suos, ut nuper, interfici sinent.

(202) H : Quid mihi agendum censes, ut a graviore pœnâ iis infligenda abstineam, et populum tamen sui criminis pœniteat.

(203) A : Si populus duces suos in mortis discrimine positos deseruit, illud non immerito et absque causa accidit.

(204) Perperam Noël : *Viribus sensim deficientibus, tandem prolabebantur in etc.* C : Ut se fame summaque miseria liberarent, præ desperatione se in obvias fossas dejiciebant. H : Hæc respondent supradictis : *triginta tres duces perierunt.*

nales *et in* fossas, *adolescentes *qui* dispersi-sunt (205) et transierunt-in quatuor *imperii* partes fere mille homines *sunt* ° (206). Interea principis ° * horrea *frugibus* referta *erant*, *ejus* * æraria *divitiis* abundabant; *sed e* præfectis nullus *erat* ad *eum de publica miseria* admonendum. Hujusmodi superiores parvi-faciunt (206 *a*) atque perimunt inferiores °. Tseng tseu aiebat : « cavete °, cavete °; quod exit a vobis revertetur ad vos ° (207). » Populus ° (208) nunc ° deinde *occasionem* nactus par-pari-retulit°°. Princeps, ne incuset *illos sed seipsum* °.

§. XLVI. *Si vero* princeps *statim* exerceat humanum regimen, statim populus diliget suum superiorem (i. e. suum principem) *et* morietur *pro* suis ducibus °.

§. XLVII. *Regni* Teng *regulus* Wen koung interrogans ait : *Meum regnum* Teng *est* exiguum regnum °. *Cum autem situm sit* *inter *magna regna* Thsi *et* Thsou, serviamne (i. e. *exhibebo ne obsequium*) *regno* Thsi °? Serviamne *regno* Thsou (209) °?

(205) H : Ad victum quæritandum.

(206) Perperam Noël : *Ecquis sane eorum numerum inire possit?* Hic enim verbum *ki* (2,493) non significat *quantum? quot?* sed *fere, prope* (E, *ki*, i. e. *kin*, 11,015, *appropinquare*) *propemodum*.

(206*a*) H : Indicat principem et præfectos quos nulla populum sublevandi cura tangit.

(207) H : Sive enim homines beneficiis *vel* malis affeceris, tibi par pari reddent.

(208) H : Populus nunc (i. e. in recentiori pugna) deinde (i. e. *à leur tour*) trucibus oculis superiorum necem aspexit, quia prius, superiores in sterilibus annis ipsos nullo auxilio levatos perire siverunt.

(209) C : Vult potentiori regno adhærere, ut, ejus patrocinio fretus, ab aliis regni incursionibus nihil timendum habeat.

¶Meng tseu respondens ait : (210) Illud consilium *quod petis*, non *est consilium* quod ego possim *meâ prudentiâ* assequi (i. e. excogitare)°. *Si tamen* non absistas (211), tunc existit (i. e. menti occurrit) una *res* °. *Postquam profundius* excavaveris (212) has fossas °, *atque altius* erexeris hæc mœnia°, *si* cum populo tuearis illa, *si* (213) *ipse* omnes-vires-exeras *pugnando usque ad* moriendum, ac *tuis beneficiis efficias ut* populus non fugiat, tunc illud adhuc potes (214) facere°.

§. XLVIII. *Regni* Teng *regulus* Wen koung interrogans ait : *Cum regni* Thsi homines * jam-jam-cincturi-sint-mœnibus (215) *terram* Pi (216), ego vehementer timeo (217). ** Quomodo *agam ut* tunc possim (218)?

(210) A : Cum regnum Thsi tibi succensurum sit, si regno Thsou obsequium præstes, ac difficillimum sit te ex utriusque incursionibus omnino eximere, nec audeo nec possum tibi consilium dare. E : cum horum regnorum principes sint pariter impii, non possum...

(211) I. e. si me urgere non desinas, si consilium ex me elicere tibi certum est.

(212) Perperam Noël : *Jube ergo in locis aptis tuæ ditionis excavari fossas profundas, et extrui alta urbium mœnia.* C : Tuum regnum jam habet fossas; jube eas profundius excavari. Regnum tuum jam habet mœnia, jube ea altius erigi. Verbum *sse* (3,814) *has*, *hæc*, satis indicat Mencium de fossis et mœnibus jam extantibus loqui.

(213) Perperam Noël : *Quin imo etsi mori oportuerit, stationem non deseret, aut hostem admittet.* C, F, H, verba *hiao sse*, i. e. *omnes-vires-exerere pugnando usque ad mortem* (Tart. vers. *poutchetele fachchame*), referenda sunt ad principem, cætera vero ad populum. Hic *hiao* (3,740) ponitur pro *hiao* (880) *niti, conari.* Vid. Morris. *Syllab. Dict.* p. 245, n° 8,536.

(214) H : Illud quod ratio fieri adhuc posse suadet, non aliud est.

(215) E : Regni Thsi regulus terram Pi jam occupatam muris cingere parabat, ut (H) deinde regnum Teng facilius oppugnaret.

Meng tseu respondens ait : *Cum* * olim Thaï wang habitaret *in regione* Pin, *ac* * septentrionales-barbari *assiduis* incursionibus-vexarent eum, reliquit illam (*regionem Pin*), *atque* Khi chan° infra (i. e. *ad* Khi chan *montis*° radices) *conditâ urbe*, commoratus-est°. Non eligendo (219)° occupavit hanc *sedem; sed* non potuit abstinere (i. e. aliter agere)°.

§. XLIX. *Si princeps* vere exerceat virtutem, *in* sequentibus generationibus, *inter* filios *ejus et* nepotes certe *aliquis* existet qui regnabit (220)°. * Sapiens *princeps qui* * fundat-dynastiam, *ut suis posteris* * transmittat-dignitatis-hæreditatem, *tantummodo* peragit (i. e. satis est peragere) *ea quæ imitatione digna sint ac* possint *ab illis* continuari° (221). *Verum* quod-spectat-ad° perficienda *conditæ dynastiæ* merita, tunc cœlum (222) *est* °. Princeps,

(216) G : Nomen regni cujusdam regno Teng vicini. Tart. interpres legit *Slouei*.

(217) H : Timeo ne pariter me lacessat, ac meum regnum invadat.

(218) H : Ut è periculo mihi imminente salvus evadam?

(219) C : Non quod hæc sedes auspicando regimini commodior esset quam regio Pin. — Non eligendo etc, i. e. hanc sedem liberâ electione non occupavit.

(220) A : Quamvis, ut Thaï wang, regnum suum amittat, si, illius instar, virtutem sciat colere, ejus posteri, cœlo favente ac felici rerum mutatione, ad dignitatem regiam promovebuntur. *Ibid.* Inde (i. e. ex urbe ad radices montis Khi condita) exorta est dynastia *Tcheou* (1,187), ac Wen wang ejus conditoris filius Wou wang, restaurata avi sui Thaï wang potestate, mox universum (E) Imperii dominium assecutus est.

(221) H : I. e. Virtutem colere, humanitatem in subditos exercere.

(222) Non humanæ vires, sed Cœli providentia efficit ut ista fundamenta ad perfectæ monarchiæ culmen assurgant. C : Inde patet Cœlum principes qui virtutem coluerunt, semper remunerare.

ut sicut illud, quomodo ° (223)! *Tantummodo* enitere *ad* ¶ exercendam virtutem (224) et nihil-amplius °.

§. L. *Regni* Teng *regulus* Wen koung interrogans ait: Teng parvum regnum *est*°. *Quamvis* exhauriat vires *suas* (225) ad serviendum magnis regnis (226), tunc non poterit *adhuc* (227) *ea* evitare°. ** Quomodo *agam ut* tunc possim (228)?

Meng tseu respondens ait: *Cum*. * olim Thaï wang habitaret *in regione* Pin, *ac* * septentrionales-barbari incursionibus-vexarent eum; *quamvis* serviisset illis cum pellibus (229) *et* sericis-pannis, non potuit *tamen eos* evitare °; *quamvis deinde* serviisset illis cum canibus *et* equis, non potuit *tamen eos* evitare °; *quamvis tandem* serviisset illis cum unionibus *et* gemmis, non potuit *tamen eos* evitare °.

Tunc congregatis sui *regni* * senioribus° alloquens eos ait: Illud-quod * septentrionales-barbari° exoptant°, *est*

(223) Perperam Noël : *Eccur igitur ita angeris?* C : nunc regnum Thsi præpotens, regnum vero Teng debile *est;* certe illi resistendi potestate cares. Ut igitur Principis (i. e tui) potentia *fiat* valida sicut hujus (*jo pi* H.) regni Thsi potentia *quid tibi agendum est?* Ne forte ingenti molimine opus esse arbitreris. Solummodo...

(224) 'A : I. e. Ea quæ principem decent. Vid. *not.* 220.

(225) H : I. e. Divitias.

(226) I. e. Ut regnorum Thsi et Thsou regulos muneribus demulceat.

(227) H : Non potero me ab eorum incursionibus defendere.

(228) I. e. Regnum meum illæsum servare.

(229) *Serviit cum pellibus* etc., i. e. pelles etc., in obsequii signum, illis obtulit.

(230) C : Barbara illa gens, non tributi solutionem sed meum regnum petit.

mea *terra° (230). Ego audivi illud *dictum*° : « *princeps** sapiens non *audet*, propter ipsam *terram* * quâ aluntur homines°, *armis contendere ita ut* noceat hominibus (231) ». *Vos* duo *et* tres filii (232), quid doletis, propter-quod *futuri* sitis sine-principe (233)? Ego *jam-jam-discessurus-sum°. *His dictis* discessit *è regione* Pin, *ac postquam* superavisset *montem-Liang, urbe-conditâ ad *montis* Khi chan °radices, commoratus-est°. *Tunc regionis* Pin homines dixerunt : *princeps noster* humanus vir *erat*°; non licet *illum* amittere (234)°. *Idcirco* ¶ qui secuti-sunt illum *certatim properaverunt*, sicut *mercatores lucri avidiores qui* confluunt-ad nundinas.

Quidam ait : *si Regnum à majoribus transmissum per* generationes conservare°, non *sit* illud-quod *homo* ipse° possit agere°, *oportet* vires-omnes-exerere *pugnando usque ad* moriendum, *ac* non *decet* aufugere. Princeps, quæso, elige inter hæc duo ° (234 *a*).

(231) Perperam Noël : *Vir princeps rebus non utitur*.. Hìc vocem *i* (115) rectius *propter*, *ob*, quam *uti*, interpretabimur. Vers. Tart. *Ambasa saïsa, nialma be oudsirengge i tourgounde, nialma be kokirako*, sapientes, propter τὸ alens homines, non nocent hominibus. E : terra gignit τὰς quinque fruges quibus aluntur homines. Porro, si princeps terram, subditorum sanguinem in præliis effundendo, tueatur, ipsa terra, quæ eos alere debet, necis causa et instrumentum evadit.

(232) I. e. Dilectissimi subditi.

(233) A : Ne doleatis (C) neque arbitremini, (A) vos, postquam discessero, nullum amplius principem habituros. Principes (H) erunt donec homines. Solummodo (A) virum benignum ac humanitate præditum, qui mihi succedat, reperire satagatis.

(234) A : Ille nostrum columen erat, nostræ securitati et felicitati consulebat; quomodo illum sic misere à nobis avelli pateremur!

§. LI. *Cum regni* Lou *regulus* Phing koung (235) *jam-jam-exiturus-esset, *quidam* *principi-gratiosus-vir *nomine* Thsang tsang ° rogans ait : aliis diebus, *quando* princeps exire *volebat*, tunc certe admonebat *præfectos (236) *de loco* quem petebat. Nunc *verò quamvis* *currus *jam* *equis-junctus-sit°, *præfecti nondum sciunt *locum* quem petit. Ansim *illud* rogare.

King koung ait : *Jam-jam-invisurus-sum Meng tseu.

Ths. ts. ait : *Papæ !* quomodo ° *causa est* quâ fit (236 *a*) (i. e. quomodo fit) *ut* princeps *sic* demittat *suam nobilissimam* personam, in prius-eundo ad *invisendum* *privatum-hominem °? *Procul dubio* *existimas *eum esse* sapientem°? Ritus *et* æquitas (237) ex *viro* sapiente ° exire (238) *solent. Verum* ° *Mencii ° posteriores exequiæ (239)

(234*a*) H : I. e. Vel emigra, vel regnum tibi à majoribus transmissum fortiter tuere. Si speras (C) fore ut subditi tuis beneficiis devincti te, ut Thaï wang, quocumque sequantur, tunc discede ; si non, usque ad mortem dimica, neque aliò transmigres.

(235) C : Lo tching tseu (G) Mencii discipulus qui præfecturam gerebat in regno Lou (12,787), magistri sui sapientiam apud Principem collaudârat. Cum ergo illuc appulisset Mencius, Phing koung eum invisere voluit.

(236) Perperam Noël : *regiæ domûs administros*. F, H : Præfecti quorum officium est equos currui aptare.

(236*a*) Interpres E loci hujus difficillimi verba *so weï* (3,211-5,595) aliter explicat : Quomodo! illud-quod (*so*) princeps hodie agit (*weï*) demittit (*khing*) nobilissimam ejus personam.. Secutus sum A, B, C, H. —

(237) Perperam Noël : *morum honestas et æquitas*. H : illud quod Thsang vocat *ritus* et *æquitas* aliud non est quam sumptuum vel ingentium vel exiguorum congruentia.

(238) Sapiens exterius prodit, *nempe* servat, ritus et æquitatem.

(239) I. e. Exequiæ quas Mencius matri suæ prius defunctæ per-

superârunt priores exequias. Princeps ne *eas eum* invisurus °.

King koung ait : Ita (i. e. non ibo).

§. LII. *Cum* Lo tching tseu *aulam* ingressus-esset *ad principem* invisendum, ait : Princeps, *quamnam-ob-causam non invisisti Meng kho °?

Phing koung ait : *Vir* quidam alloquens *me* exiguæ *virtutis* ¶ virum ait : *Mencii ° posteriores exequiæ *sumptu et magnificentia* superârunt priores exequias ; *quapropter non ivi *ut eum* inviserem °.

Lo tching tseu ait : Quomodo °! *numquid* illud-quod princeps vocat superare °, *situm est in eo quod* prius adhibuit *leviores* viri-litterati *ritus*, posterius *vero* adhibuit *solemnes* * præfecti *ritus ; videlicet, quia* (240) prius adhibuit tres ollas (*i. e.* tria fercula) (241), ° posterius *vero* adhibuit quinque ollas ° (242)?

Phing koung ait : Minime. *Illud quod* voco *superare situm est in* * loculi-interioris *et* loculi-exterioris, *atque* * vestium-funerearum (i. e. sindonis) ° pulchritudine °.

Lo tching tseu ait : *Illud* non *est* illud-quod *jure* voces SUPERARE °. Pauperis *enim et* divitis *facultates* non sunt eædem (243) °.

solvit. — Cum verbum Sang accentu *khiu* (1,084) notetur, vera hujus loci interpretatio hæc est : *Mencii τὸ prius parentare suæ matri superavit τὸ posterius parentare suo patri* (A).

(240) Perperam Noël : *An quia in primis exequiis*.. Mencius enim principem non interrogat iterum, sed suæ interrogationis sensum exponit.

(241) H : Intelligit piscem, suillam-carnem, et carnem-siccam.

(242) H : Intelligit agnum, suem, piscem, carnem-siccam, (D) pellem-et-carnem.

(243) H : Quando Mencius parentavit patri, pauper erat ; quando matri, præfecturam gerebat, ac divitiis abundabat. Atque ita, juxta

§. LIII. Lo tching tseu invisens Meng tseu ait : *Cum ego* Khe *de te* verba-fecissem ad principem, princeps ideo *cupiebat* venire *ad te* invisendum °. *Sed quidam* * principi-gratiosus-vir fuit *nomine* Thsang tsang ° *qui* retinuit principem; princeps * eâ-de-causâ non (244) profecto ° (i. e. profecto non) venit °.

M. ait : (245) *Ubi quis* agit (i. e. magistratum gerit), aliquis efficit illud (i. e. promovet illum), *ubi quis* sistitur, aliquis retinet illum. *Illud* agere *vel* sisti, non *est* illud-quod homo *per se* possit *facere* °. *Quod igitur* ego ° non-occurrerim (i. e. me invisentem non viderim) *regni* Lou regulum, *ac apud eum gratiam non inierim*, Cœlum *effecit illud* °. *Vilis iste* Thsang familiæ ° filius, quomodo *solus* potuisset efficere *ut* ego non occurrerim *principi* ° ?

facultates suas, modo patri, modo matri parentavit, nec eum ullo modo hic tenui illic vero magno sumptu usum esse, sed potius ritus et æquitatem servasse dici potest.

(244) E aliter : *ko*, i. e. posse.

(245) Noël : *Quod princeps commendatione impulsus adeat virum, vel eum ad regimen evehat; vel quod detractatione retardatus non adeat, vel à regimine arceat, istud adire vel non adire altius provenit quam ab infirmis unius hominis viribus.* Quamvis Noël locum duplici modo converterit, ne sic quidem verum Mencii sensum assecutus est. Verba enim *hing* (9,658) et *tchi* (4,650) non ad Principem, sed ad virum litteratum referenda sunt, nec *incedere* et in *via sisti*, sed *exercere munus*, et *illo exercendo prohiberi*, significant (B, C, F, G, H). — H : Si homo à principe gratiam ineat ac magistratum-gerat (*hing*), aliquis sane, (C) sua apud principem commendatione, suisque laudibus promovit illum. Si à princípe (C) gratiam non ineat, si sistatur (*i. e.* prohibeatur), aliquis sane, eum apud principem accusando, à magistratu removit. Quod vero aliquis laudibus apud principem elatus magistratum-gerat (*hing*), vel calumniis impetitus arceatur (*tchi*), illud ab homine non provenit, sed à Cœlo, quod quidem (E) laudatore vel detractatore pro libitu usum est.

CAPUT III

Tractatûs Koung sun tcheou pars prior.

§. I. ¶ KOUNG SUN TCHEOU (1) interrogans ait : *Magister, *si* obtineres *primariam* provinciam (2) in *regno* Thsi, *numquid ministrorum* Kouan tchoung (3) *et* Yan tseu ° *egregia* facinora posse resuscitare *tibi* pollicereris °?

Meng tseu ait : Tu vere *regni* Thsi homo *es*°. Novisti *ministros* Kouan tchoung (4) *et* Yan tseu et nihil-amplius °.

§. II. Quidam (5) interrogans à Tšeng si (6) ait : *Si* meus

(1) G : Mencii discipulus.

(2) E : Explicat *tang lou* per *te sse* (2,694-102) consequi præfecturam. G : Commorari in præcipua terra *seu* provincia, i. e. (H) in regni administratione præcipua auctoritate potiri. —Hic verbum *lou* (10,691) vulgo *via*, metaphorico pollet sensu, cujus originem apud Sinenses lexicographos, imo apud cunctos, si excipias C, Mencii interpretes, frustra quæras. C : Primarii præfecti munus dicitur *lou* seu *via*, quia omnes inferiores præfecti qui tributorum solutioni vel delictorum cognitioni invigilant, ejus tribunal, velut tritissimam *viam*, frequentant.

(3) E : *Kouan tchoung* idem erat ac *I ou* (1,808-1,177); *Yan tseu* idem erat ac *Yan yng* (3,923-2,043).

(4) A : Minister Kouan tchoung sub regulo Houan koung (4,235-612), minister Yan tseu sub regulo King koung (3,942-612), floruerunt.

(5) Mencius, ut discipulum vehementius arguat, sapientissimum

magister (i. e. tu) *se ipsum conferret* cum Tseu lou, uternam *magis* sapiens *ipsi videretur?*

Tseng si *turbato-corde ait : *Hujus viri scientia erat* illud-quod meus *avus *Tseng tseu*° *maxime* venerabatur ° (7).

Idem vir ait : *Cum-res-ita-sit, *si* meus magister (i. e. tu) *se ipsum conferret* cum Kouan tchoung, uternam *magis* sapiens *ipsi videretur*° ?

Tseng si *iram-vultu-præferens *ac* minime lætus ait : Tu quomodo *contulisti me cum Kouan tchoung? *Cum* Kouan tchoung obtinuisset *gratiam* principis, *sicut-illud ipse *ministri* munus-obiit-solus°! *Præterea* agens in regni administratione (i. e. regnum administrans), *sicut-illud ipse diu-permansit°! *et tamen quoad suas* *res-præclare-gestas, sicut-illud ipse *fuit* vilis *et abjectus* (8)°! Tu quomodo *contulisti me cum hujusmodi homine (9)?—*Hæc Tseng si.*

§. III. *M.* ait : *Esse alter* Kouan tchoung *erat* illud-

Tseng si interrogationi non minus (*vid.* §. I.) insulsæ acerbis verbis respondentem inducit.

(6) E : Tseng si doctoris Tseng tseu nepos, Tseu lou celeberrimus Confucii discipulus erat.

(7) A : Quomodò me cum eo conferre auderem ?

(8) C : Quidam ministri præclara non edidère facinora, quia licet à principe gratiam iniissent, regni administrationi non præfuerunt soli (*po tchouan*); ille vero solus et tanta cum auctoritate (*jou pi*)! Alii quia munus suum diù non retinuerunt (*po kieou*); ille vero tam longo tempore (*jó pi*)! *nempe* quadraginta annis. Inde sperare erat fore ut rebus inclytis claresceret. Attamen principem suum ad sublimem Imperatoris normam adeo non perduxit, ut contra eum omnibus regulis-ducem (*pa*, 138) constituere solummodo sategerit. Illius facinora sicut-illud (*, o pi* i. e. adeò) vilia et spernenda fuere !

(9) I. e. Quomodo me conferre audes cum ministro qui licet tanta

quod Tseng si ° non faciebat (10) (i. e. dedignabatur) °; *tu-vero *quomodo* existimas me optare illud ° ?

K.¶ ait : (11) Kouan tchoung *eo* perduxit suum principem *ut* regnaret-super-regulos, Yan tseu *eo* perduxit suum principem *ut per universum imperium* fama-inclaresceret. *Numquid illæ ministrorum* Kouan tchoung *et* Yan tseu *res-gestæ* adhuc non sufficiunt factu (i. e. non sunt dignæ quas exequaris) ° (12)?

M. ait : (13) perducere *regni* Thsi *regulum ad verè* regnandum *mihi facile foret* veluti vertere manum ° (14).

§. IV. *K.* ait : *Ita, tunc *discipuli *tui* ° dubia increverunt nimietate (i. e. multò-magis). (15) Enim-vero, *si*

auctoritate valuerit, et tam longo tempore regni negotiis præfuerit, tam abjecta edidit facinora ! — Illa facinora tantum indicat Mencius utpote discipulo suo notissima. Vid. not. 8.

(10) C : *Po wei, non faciebat* i. e. vile-existimabat. Aliter E : cum Tseng si (C) mihi studiis et doctrina simillimus non (*po*) cuperet esse (*wei*) alter Kouan tchoung, quomodo existimas (*i wei*) me cupere (*youan*) illud (*tchi*), *nempe* illi similem evadere ? — Alii legunt *oei* causâ.

(11) C : Tu qui eos contemnis quid præstantius edidisses ?

(12) C : Koung sun tcheou, quasi Mencii mentem non intelligeret, iterum instat.

(13) H : Hic verbum *i* (115) eodem sensu pollet ac *tchi* (8,677) *perducere.* — Aliter A et E. A addito verbo *wei* (5,595) : *i* ex, *khi* suo, *kun* principe *wei fecit, pa* regulorum-ducem. — E : *i* in *tso* (162) *adjuvando, khi* suum, *kun* principem, *wei* fecit *eum*, etc..

(14) C : Si aliquantum temporis primarii præfecti munus gererem, me adjuvante, regni Thsi princeps, non, quemadmodum Kouan tchoung administrante, regulorum-dux, sed alter pristinorum temporum Imperator evaderet.

(15) C : Sed ut Kouan tchoung et Yan tseu omittamus, Regem ne Wen wang virtutis defectu universo Imperio leges dare non potuisse contendes ?

ex *Regis* Wen wang ° virtute *testimonium petamus, nobis videre erit eum* centum annos *vixisse* (16) et deinde diem-obiisse, *ac virtutem* (17) *ejus* * nondum-adhuc diffundi *potuisse* (18) per *universum* * Imperium. Wou wang (19) *et* Tcheou koung *ejus filii* continuaverunt illam * et-deinde *optima morum documenta* magnopere accreverunt *ac præclarum regimen floruit. Cum vero* nunc asseras *veram* regnandi *normam assequi rem esse* adeo facilem °, tunc, *numquid Regis* Wen wang *virtus tibi* non sufficit imitatu (i. e. tua imitatione digna non est) ° (20)?

(16) H : Discipulus, Mencio ministrum Kouan tchoung contemnente attonitus hærebat, sed, eo asserente veram regnandi normam assequi adeo facile esse, in dubio magis anxio versatur.

(16*a*) Sic C. — H : Regnavit centum, G : Nonaginta annis. H : Sperandi locus erat, eum virtute tantum temporis exculta, facillime omnibus populis dominaturum; attamen, ex tribus Imperii partibus vix duas obtinere potuit.

(17) Perperam Noël : *Monarchiam.* H : Mencius intelligit illius documenta moribus emendandis idonea (3,743-952) intra arctissimos terminos fuisse contenta, ac vix omnes Occidentis regiones penetrasse.

(18) Perperam Noël : *Non potuit totam Monarchiam conjungere et perficere.* Ex omnium enim Interpretum sententia, hic verbum *hia* (4,994) non significat *conjungere,* quo sensu aliquoties occurrit, sed (B. C : 2,706,4,994. *Vid.* Morrison, n° 3,416 et 8,423) *undequaque-instillari, undequaque-pervadere.* Assentit vers. Tart.

(19) A : Wou wang debellavit dynastiam Chang (1,299), *nempe* (H) Imperatorem Tcheou (7,750); Tcheou koung præscripsit ritus et composuit musicam.

(20) Perperam Noël : *Numquid princeps Wen wang.. sufficit ad dandam veram Imperii adipiscendi normam.* Mencius ait : numquid Regis Wen wang, quemadmodum ministri Kouan tchoung, exemplum abjicies, numquid et illum imitari dedignaberis? Noëlianus

M. ait : Wen wang *Regis virtus* quomodo posset adæquari ° (21)? Ab *Imperatore Tchhing* thang (22) *usque-ad *Imperatorem* Wou ting (22 *a*), sapientes *et* sancti ° principes (23) sex *aut* septem (23*a*) ° exurrexerunt. *Imperii *populi* obsequentes *familiæ* In diu-perstiterunt °. *Cum* diu-perstiterint, tunc difficile *fuit* mutari (24) °. *Tunc* Wou ting *ad-aulam-advocavit *clientelares-regulos, *et* obtinuit *Imperium, veluti vertisset ° manum (25) °. *Cum Imperatoris* Tcheou ° distantia *ab Imperatore* Wou ting nondum duravisset (i. e. non esset magna) ° (26), *hinc*, ¶ ejus antiquæ *fidorum ministrorum* familiæ, *et diu*

error non aliunde quam ex negatione (*po*) temerè sublata oritur.

(21) H : Si inclytus Wen wang in tanta impedimenta offendit, illud non virtutis defectui, sed innumeris difficultatibus exigua ejus potentia tunc superandis jure imputandum est.

(22) H : Thching (3,176) thang Familiæ Chang (1,299) conditor.

(22*a*) E : Sive Kao tsoung (12,656-2,115).

(23) Perperam Noël : *Recensentur* 67. *ejusdem stirpis Imperatores*. Doctus interpres numeros 6 *et* 7 pro 67, nescio quomodo, accepit; nullus enim textus *lou-chi-tsi* (613-993-3) *sexaginta-septem* exhibet.

(23*a*) Scilicet (E) : *Thaï kia* (1,799-6,172), *Thaï meou* (1,799-3,170), *Tsou i* (7,017-50), *Phan keng* (6,570-2,512), etc.

(24) H : Cum eorum virtus et beneficia, singulis generationibus aucta, omnium populorum corda altius penetrassent, tunc difficile erat homines Familiæ *In* parere diu assuetos, ab illa subito desciscere, ut novo domino adhærerent.

(25) A : Quamvis Imperii vigor in dies extingueretur, regnandi norma nondum immutata fuerat. Ideo Wou ting adeo facile, restaurata Imperatoris Tchhing (3,176) thang auctoritate, rerum potitus est.

(26) I. e. Cum inter Wou ting defunctum et Tcheou (7,750) non multum temporis effluxisset. C : Octo generationum *seu* 108 anno-

submissorum populorum transmissi *pietatis et æquitatis* mores; *illinc*, transfusa *ab antiquis Imperatoribus domesticæ et publicæ administrationis* exempla, bonumque regimen *sanctissimis antiquorum Imperatorum legibus nixum*, adhuc erant perseverantia (i. e. vigebant)°. Præterea existebant Weï tseu, Weï tchoung (27), *regis-filii Pi kan, *et* Ki tseu, *atque primarius minister* Kiao ke. Omnes *isti qui* sapientes viri *erant*°, *simul *conjunctis viribus*, auxiliando adjuverunt eum. Idcirco *Tcheou in Imperio* diu-permansit et deinde amisit illud° (28). *Præterea* pes terræ non *erat qui* non *foret* ejus possessio°; unus populus non *erat qui* non *foret* ejus (i. e. illi) subditus (28*a*)°. *In-hoc-rerum-statu Wen wang ex° terrâ (i. e. regno) in-circuitu centum stadia *complectente* surrexit; *inde *illi* difficile *erat universum Imperium statim subjicere*° (29).

§. V. *Regni* Thsi homines habent proverbium *quo* dicitur: Quamvis *vir* habeat prudentiam *et* perspicacitatem, *illud* non *est* sicut *arripere-opportunitatem (30); quamvis *vir* habeat *instrumenta-aratoria, *illud* non *est*

rum, G: septem generationum, intervallo distabant. H: Ideò populi à Familia Chang (1,299) nondum corde desciverant.

(27) H: Imperatoris Tcheou (7,750) fratres ex alia matre geniti.

(28) C: *Nempe* Principis Wou (4,658) wang ætate.

(28*a*) Hic *yeou* vulgo *sicut*, eodem sensu pollet ac (E) *tseu* (8,663).

(29) B: Cum igitur Wen wang angustam ditionem ac paucas copias possideret, quomodo tam formidandum hostem statim debellare potuisset!

(30) E: *Ching chi* est divitiarum et honorum adipiscendorum opportunitatem captare; *taï chi* est tempus arationi et sationi idoneum expectare. — Quasi diceret: licet Princeps maxima pru-

sicut expectare tempus *commodum*. Nunc temporis°, tunc facile *est*°° (31).

§. VI. *Olim dum Familiæ* Hia princeps, *dum Familiarum* In *et* Tcheou *principes*° florerent (32), *imperiale* territorium non erat quod excederet mille stadia°; °*nunc regnum* Thsi habet hujus*modi* territorium° (33). *Olim* (34) gallorum cantus *et* canum latratus *sibi* invicem *respondentes* audiebantur (35), et penetrabant *ab imperiali sede* ad quatuor confinia; °*nunc regnum* Thsi habet *frequentem* hujus*modi* ¶populum°. Terra *ejus* non *indiget* mutationis (36) *ut* dilatetur°; populus *ejus* non *indiget* mutationis *ut* numero-augeatur°. *Si igitur regni Thsi regulus* exerceat humanum regimen, tunc *quominus super omne imperium* regnet, nemo ° poterit impedire °.

§. VII. Enimvero *virorum vere* * regnantium ° *interregnum (37) nondum fuit distans *et longum* præ hoc

dentia, et clarissima virtute, quemadmodum Wen wang, præditus sit, ni tempora faveant, nihil proficiet. Perperam Noël : *Non potest tamen melius demonstrare suam prudentiam quam in... non potest tamen illum (ligonem) melius reservare quam in..*

(31) C : Cum præsens tempus nostro proposito sit adeo commodum, numquid meos de regnandi facilitate sermones pro deliramento habebis !

(32) H : Tempore quo Imperatores *Iu* (7,106), *Thang* (5,124), *Wen wang* (3,783,5,884 *bis*) et *Wou* (4,658) *wang* exurrexerunt.

(33) H : Quanto potentior es Principe *Wen wang* cui tantummodo centum terræ stadia erant!

(34) C : Prædictorum Imperatorum ætate.

(35) H : Indicat adeo confertam fuisse incolarum multitudinem ut inter domos ne minimum quidem relinqueretur intervallum.

(36) I. e. Non illi opus est novas terras et novos colonos quærere. E : Ditione satis ampla, populo satis frequente potitur.

(37) Ad verbum : τὸ *optimorum* Regum ° non exurgere. *Lieou*

nostro tempore °°. Populorum ° mœror *et* miseria sub tyrannico regimine, nondum fuit vehemens præ hoc *nostro* tempore °°. Qui esuriunt, facile *est* * facere-*ut*-comedant; qui sitiunt, facile *est* * facere-*ut*-bibant (38).

§. VIII. * Confucius aiebat : Virtus ° (39) *aquæ* exundantis *instar* incedit (i. e. diffunditur) celeriter præ pedite (i. e. celerius quam pedes) *vel etiam* equite ° *qui* defert *Regis* mandata.

§. IX. *Si* in hodierno ° tempore decies-mille quadrigarum ° regnum (40) exerceret humanum regimen, *omnes* populi ° *tandiu oppressi* lætarentur °, perinde-ac-si *è patibulo* solutis-vinculis-tolleres *virum* * inverso-corpore-suspensum °.

Itaque, *quamvis principis* res-gestæ *essent* (41) dimidium antiquitatis ° viri, meritis *suis* certe duplò-superaret

i. e. (H) longo-intervallo-disjungi (11,662-11,710). A : Ex quo Wen wang et Wou wang dynastiam *Tcheou* (1,187) condidère (i. e. à septingentis annis) huc usque, numquam tantum intercessit temporis intervallum in quo nullus vir vere Rex surrexerit. H : quam diversa sunt tempora! Principi benigno quanto facilius esset quam (vid. not. 24) vigente Familia Chang (1,299), omnes Imperii populos in partes suas adducere ac subjicere!

(38) Hominum famem et sitim levare facile est. H : i. e. Populos diu oppressos regiminis humanitate et æquitate solari facile est.

(39) H : Illud de humano regimine dicitur.

(40) C : Si virtus sponte sua, tam celeriter diffunditur, quanto uberiores erunt ejus fructus, ubi, ut nunc temporis, Principi eam exerenti opportuna occasio favebit.

(40*a*) C : Innuit regnum Thsi. — H : illi mille currus, seu mille stadia, pristinorum Imperatorum centum stadiis (vid. textum *notæ* 33) respondent.

(41) I. e. Dimidia pars eorum quæ Wen wang præclare gessit.

illum. Solummodò *propter* hoc *tam opportunum* tempus *res* se-habet ita (42)°.

§. X. Koung sun tcheou interrogans ait : * Magister, *si aliquando* consecutus *in regno* Thsi ° summi-præsidis *aut* primi-à-consiliis-ministri *dignitatem*, posses in-praxim-redigere *tuam de gubernandi* normâ *doctrinam*°, quamvis ¶ * inde regulorum-principem *aut* Imperatorem *evadere* (43) non mirum *esset*°, sicut illud (44), tunc *numquid* commovereris corde , nec*ne*°?

Meng tseu ait : Neutiquam. Ego *ubi attigi* * quadragesimum *meæ ætatis annum cœpi* non commoveri animo (45).

§. XI. *K.* ait : *Si-res-ita-sit, tunc, *magister, superando Meng pun (46) longe-procedis (i. e. longe superas)°.

M. ait : Illud non *est* difficile (47). Kao tseu (47*a*) ante

(42) A : Necesse non erit centum annos, ut Wen wang, nec longam successorum seriem expectare ad consequendam Imperatoris dignitatem. Ideo Kouan tchoung imitari dedignor, atque assero mihi esse tam facile regni Thsi regulum ad veram imperandi normam perducere, quam manum vertere! Vid. supra. not. 14.

(43) A : Quamvis te Principem (C) si exiguis animis præditus sit, ad regulorum-ducis (12,006) potestatem, si magnis, ad Imperatoris dignitatem, tuis consiliis promovere posse non mirarer..

(44) H : I. e. Tanti momenti munera obiens.

(45) H : Quanto minus nunc temporis!

(46) A : Meng pun nudâ manu bovis cornua evellebat.

(47) Perperam Noël : Enimvero *animum non concuti, id putas adeo difficile? nulla in eo difficultas!* Mencius enim non absolute eo modo quo ipse, sed tantum eo modo quo *Meng pun*, animo non concuti facillimum esse judicat. A : Inconcussam cordis firmitatem ex virtute et æquitate, ut Tseng tseu et Meng tseu, depromere, rarum et difficile est; ex bullientis sanguinis impetu, ut Kao tseu et Meng pun, facile et vulgare.

(47*a*) Perperam Noël : *Antiquus ille sophista Kao tseu, quamvis*

me (i. e. ante quadragesimum ætatis suæ annum) non commovebatur corde.

§. XII. *K.* ait : *Viri qui* non commoventur corde, habentne *certam quam sequantur* agendi-normam°?

§. XIII. *M.* ait : habent (48). Pe koung yeou ° alebat fortitdinem *hoc modo* ° (49). Non *expectabat donec* corpus *suum*, *hoste feriente*, incurvaretur; non *expectabat donec* oculi, *hoste feriente*, nictarent. *Sed*, cogitabat (50), *si* in uno capillo (i. e. in re minimâ) læsus-fuisset ab *aliquo*

paucissima sciret et in multis erraret, mihi tamen viam firmandi cordis uteumque prior monstravit. His enim Mencius innueret Kao tseu *multo ante ipsum vixisse*, ac *veram firmandi cordis normam* quæ in virtutis constantia sita est, tenuisse. A : Kao tseu viros *Meng pun*, *Pe koung yeou*, et *Meng chi che* omnino referebat, ac ejus fortitudo, non secus ac in plebeio homuncione, nihil aliud erat quam bullientis sanguinis impetus. Ideo (E) illi longo virtutis studio, ut Mencio, opus non fuit, ac facillime (vid. not. 47) antequam quadraginta annorum esset eam assecutus est.

(48) Mencius veram cordis firmandi normam nondum exponit. A : Duplex est fortitudinis genus; alia falsa, quæ, ut in viris *Meng pun*, *Pe koung yeou* et *Meng chi che* videre est, è solo bullientis sanguinis impetu oritur; alia vera, quæ, ut in doctore *Tseng tseu*, (C) nec non *Meng tseu*, sola æquitate et rectæ Rationis dictamine nititur.

(49) I. e. Hostem impetebat antequam ab eo impeteretur. Sic C et H. Perperam Noël : *Dum enim pugnandum erat, vidisses pectus ejus velut adamantinum stare immobile; vidisses minaces ejus oculos fugam abhorrere.* Præterea hic *mo pi* (6,589-11,158) non significat : *oculi fugam abhorrent* sed (G : 10,946-6,679) oculi *hostilis gladii fulgore perstricti* tremulo motu pupillam torquent.

(50) Perperam Noël : *Si cogitabat se ab aliquo vel minimam injuriam accepisse.* Verbum *sse* (*cogitabat*) non ad *injuriam-accepisse* sed ad *ta* (*vapulasset*) referendum est. Assentit versio Tart. *tantaboukha adali gônimbi*. Vid. *infra* : *spectabat* si impeteret..

homine, *cogitabat, inquam, illud esse sibi turpe* perinde-ac-si vapulasset ° in *medio* foro, *aut in ipso reguli* palatio. Non *sustinebat* accipere *injuriam* à *plebeio homuncione induto* laneâ-veste largâ *et* amplâ; pariter, non *sustinebat* accipere *injuriam* à decies-mille quadrigarum° principe. Spectabat (i. e. existimabat), *si* impeteret decies-mille quadrigarum ° principem, *illud esse*, perinde-ac-si impeteret (*alii* occideret) * *indutum* laneâ-veste hominem. Non reformidabat (*alii* reverebatur) *quemquam* * regulorum. *Si* molesta verba *ab eis jactata ad ipsum* pervenirent, certe reddebat ea (i. e. par pari referebat).

§. XIV. ¶ *Illa* quam Meng chi che ° alebat fortitudinem *hujusmodi erat*°. *Ipse* aiebat: « *Ego* specto (i. e. existimo), *si* non vincam (50 *a*), *illud esse* quasi vincerem °. *Si quis* metitur hostem et deinde progreditur, *si quis* sollicite-scrutatur victoriam et deinde conserit-manus, illud *est* formidare tres (i. e. innumeros) exercitus°° (51). » *Porro, ille Meng chi* (52) che, numquid, *tuâ sententiâ*, poterat esse certo vincens (i. e. p. c. vincere) °? *Tantummodo* poterat carere metu et nihil-amplius °.

§. XV. Meng chi che *videtur* (53) *quasi* retulisse Tseng

(50 *a*) I. e. Eodem loco habeo τὸ non vincere et τὸ vincere.

(51) C: Manus conserere, non nisi hostis debilitate ac victoriæ spe comperta, ignavi est.

(52) Interpretes E, C et vers. Tart. hæc usque ad *nihil amplius* velut ab eodem Meng chi che dicta exhibent. E et G: *chi* (3,830) sonus seu vocula auxiliaris, *Meng* nomen Familiæ, *che* parvum-nomen est.

(53) H: Meng chi che qui unum spectabat ut vinceret, (B) omnes suæ agendi-rationis causas à se ipso desumebat. Tseng tseu, (D) si quid argumentum ipsi proponeretur, semper illud secum diu revolvere volebat, ac, non nisi comperta rei veritate, fidem loquenti adhibebat. — *Pe koung yeou* qui (H) unum spectabat ut aliis resiste-

tseu; Pe koung yeou *videtur quasi* retulisse Tseu hia. *Si utraque* istorum duorum virorum ° fortitudo *conferatur, facile* non *erit* dignoscere *quænam-earum *fortitudinum alterâ* excellentior *esset* (54). *Verumtamen Meng chi che custodiebat præcipuum ° (55).

§. XVI. *Olim Tseng tseu alloquens *discipulum suum*

ret, (B) omnes suæ agendi-rationis causas ab aliis desumebat. Tseu hia, Sancti viri verbis inconcussam fidem adhibendam, nec utrum vera vel falsa essent quærendum esse censebat. Hinc patet quantum claudicet Noëliana interpretatio: *Tseng tseu sibi unice vacabat, internisque animi sui affectibus assidue invigilabat. Pe koung yeou id unum spectabat ut alios virtute et doctrina superaret, ut olim Tseu hia.* Hæc confinxit doctus interpres ut quocumque modo *Meng chi che* et *Pe koung yeou* viris *Tseng tseu* et *Tseu hia* ex omni parte simillimos fuisse ostenderet. Quod quidem ipsis interpretibus Sinicis improbatur. D : Mencius eos non quantum ad *virtutem*, sed (C) quantum ad *vitalem-spiritum* comparat; neuter enim viros Tseng tseu et Tseu hia referebat. — Cæterum (*ibid.*) hæc tantum scripsit Mencius ut verba doctoris Tseng tseu de magna fortitudine afferendi ansam arriperet.

(54) A : Quia utriusque fortitudo ex solo bullientis sanguinis impetu oriebatur.

(55) Perperam Noël : *Videtur id quod maxime necessarium est spectavisse ac custodivisse : nihil enim timere, interioremque animi ardorem conservare semper necessum est; alios autem vincere quandoque tantum opus est.* Ut hæc interpretatio sibi constet ac Sinicis commentariis congruat, scribendum est *potes* pro *necessum est.* A : *Pe koung yeou* unum spectabat ut vinceret; illud est quærere ea quæ ab aliis pendent. Porro ea non semper obtinere potes. *Meng chi che* unum spectabat ut non paveret; illud est quærere ea quæ in tua potestate sita sunt. Porro ea semper obtinere potes. Idcirco Mencius asserit in viris supradicta (vid. not. 53) fortitudine accensis, finem quem sibi proponebat *Meng chi che* cum viri *Pe koung yeou* fine collatum, esse præcipuum quid ac majoris momenti; ut pote quem omni tempore facillime assequi possumus.

Tseu siang ait : (56) Tu *ne* amas fortitudinem °? Ego *audivi *quid esset* magna fortitudo à *magistro *meo* (i. e. Confucio)°. « *Ubi* *ad-me-rediens *ac me attente perscrutans*° *video* (57) *mentem* non *esse* rectam, quamvis *adversus homuncionem indutum* laneâ-veste largâ *et* amplâ (i. e. debilissimum hostem) *mihi pugnandum sit, quomodo* ego non pavescerem °? *Ubi* *ad-me-rediens ° *video mentem esse* rectam, quamvis *mihi immineant* mille *aut* decies-mille homines, ego *in illos imperterritus* incedo ° (58). »

(56) A : Duplex est fortitudinis genus; alia *parva*, alia *magna*. Vid. supra not. 48.

(57) Noëliana interpretatio potissimum sub finem à vero sensu toto cœlo distat : *Si mecum judicem non esse æquum ut hostem aggrediar, quamvis hic esset infimæ sortis imbecillis homunculus.., tamen eum non impeterem. Patet tunc me non timore perculsum pugnam detrectare.* D : *Mens* seu principium immateriale (*li*, 5,936) *spiritum-vitalem* seu materiale principium (*khi*, 4,828) regit. Quando Mens, quiescentibus nempe perturbationibus, pura et *recta* est, vitalis-spiritus valet. Si tunc mihi immineant innumeræ hostium turmæ, ego imperterritus eas aggrediar. Si vero Mens, perturbationibus intus grassantibus, recta non sit, spiritus-vitalis debilitatur ac quasi fame elanguet. Si tunc vel imbellis è plebecula homuncio me lacessat, meum vitalem-spiritum facile franget, ac victor evadet. Pugnam cum eo initurus quomodo non paverem ! — Gravissimus docti Interpretis error inde potissimum ortus est quod verbum *Yan* (5,443) pro littera finali habuit ; dum contra, interrogationis signum hic est. C : *Yan*, i. e. *hou* (43) *quomodo?* — Porro, nemo non videt quantum discriminis sit inter *non timeo* (ut interpretatur Noël) et (H) *quomodo non timerem!* quantum inter *non æquum esse, æquum esse*, et *si mens mea non recta, si recta sit!*

(58) Perperam Noël : *Ita Confucius.* A : Ex his doctoris Tseng-tseu verbis patet..

§. XVII. Meng chi che° conservans vitalis-spiritûs *impetum*, *si eum cum Pe koung yeou conferas*, *custodiebat præcipuum*, *sed* adhuc non *sciebat* sicut Tseng tseu° custodire præcipuum (59)°.

§. XVIII. ¶ *K. s. t.* ait : Ausim *te* interrogare (60). *Methodum quam* *magister *meus* ° *tenet ut* non concutiatur corde, et *eam quam tenuit* Kao tseu° *ut* non concuteretur corde, possum *ne* obtinere *ut* audiam°?

M. ait : Kao tseu aiebat : (61) « *Si* non obtines in ver» bis, ne quæras in corde. *Si* non obtines in corde (62),

(59) Quasi diceret : pulchrius et utilius est numquam timere (ut Meng chi che) quam semper vincere velle (ut Pe koung yeou); sed præstat rationem sequi, vel fortitudinem suam ex mentis rectitudine haurire (ut Tseng tseu), quam nunquam timere (ut Meng chi che).

(60) H : Interrogat eum de animi fortitudine quam ipse non nisi in quadragesimo ætatis suæ anno, et de eâ quam Kao tseu ante hanc ætatem habuit. Vid. not. 47.

(61) Hæc omnia usque ad §. XXVI difficilia et perobscura sunt, ac intricatissimis nec non inter se plane diversis glossematis ab interpretibus exponuntur. Nitidiores notas excerpere enitar. D. H : Si, ubi aliquid dicere cupis, perspicue non vides verborum dicendorum rationem, (G) tunc relinque hæc verba, ac eorum rationem in corde quærere noli. Si enim eam ibi quæras, (H) cor dubiis obruetur ac (A) concutietur. (Quod falsum est ut infra videbis). — Aliter E : *Pou te*, est non invenire in hominibus *bonum cor* et *bona verba*. Kao tseu, si inter homines, aliqui *verba* non bona in eum jactarent, non quærebat utrum eorum cor foret bonum; tantummodo irascebatur illis.

(62) C : I. e. Si cor tuum quietum non sit, tunc (G) illud compone ac rege, nec auxilium à vitali-spiritu quæras; alioqui (C) cor quod est *principale* (*pun*, 4,063) minori-principali (*mo*, 4,062) subjectum esse censeretur. D : antequam humanitatem et æquitatem exeras, necesse est ut eam intus in corde possideas. Porro, cor non potest à

» ne quæras in vitali-spiritu ».— « *Si* non obtines in corde, ne quæras in vitali-spiritu », *illud* licet (63); « *Si* non obtines in verbis, ne quæras in corde », *illud* non licet. ° Mens *est* vitalis-spiritus ° dux ° (64); vitalis-spiritus *est* membrorum ° plenitudo (65) °. ° Mens *est* summum °; spiritus-vitalis *est* secundum ° (66). Itaque dico : *Homo debet*

spiritu-vitali ea quærere quæ spiritus-vitalis non nisi à corde depromit. In hoc Kao tseu recte sentit. Mencius existimat hanc opinionem esse rectam; cor enim omnium hominis actionum origo est. Aliter E : Si sciret homines habere malum *cor* (*sin*), licet cum bono vitali-spiritu (*khi*) i. e. honestis verbis (*ibid.*) eum adirent, etiam irascebatur illis.

(63) *Tchu hi* apud C ait : Illud Mencii judicium non est omnino rectum. Cor enim maximæ, et vitalem-spiritum nulli curæ habere nequaquam decet; quia nempe cor vitalis-spiritûs auxilio aliquando indiget. Ita sane locutus est Mencius (*ibid.*), quia cor (*sin*) sæpissime ac fere semper vitalem-spiritum (*khi*), vitalis autem spiritus cor non nisi rarissime ad agendum movet.

(64) E : *Cor* (*sin*) *est* sicut princeps, *mens* (*tchi*) sicut exercitus-dux, *spiritus-vitalis* (*khi*) sicut milites. *Cor* cogitat ac meditatur, *mens* perpendit utrum res cogitatæ liceant nec ne, *spiritus-vitalis* eas exequitur.

(65) Spiritus-vitalis per totum corpus diffunditur, ac membris, vel sensibus (*aux cinq sens*) vim ad agendum necessariam suppeditat. H : Per *thi* (12,651) *membra*, hic intelligit *oculos, aures, nares, os*, etc.; per *khi* (4,828) *vitalem-spiritum*, hic intelligit *visum, auditum, olfactum, gustatum*, et *tactum*. Ideo ait : vitalis-spiritus membrorum plenitudo est, i. e. ubi singula membra seu (H) singuli sensus habent spiritum-vitalem (nempe vim cuique necessariam, ut oculis *visum*, etc.) deinde suo munere fungi possunt.—Aliter E : Per *spiritum-vitalem* intelligit eam vim quæ animi perturbationes, ut lætitiam, iram, amorem, odium, conflat.

(66) C : Mencius non ait hoc (*mentem*) esse *prius*, illud vero (*vitalem-spiritum*) esse *posterius*, hoc *magnum*, illud vero *parvum*;

diligenter-custodire suam mentem, non *debet* turbare suum vitalem-spiritum.

§. XIX. *Koung sun tcheou ait:* Cum dixeris : (67) Mens *est* summum °; spiritus-vitalis *est* secundum °; *cum* præterea dixeris : *Homo debet* diligenter-custodire suam mentem, non *debet* turbare suum vitalem-spiritum °, quid *per hæc intelligis* ° ?

***M.* ait : (68) *Si* mens *obstruatur ac* sola *sit*, tunc mo-**

sed innuit maximam curam primum menti, deinde vitali-spiritui conservandis esse adhibendam.

Ibid. Cum mens sit *summum*, eam debemus cum veneratione conservare, ut(B)semper pura et lucida sit, nec suum in corpus dominium amittat. Cum vitalis-spiritus sit *secundum*, non licet eum (E) perturbare, sed potius (H) eum alere debemus, ut mentem constanter adjuvare ac suum munus rite obire possit. — Porro (A) cum Kao tseu diceret : *Si non obtines in corde ne quæras auxilium à vitali spiritu*, ostendit se nosse tantum *mentem* suam conservare; quomodo enim potuisset non perturbare, i. e. semper (H) alere suum *vitalem spiritum* cujus auxilium nonnunquam cordi necessarium est ? Vid. *not.* 63. — E : Quando *mens* intuetur ac facere intendit aliquid, *vitalis spiritus*, illi paret, atque jussa exequitur. Idcirco oportet mentem in recti tramite continere, ne forte vitalis spiritus perturbetur, ac immerito lætitiam vel iram, amorem vel odium in homines exerat.

(67) A : Cum Koung sun tcheou perspicue non intelligeret verba : *mens* est *summum*, *spiritus-vitalis* est *secundum*, sic rursus instat : Si mens sit *summum*, tunc (H) magni momenti est, vitalis autem spiritus parvi momenti (Vid. *not.* 66). Inde sequitur satis esse si homines rite conservent suam mentem. Cur addidisti *non licet perturbare* (Vid. *ibid.*) *suum vitalem-spiritum ?*

(68) Hic et in seqq. Noël sæpius erravit. A : Mens et vitalis-spiritus separari nequeunt. Quamvis enim (G) mens vitalem-spiritum ex decem vicibus novies (*neuf fois sur dix*), et vitalis-spiritus mentem tantum ex decem vicibus semel (*une fois sur dix*) ad agendum moveat, neque mens vitali-spiritu, neque vitalis-spiritus mente carere potest.

vet (i. e. *turbat*) (69) vitalem-spiritum; *pariter, si* vitalis-spiritus *obstruatur ac* solus *sit*, tunc movet (i. e. turbat) mentem °. *Ex. gr.* nunc ° *si vir* cadat °, *aut* fugiat °, illud *est* vitalis-spiritus (i. e. hæc duo oriuntur è vitali-spiritu) °; *etenim* retroagens movet ejus cor.

§. XX. *K. s. t. ait:* Ausim *te* interrogare. *Magister, * quâ-in-re *isti Kao tseu* præstas?

M. ait: (70) Ego intelligo verba; ego rite alo meam * immensam ° ¶ vitalis-spiritus *vim*.

(69) H : Hic prius *thoung* (8,99) significat *movet* i. e. *impellit ad sibi obsequendum*, posterius vero, *movet* i. e. *perturbat*. Ex. gr. (C) ubi mens se se *virtuti* sola applicat (G. *i* 1,766 i. e. *tchouan i*, ibid.), *movet* spiritum-vitalem ad virtutis actus exerendos; ubi mente suî oblitâ, spiritus-vitalis *fugæ* (*vid.* infra) solus se applicat, i. e. omnem vim suam ad fugiendum depromit, tunc mens in fugam rapitur. Hinc patet corpus à vitali-spiritu in fugam trahi quia mens obstruitur, vel suî compos non est. — E : Quando *Mens* obstruitur ac sola est, tunc vitalis-spiritus non agit. Quando vitalis-spiritus, tunc mens non potest res penetrare.—Alii utrumque verbum *thoung* (899) interpretantur *turbant*. E : *Cor* est velut *princeps*, *mens* sicut *dux*, *spiritus-vitalis* sicut *milites*. Si *mens cordi* rebellis sit, *turbat vitalem-spiritum*, quemadmodum *dux milites*, si *principi*. Si *spiritus-vitalis menti* rebellis sit, *turbat cor*, quemadmodum *milites* rebelles, suum *ducem* ac deinde suum *principem turbant*. *Tchu hi* apud (B) « *Mens movet vitalem-spiritum* » quasi diceret : ubi *amnis* fons turbidus est, ejus *fluctus* etiam turbidi sunt. « *Spiritus-vitalis movet mentem* » quasi diceret : si amnis *fluctus* oppositâ mole cohibiti non labantur, retroaguntur ac turbant amnis *fontem*.—E : Quando *mens* vel *vitalis-spiritus* separatim obstruuntur (11,652-1,673) fiunt *i* (1,766) *unica*, *sola*, quia nempe alterum alterius auxilio destituitur. Quando *mens* obstruitur ac quasi occluditur, tunc..

(70) B : Quando verborum ratio clara non est, tunc cor dubiis obruitur. Ego vero meum cor perscrutor, dubia ejus discutio, ac proinde, quocumque homine loquente, verborum rationem penetrare queo. Quando vitalis-spiritus non est plenus, i. e. debilis,

K. s. t. ait : Ausim *te* interrogare. Quid vocas *immensam ° vitalis-spiritus *vim ?*

M. ait : *Illud est* difficile dictu °. (71).

§. XXI. Ipse *talis* est vitalis-spiritus °. Maxime magnus (72), maxime fortis *est* (73). Ex *eo quod* (i. e. quando) *nos illum* recte alimus (74) et *illum* non lædimus (75), tunc complet *omnia quæ sunt* in cœli *et* terræ ° intervallo (76).

§. XXII. Ipse *adhuc talis* est vitalis-spiritus °. Conjungit æquitatem cum ratione (77). *Si corpus* careat illo, *tunc* esurit °.

tunc cor minimâ re pavet. Ego vero semper alo ac conservo meum vitalem-spiritum. Inde cordis vigor augetur nec ullâ re concutitur. Kao tseu vero secus sentiebat (Vid. not. 62). Sic ab eo toto cœlo differo, sic eum longe supero.

(71) H : Cum hæc immensa vitalis-spiritûs vis in abditissimo cordis nostri recessu habitet, ac forma et sono careat, difficillimum est definire quid per se reipsâ sit. Nobis miros illius effectus nosse tantum datur.

(72) B : Nihil est quod facere nequeat, nullus est locus quo non perveniat.

(73) H : I. e. Infrangi non potest. B : nec mors nec vita, neque adversæ neque prosperæ res eam (*nempe* viros qui eam rite alunt) concutiunt aut immutant.

(74) H : I. e. Si agendo rectam rationem sequamur..

(75) B : Si ne minimam quidem rem agas quæ vitalem-spiritum lædat aut perturbet.

(76) H : Potest omnes res exequi quæ inter cœlum et terram (i. e. in universo mundo) sunt. Porro (A) inter cœlum et terram sunt *æquitas* et *ratio* (8,206–11,117); quia videlicet omnes hominis actus *æquitate* et *ratione* oriuntur. Horum verborum sensum sic definit D : si filius est pius, si princeps humanus, illud dicitur *æquitas*; illud per quod filius pietatem, per quod princeps humanitatem exercent est *ratio*.

(77) A : Ubi *æquitas* et *ratio* aliquid faciendum esse docent, spi-

§. XXIII. Ille *vitalis-spiritus est* illud-quod *es diu* (78) accumulatâ æquitate nascitur°. Non *potes vero agendo unam vel duas res* æquitati (79) *consentaneas* furtim ° assumere (i. e. obtinere) illum (80)°; *vel*, non *potes vero*, æquitate *semel aut iterum quasi* furtim-edita °, assumere illum °. *Si*, *quando* agis, existat * non-lætitia in corde, *nempe* si cor non sit lætum, i. e. saturum (81), tunc *vitalis-spiritus*

ritus-vitalis ipsis adjumentum præbet, ut res facienda suum effectum expedite et convenienter sortiatur. Sic (D) uxor, quasi *minus-principale* (4,062), marito, quasi *principali* (4,063), juncta, eum quotidie collaborando adjuvat. Cum (C) igitur æquitatis et rationis actus, non nisi vitalis-spiritûs ope et interventu exterius prodire possint, tunc (H) si eum rite non *alas*, si membra tua *vel* sensus (*Vid.* not. 65) non impleat, tunc quasi fame languescet, nec jam mentis tuæ consilia exequi valebit.

(78) C : *Accumulare æquitatem* (*tsi i*), ac proinde immensam vitalis-spiritus vim in se adaugere, est multorum mensium atque annorum opus, ut videre est in Mencio qui non nisi 40 annos natus animo non concuti cœpit.

(79) D : Unam vel duas res æquitati (H) consentaneas, quemadmodum Kao tseu quasi furtim et perfunctorie agere, est tantum unius momenti negotium. Ideo ille sophista antequam 40 annos assecutus esset, suo quidem sed non quo oportebat modo, animo non concutiebatur.

(80) *Fei i si eul tsiu tchi.* Ut obscuri hujus loci sensus dilucidetur, juxta D legendum censeo : *fei i, eul si tsiu tchi*, i. e. (*ibid.*) *fei* non (*hing* agendo) *i* unam *vel duas res* æquitati *consentaneas*, *eul* et, *si* (E, i. e. *mi*, 2,147. assentit vers. Tart.) furtim, *tsiu* assumes, *tchi* illam (immensam (B) vitalis-spiritus vim extrinsecus). C : Vitalis-spiritus ex *æquitate* diu *accumulata*, *æquitas* ex *corde*, nascitur. Porro, si æquitas non existat in *corde*, sed extrinsecus accersatur, quemadmodum falso sentiebat Kao tseu, tunc vitalis-spiritus à peregrinâ istâ et ementitâ æquitate oriri non poterit.

(81) H : I. e. Non esse contentum, non habere-satis. *Ibid.* Si

esurit °. Ego itaque dico : Kao tseu nondum *sciebat æquitatem (82), ex *eo quod* (i. e. quia) ipse exteriorem judicabat illam°.

§. XXIV. Oportet (83) habere (i. e. impendere) operam°, et non prædefinire (84). *Oportet in* corde non oblivisci, *et* non *velle* adjuvando augere (85–6) *illum* °. Ne-sis (87) sicut *quidam regni* Soung homo ¶°. *Inter regni* Soung homines, *quidam* fuit qui dolens *quod* suæ segetes ° non grandescebant °, *tunc* extraxit illas ° (88). **Mente-

æquitatem accumulaveris (*tsi i*), cor contentum erit (*khie*), ac spiritus-vitalis nascetur; si non *accumulaveris æquitatem*, *nempe si* eam, ut Kao tseu, quasi furtim et perfunctorie exeras, tunc spiritus-vitalis languebit.

(82) A : Cum Kao tseu æquitatem exterius (i. e. in fortuito opere), non vero intus (i. e. in corde) existere censeret, tunc *æquitatem*, ad adaugendum spiritum-vitalem *accumulare* non poterat. Quomodo igitur corde vere non concuti potuisset?

(83) A : Cum spiritus-vitalis non nisi ex *æquitate* diu accumulata nascatur, quisque debet indesinenter ei navare operam, i. e. conari ut quodcumque agit æquitati sit consentaneum.

(84) C : Non debes tibi prædefinire tempus quo tui vitalis-spiritus plenitudinem assecuturus sis.

(85) C : Si forte vitalis-spiritus ad plenitudinem nondum pervenerit, ideo illud fit quod æquitatem nondum perfecte accumulasti. Tunc, cave ne egregium hunc laborem intermittas.

(86) Perperam Noël : *Velle ejus* (*justitiæ*) *incrementum*. C : Nihil licet facere ad adjuvandum (i. e. festinandum) sui vitalis-spiritus incrementum. D : Homo expectare debet donec cœlestem rationem diligenter diuque secutus, illum ad plenitudinem sponte suâ pervenire videat.

(87) C : Qui in se alit vitalem-spiritum cavere debet ne ridiculum quemdam regni Soung incolam imitetur.

(88) Culmos, emotâ radice, è terrâ pene extraxit, ut altiores

turbatâ rediens, compellavit suæ *domûs* viros dicens: « *Hodierno-die *valde* defessus-sum °. Ego adjuvando « segetes adauxi *eas* ° (i. e. segetis incrementum adjuvi atque acceleravi). » Ejus filii accurrentes ° venerunt *ut* viderent illud. *Sed* segetes tunc aruerant °.

In *Imperio ° (88*a*), *homines* qui non adjuvant segetem *ut eam* adaugeant, pauci *sunt* °. Qui *arbitrantur nihil-esse emolumenti (i. e. incrementi), et deserunt illum, *similes sunt agricolis* qui non purgant-loliis segetes ° (89). Qui *volunt* adjuvando illum (90) adaugere, *similes sunt prædicto agricolæ* qui *è terrâ* extraxit *suas* segetes °. Non solum *illi* non sunt-emolumento (i. e. incremento), *sed-etiam nocent illi (91).

§. XXV. *Koung sun tcheou ait*: Quid vocas « *ego* intelligo *hominum* verba »?

M. ait: *Si* devia (92) *sint alicujus* verba, *ego* scio *in* quo

apparerent. D: Perinde ac si quis dolens quod vitalis-spiritus corpus suum nondum implet, ac eum Cœli virtute in nobis adaugeri ignorans, ejus incrementum ante tempus stulte promovere tentaret.

(88*a*) C.: I. e. Viri qui à suo vitali-spiritu temere adaugendo prudenter abstineant, paucissimi sunt.

(89) C. I. e. Qui æquitatem aliquamdiu à se accumulatam suo vitali-spiritui non multum prodesse arbitrantes, opus suum deserunt, i. e. (H) eam accumulare desinunt.

(90) C: I. e. Qui suum vitalem-spiritum ad plenitudinem nondum pervenisse videntes, omnia temere factitant ut illius incrementum ante tempus accelerent.

(91) H: Si quis hujusmodi vir injuriâ ab aliquo afficiatur, nequicquam à vitali-spiritu auxilium petet; vitalis enim spiritus inconsulta ejus festinatione exaruit ac evanuit.

(92) Perperam Noël: *Si inepta verba*. A: Quando hominis mens

cor ejus obscuretur (93). *Si* exundantia (94) *sint alicujus* verba, scio *in* quo *cor* ejus *velut* in-foveam-incidat (95). *Si* non-recta *sint alicujus* verba, scio *in* quo *cor* ejus recedat (96). *Si* subterfugientia (97) *sint alicujus* verba, scio *in* quo *cor* ejus exhaustum *sit* (97 *a*). *Hæc quatuor verborum genera ubi* nata-sunt ex ejus corde (98), damnum-inferunt in ejus regimen; *ubi* emissa-sunt ex ejus regimine, damnum-inferunt in ejus negotia. *Si* sancti *anti-*

obcæcata intuetur hoc et amittit illud. Veluti (D) sectarius *Yang* (3,476) qui se solum, et *Me* (1,709) qui omnes indiscriminatim amabat.

(93) H: Cum eorum cor pravis cupidinibus turbatum quasi tenebris obdatur, mens unam tantum rei vel argumenti faciem videt.

(94) Perperam Noël: *Si turpia (verba), mox cognosco in quo cor sordescat.* A, B, C, D: Si latior sit disceptatio ac quasi diluvium effundatur (4,837–5,306).

(95) C: Vir verbosus qui à proposito digreditur illi similis est qui in aquam delapsus litus è conspectu amisit.

(96) H: I. e. A rectâ ratione deflectant, vel illi adversentur.

(97) C: Ubi quis inter disceptandum sæpissime sermonem immutat, ut usurpet victoriam.

(97 *a*) E: *Khioung* hic dicitur de eo qui non habens quod respondeat, rectam rationem ineptis ambagibus temere contorquet, ac (H) ne seipsum quidem intelligit.

(98) Perperam Noël: *Postquam ex corde natæ se ad publicum regimen extendunt, omniaque ejus negotia susquedeque subvertunt.* Hic *Tching* (3,730) est *regimen* quo mens rebus agendis præest; *Sse*, hominis *actiones.* H: Quasi diceres: Si cor quatuor his ægritudinibus laboret, menti inepta jussa dabit, mensque ab eo decepta et obcæcata corpus in exitium trahet. — Ut *Tching* suum sensum retineat, hæc omnia ad principem referantur necesse est. E: Si princeps gignat hæc quatuor in suo corde, profecto nocebunt atque

quitatis viri iterum surgerent, certe sequerentur *ac suo assensu firmarent* mea verba ° (99).

§. XXVI. ¶ *Koung sun tcheou ait:* Tsai 'o, Tseu koung (100), boni (i. e. periti) *erant* facere *sermones (i. e. facundiâ pollebant). Jan nieou, Min tseu, Yan youan (101), boni *erant* enarrare *suas* virtutis actiones.* Confucius (102) simul-habuit illa *duo merita, et tamen* dicebat: « Ego quantum-ad *sermones, tunc non possum °. » (103). *Quocirca, *magister °, *nonne* etiam sanctus *es*°° ?

M. ait: Proh-nefas! hunc (104) quomodo sermonem *proferre audes*° ?

obstabunt humano ejus regimini. Ubi ex ejus regimine exierint, v. g. si decretum edat ut sationis vel messis tempore venatui vacetur, aut agricolarum manibus extruantur palatia, rebus agrariis profecto nocebunt. Verba *tching* principem, *sse* subditos, spectant.

(99) C: Ex his omnibus patet quantum differam à sophistâ Kao tseu qui, si verba non intelligeret, cor, unde nascuntur, scrutari negligebat, quanto minus dubiis aut erroribus obnoxius sim. Modo enim ex verbis, hominis cor, quasi ex fluctibus fontem; modo ex corde, ejus agendi normam, quasi ex fonte fluctus, disco.

(100) B: Insignes Confucii discipuli.

(101) H: Bene loquebantur (*chen yan*) circa virtutis actus quos ipsi peragebant. Assentit vers. Tart. quam hic secutus sum: *erdemou yaboun be gisourere de manga.* H: quasi diceret: virtutis actus, illud in quo excellebant. Noël verba *chen yan*, nimirum sibi haud intellecta, temere expunxit.

(102) Solus Confucius (B) sermones (C) recta ratione nixos et virtutis actiones possidebat. Porro (C), magister, cum dicas te *intelligere verba* (Vid. supra *not.* 70) tunc *excellis in sermonibus;* cum dicas te *rite alere tuum vitalem-spiritum* (*ibid.*), tunc *virtutis actiones possides.* Nonne, æque ac ille, sanctus es ?

(103) I. e. Hanc artem non calleo.

(104) H: Cum ipse Confucius qui *sancti viri* virtute maxime eni-

§. XXVII. *Olim (105) Tseu koung interrogans à *Confucio (i. e. *Confucium) ait : *Magister, *numquid* sanctus *es* °°?

*Confucius ait : *Quoad* sanctitatem, tunc ego non possum (105 *a*). Ego studeo *sanctorum virorum præceptis* *sine-satietate, et *homines illa* doceo *sine-lassitudine °. — Tseu koung ait : Studere *sine-satietate, prudentia *est* °; docere *sine-lassitudine, humanitas *est* °. *Cum habeas* humanitatem ac prudentiam, * magister ° etiam sanctus *es* °!

Porro (*pergit Mencius*), *cum in* ° sanctitate *Confucius non moraretur (i. e. cum sancti viri nomen admittere nollet), hunc quomodo sermonem *proferre audes* °?

§. XXVIII. *Koung sun tcheou ait* (106) : *Olim ego (107) audivi illud : *Discipuli* Tseu hia, Tseu yeou (107 *a*) *et* Tseu tchang, omnes habebant sancti viri ° unum membrum (108). *Quoad* ¶ Jan nieou, Min tseu, *et* Yan youan,

tebat, hoc nomen admittere nollet, quomodo mihi, indigno ejus discipulo, tantum decoris addere auderes?

(105) Mencius ut discipulum suum efficacius arguat, Confucium non minus imprudenti interrogationi severe respondentem inducit.

(105 *a*.) E : Sanctitatem nondum assecutus sum. H : Non possum adhuc hoc nomen admittere.

(106) C : Cum Mencius se Confucio æquiparari non pateretur, Koung sun tcheou celebres viros, sed Confucio inferiores, illi proponit.

(107) E : *Theie* (7,353) vox quâ quis se ipsum humiliter indicat.

(107 *a*.) C : *Tseu yeou* et *Tseu hia* ejus scientiam, *Tseu tchang* ejus virtutem possidebat.

(108) I. e. Unam quisque partem Confucianæ perfectionis habebat.

tunc *habebant* cuncta membra (i. e. omnes sanctitatis partes), *sed *ea quidem* exigua (109). Ausim sciscitari *quisnam illorum sit in* quo consistis (110)?

M. ait : Interim abjicio illos (111).

§. XXIX. *K. s. t.* ait : *Quantum ad* Pe i (112) *et* I yun (113) *quid *censes* (114)?

M. ait : *Illi* (115) non *sunt mihi* similes doctrina.

« *Si alicujus princeps* non *sit* ejus princeps (116), non *debet illi* servire. *Si alicujus populus* (117) non *sit* ejus populus, non *debet illi* imperare. *Si* bonum-regimen-

(109) C : Ejus scientiam, humanitatem, æquitatem, etc. habebant, sed quasi compendiose ; i. e. (*ibid.*) istius scientiæ, istarum virtutum culmen nondum attigerant.

(110) E : I. e. Quemnam eorum imitari velles?

(111) B : Quamvis eos sapientia claruisse non diffitear, ii tamen non sunt quos imitari vellem. Qui enim (C) exemplum sibi quærit, virum in summo sapientiæ fastigio eminentem deligere debet.

(112) G : *Pe i* erat natu-major filius principis *Kou* (2,073) regni *Tcho* (7,398) reguli.

(113) G : *I yun* erat sapiens quidam regni *Yeou sen* (4,028-8,963) litteratus.

(114) H : Eos ne imitari dignaberis?

(115) H : Eorum agendi ratio nequaquam cum mea convenit. E : Agendi ratio viri *Pe i*, à *Confucii* et viri *I yun* agendi ratione multum differt.

(116) E : Si princeps is esset quem (nempe ob humanitatis et æquitatis defectum) non amaret, tunc.. H : Si princeps perspicacitate et ingenio careret, ita ut ei servire, ac ejus mandata facessere nequiret..

(117) H : Si populus non sit virtute præditus, ita ut ei imperare nequeas. — E : Si populum regendum, læsa æquitate, obtinueris, ita ut *tuus populus* vere dici non possit..

vigeat, tunc ad-magistratum-accede. *Si* anarchia-grassetur, tunc *ab eo* recede ». *Hæc aiebat* Pe i ° (118).

« Cuinam servies, *si* non principi? Cuinam imperabis, *si* non populo (119)? *Si* bonum-regimen-vigeat (120), etiam ad-magistratum-accede; *si* anarchia-grassetur (121) etiam ad-magistratum-accede ». *Hæc aiebat* I yun ° (122).

« *Quando* licet (i. e. expedit) ut magistratum-geras, tunc magistratum-gere. *Quando* licet ut desistas (i. e. ut te eo abdices) tunc desiste. *Quando* licet ut *in eo* diu-permaneas, tunc diu-permane. *Quando* licet ut *ex eo* cito-exeas, tunc cito-exi ». *Hæc aiebat* * Confucius ° (123). *Illi* omnes *erant* antiquitatis sancti viri °. Ego *quidem* nondum potui habere *quod* agerem *sicut illi* ° (124). *At-*

(118) H: Suam agendi-rationis regulam in absoluta animi perfectione ponebat.

(119) Secutus sum A. B. C. et vers Tart. Aliter E: Si quis serviat principi qui non sit suus *princeps* (vid. n. 116), si imperet populo qui non sit *suus* populus (vid. n. 117) quid mali est (166-413)? Dummodo cœlèstem rationem sequi ac in omnibus æquitati obtemperare cupiat, illud sufficit. Perperam Noël: *Eccui possis servire principi qui non mereatur tuum servitium? eccui possis imperare populo qui non mereatur tuum imperium?*

(120) H: Alludit ad ætatem imperatoris *Tchhing thang* (3, 176-5, 124).

(121) H: Alludit ad ætatem imperatoris *Kie* (4, 220).

(122) H: *I yun* parum curabat utrum princeps ingenii acumine, ac populus virtute pollerent. Solummodo enim obtinendis muneribus intentus erat.

(123) H: Confucius suam agendi rationis regulam in arte sese temporibus accommodandi ponebat.

(124) H: Indicat austeram viri *Pe i* puritatem, laxiorem viri *I yun* in muneribus obeundis agendi rationem, nec non artem qua Confucius sese temporibus accomodabat.

tamen, certe illud-quod cupio, tunc *est* discere(i. e. imitari) * Confucium °.

§. XXX. *Koung sun tcheou ait: Cum viros* Pe i *et* I yun *quoad sanctitatem* ad * Confucium (i. e. cum * Confucio) *contuleris*, *anne* * ita *sunt* ordinis *ejusdem ac Confucius* ° (125)?

M. ait : Minime. Ex *quo* extiterunt nati homines ¶ * huc-usque, nondum fuit *alter* * Confucius °.

K. ait : * Attamen, *anne* habuerunt *aliquid quo* similes *fuerint* °?

M. ait : Habuerunt. *Si* obtinuissent centum stadiorum ° regnum, ac principes-fuissent illius, *profecto* omnes *sua sapientia* potuissent *eo pervenire* ut ad-aulam-advocarent omnes regulos *clientelare obsequium sibi præstituros*, *ac ut* haberent *universum* * Imperium. *Si vero* agendo unam *rem* non *consentaneam* æquitati, *vel* occidendo unum *hominem* * innocentem ° *potuissent* obtinere *universum* * Imperium, omnes *hoc* non egissent °. *Quantum ad* hoc, tunc similes *erant*.

§. XXXI. *K*. ait : Ausim *à te* quærere ipse * in-quo (i. e. * in-quo ipse) *Confucius ab illis* differat?

M. ait (126) : Tsaï 'o, Tseu koung, Yeou jo, *quantum ad* prudentiam, sufficiebant ad cognoscendum (i. e.

(124*a*) I. e. Tres illos illustres viros imitari vel æquiparare nondum potui.

(125) Noël : *Ergo omnes illi tres viri*. Præstat cum A, C, et E, non *illos tres* viros intèr se, sed tantum *Pe i* et *I yun* cum Confucio conferre. A : Sancti quidem erant *Pe i* et *I yun*, sed, si ad doctrinæ et virtutis excellentiam spectes, quam longe eos superabat Confucius!

(126) A : Illud (i. e. nondum extitit alter Confucius) non solum ego, sed etiam Confucii discipuli ante me asseruerunt.

facile poterant cognoscere) Sanctum virum. *Quamvis autem fuisset* exigua (127), non *tamen eo* devenerunt *ut* ficte-laudârint illum-quem ipsi diligebant (128).

§. XXXII. *Porro,* Tsaï 'o aiebat : Ex *eo quod ego* Iu (129) perpendo (i. e. dum perpendo) *virtutes* in *Magistro *elucentes, mihi videtur magis* sapiens quam Yao *et* Chun longe ° (130).

§. XXXIII. Tseu koung aiebat : Videndo eorum (i. e. priscorum Imperatorum) ritus °, cognosco eorum regimen ; audiendo eorum musicam °, cognosco eorum virtutem. *Si incipiendo à tempore* centum generationes ° post *elapso* (i. e. *elapso* post c. gen.), ordine-disponam (i. e. juxta ordinem recenseam) centum generationum ° reges, nullus ° *est cujus virtus ac regimen* possint *meos oculos* effugere °. *Verum si eos cum Magistro conferam,* ex *quo* nati-sunt homines ¶ * huc-usque, nondum extitit *alter* *Confucius °.

§. XXXIV. Yeou jo aiebat : Numquid soli (131) homines ° ! Khi lin *seu* * Unicornis °, *si* cum currentibus bestiis *conferatur ;* * Foung hoang °, *si* cum volantibus avibus ; *mons* Thaï chan °, *si* cum collibus *et* exiguis-terræ-tuberibus ; flumina *et* maria °, *si* cum * lacunulis-aquæ-in-itineribus-stagnantis, ejusdem-speciei *sunt* °. *Sic* sancti viri °, *si* cum populo *conferantur,* etiam ejusdem speciei *sunt* °

(127) G : *Ou* i. e. *hia* (8). C : Sed ponamus eorum prudentiam fuisse humilem (*ou*), non altam et perspicacem.

(128) A : Ideo sunt testes fide dignissimi.

(129) E : *Iu* (63), discipuli *Tsaï 'o* cognomen.

(130) C : Si Confucius sapientia *Yao et Chun* superavit, quomodo *Pe i* et *I yun* cum illo conferri possent? Inde patet quantum sit inter hunc et illos discrimen !

(131) H : An solos homines ejusdem inter se generis esse putas?

(132). *Sed* emergunt ex sua specie (i. e. ex medio eorum qui ejusdem illis speciei sunt), *et* assurgunt super suam turbam. Ex *quo* nati-sunt homines *huc-usque nondum *ullus* fuit *magis* præstans quam *Confucius (133).

§. XXXV. Meng tseu ait : Qui utens viribus (134) mentitur humanitatem (135), regulorum-dux-est. *Ut quis* sit-regulorum-dux, necesse-est *ut* habeat magnum regnum (136). Qui utens virtute (137) exercet humanitatem, Imperator-est. *Ut quis* sit-Imperator, *ille* non expectat potentiam (i. e. potentiæ non indiget) (138). *Sic* Thang

(132) A : Quia corpus et mentem pariter à Cœlo acceperunt.

(133) Quemadmodum *Khi lin* seu *Unicornis* inter quadrupedes, et *Foung hoang* inter volucres, quamvis iis genere simillimi, primum locum occupant, ac eos sua magnitudine longe superant ; sic sapiens, licet quoad corpus et mentem sit ejusdem generis ac plebei homines, sua tamen scientia atque virtute rudem eorum turbam supereminet. Porro (C) ut sapiens à vulgaribus hominibus, sic Confucius à sapientum turba toto cœlo differt. Eâ de causâ (B) solum Confucium imitari maxime exopto.

(134) Indicat auxilia quæ (D) pecunia ac (F) armorum vis suppeditant.

(135) H : Qui humani viri nomen et colorem mutuari ac ficte induit. C : Qui se populos liberaturum ac paci redditurum esse fingit, ut suis commodis ac potestati consulat. A : Vir vere *Rex* (*wang*) et *Archon* seu *regulorum-dux* (*pa*) in eo differunt quod hic suam utilitatem, *nempe* suæ potentiæ incrementum, ille vero publicam utilitatem, *nempe* populorum salutem et felicitatem, solummodo quærunt.

(136) D : Ingentibus copiis amplisque divitiis indiget ut (E) regulorum-dux evadat.

(137) Qui (D) innatam virtutem pio (C) regimine prodit, ac populos subigendo, eorum, non sua commoda quærit, imperare (*wang*) dicitur.

(138) H : Sola virtus populis subigendis illi sufficit.

(139) ex *regno* *septuaginta *tantum* stadia *complectente*, *sic* Wen wang (140) ex *regno vix* centum stadia *complectente exurrexerunt*.

§. XXXVI. *Ubi quis* utendo viribus (141) (i. e. armorum vi) subjicit homines °, *illi* non corde se-subjiciunt °; *quia nempe* vires (i. e. vis armorum) *ad id oblinendum* non sufficiunt °. *Ubi quis* utendo virtute subjicit homines °, *in* medio corde lætantur, ac vere se-subjiciunt °, veluti *septuaginta discipuli °se-subjecerunt *Confucio °. (142) *Liber* Carminum (143) ¶ ait : « Ab occidente, ab oriente, à meridie, *et* à septentrione, nullus-erat (144) *qui*

(139) D : Quando *Tchhing thang* (3,176–5,124) sævum Imperatorem *Kie* (4,220), quando *Wou wang* (4,658–5,884 *bis*) *Tcheou* (7,750) tyrannice dominantem debellavit, populos diu oppressos liberare, ac benigno regimine solari unicè contendebant.

(140) A : Quando *Tchhing thang* in urbe *Po* (88) et *Wen wang* in urbe *Khi* (2,284) pium regimen auspicati sunt, (H) quamvis angustissimo regno paucissimisque copiis potirentur, omnes populos virtutis illicio captos et devinctos, sibi submiserunt, (F) atque ex illis fundamentis duo celeberrima imperia *Chang* (1,299) et *Tcheou* (1,187) exurrexerunt.

(141) D : Cum princeps fictam humanitatem erga populos exerit, populi par pari referunt, fictèque (B) ac non nisi vi coacti parent.

(142) C : Quamvis initio Confucius cannabina tantum veste indutus (i. e. privatus) potentia, dignitate et fama adhuc careret, septuaginta ejus discipuli corde illi adhæserunt, ac præceptis ejus libentissime obsecuti sunt, nec ullus eum postea extorrem ac ærumnis confectum deseruit.

(143) A : Liber Carminum tom. *Ta ya*, od. *Wen wang* (3,783–5,884 *bis*).

(144) Hunc locum duplici modo explicant interpretes. Vers. Tart. *Dakhantsire be gôninrakôngge ako*, nullus erat qui non in-animo-haberet venire-ut-se-illi-subderet. Assentiunt A, B (5,454

in-animo-haberet non se-subjicere (145) i. e. qui toto animo non optaret se subjicere. » Hic *locus* illud (i. e. meam mentem) *clare* exprimit °.

§. XXVII. Meng tseu ait : *Si princeps sit* humanus, tunc sibi-accersit-gloriam (146); *si* non *sit* humanus, tunc sibi-accersit-dedecus (147). Nunc, *si omnes reguli* (148) oderint dedecus et *tamen* commorentur *in* * non-humanitate (i. e. in sævitiâ); illud *est*, perinde-ac-si *quis* aversaretur humiditatem et *tamen* commoraretur *in loco* humili, *ac depresso* ° (149). Si *vere* aversentur illud (150), nihil *ad illud effugiendum efficax est* velut (i. e. tam efficax quam) honorare *viros* virtute *prœditos, et* ad-dignitates-evehere litteratos; *velut curare ut* *sapientes *collocati* sint-in *primariorum ministrorum, seu consiliariorum* ordine, i. e. dignitate; *ut viri* *ingenio-pollentes, sint-in *variis administrationis* muneribus *collocati. Tunc,*

4,028-1-91-9-2,783-4,034) et E. — C : Non-existebat unius hominis • cor (2,727) qui non se-subjiceret. Sic etiam Noël. Discrimen inde oritur quod in A, B, E, verbum *sse* (2,783) per *cogitare*, in C vero per *cor* explicatur.

(145) Noël citata carmina de *Wen wang* loqui perperam arbitratur. E, F, H : Quando *Wou* (4,658) *wang* ex regione *Hao* (11,543) veniebat ut etc. C : Cuncti se principi *Wou wang* submittere gestiebant.

(146) C : Ipse honore afficitur atque ejus regnum gloriâ inclarescit.

(147) C : Si superbiæ, prodigentiæ, effrenæ licentiæ indulgeat, nec humanus sit, tunc (H) multitudo ab eo deficit, parentes eum deserunt, ipse maximis periculis urgetur, ac ejus regnum intestinis bellis flagrat.

(148) H : Indicat suæ ætatis regulos.

(149) E : Et aquæ vicino.

(150) H : Indicat *dedecus* de quo suprà.

ubi primum *regnum *externis et internis bellis* vacabit *ac felici* otio-fruetur, *si princeps* assequens (i. e. arripiens) hoc *opportunum* tempus, *cum illis ministris* illustret (i. e. concinnet) suum regimen *ac* pœnas (151); quamvis magna regna (i. e. alia regna, quantumcumque potentia sint,) certe reverebuntur illum° (152).

§. XXXVIII. *Liber* Carminum (153) ait : « *Cum opportune* assecuta-sim *tempus quo* (154) cœlum° nondum obnubilatur, *nec* pluvia-decidit, decerpo istius mori radicum corticem, *ut** arctis-vinculis-constringam (155) *domunculæ meæ* fenestellas *et* portam. Nunc, *ex* his infra *me positis* hominibus, quisnam audebit lacessere me (156)? » *Confucius aiebat: *Vir* (157) qui composuit hos versus, ille *quam bene* sciebat (i. e. callebat) *veram regnandi* normam°!

Si igitur princeps possit (158) rite-administrare suum *regnum, quisnam audebit lacessere illum?

(151) H : Si, cum eis, leges moribus reformandis idoneas constituat, (C) si pœnarum severitatem intra justos fines contineat.

(152) E : I. e. Illi obsequentur.

(153) Liber Carminum, tom. *Koue foung* (1,539-12,271), Od. *Tchhi hiao* (12,918-12,917).

(154) I. e. Antequam cœlum obnubiletur ac pluvia decidat. — C: Hæc respondent præcedentibus : *dum regnum turbis vacat.* A : *Tcheou-koung* (1,187-612) loquentem inducit avem quæ tempore sereno nidum ædificat, ut se et suos pullos contra pluviæ et (H) venatorum injurias defendat.

(155) C : Hæc respondent verbis : *concinnare regimen et pœnas.* Leges enim tum civiles tum pœnales sunt optima regni tutamina.

(156) C : Hæc respondent verbis : *potens regnum reverebitur eum.*

(157) H : I. e. *Tcheou koung* (1,187-612.)

(158) C : Si princeps, dum nulla vel intra vel extra instant pericula, regnum optimis legibus et moribus præmunire sciat, ut in-

§. XXXIX. ¶ Nunc *reguli* (159) *dum* *regnum *à bellis* *vacat *et felici* otio-fruitur, assequuntur (i. e. arripiunt) illud-tempus *ut* * libidinibus-indulgeant, *ac* * in-fœdo-otio-torpeant. Illud *est* sibi-ultro accersere calamitatem * (160).

§. XL. *In* calamitate *et in* felicitate, nihil-accidit nisi *homo* ipse-sibi *accersiverit illud*. *Liber* Carminum (161) ait: « *Si princeps* assidue meditetur se-conformare mandato (i. e. sequi rectam Cœli rationem), ipse-sibi accerset multam felicitatem. » (162) Thaï kia ait: « *Quando* Cœlum (163) facit calamitates, adhuc *eas* possumus *salvi* effugere; *quando* (164) ipsi-nobis facimus calamitates, non

testinis bellis ac hostium incursioni obviam eat, quemadmodum laudata avis se adversus imminentes ventorum et pluviæ injurias defendit..

(159) H : Hujusce nostræ ætatis reguli (C) expectant regni tranquillitatem, non ut sapientibus viris, velut inexpugnabili munimento utantur, sed ut omni vitiorum generi securè indulgeant; inde regni potentia in dies dilabitur, ac princeps (E) irruentes hostes repellere non valet.

(160) C: Per *calamitatem*, et *felicitatem*, Mencius dedecus inhumanitate ac decus humanitate accersitum intelligit.

(161) Liber Carminum tom. *Ta ya*, od. *Wen wang* (3,783-,5884 *bis*).

(162) Chou king *seu* annalium Imperialium liber, cap. *Thaï kia* (1,799-6,172).

163 C : Si Cœlum tibi innocenti calamitatem immittat, *v. g.* illuvionem, incendium, fortunarum tuarum direptionem, illas clades resarcire et quodam modo effugere adhuc potes.

(164) H : Si dum vitiis indulges, in calamitatem incidas, *v. g.* Si, regno incuria tua debilitato, hostes impetum faciant. — (H) Cum igitur hujusmodi calamitates non nisi nostrâ culpâ accidant, nonne reguli qui gloriam amant ac dedecus aversantur, in sese descendere ac humanitatem exercere debent?

possumus *diutius* vivere. » Hic *locus* illud *quod modo dicebam clare* exprimit °.

§. XLI. Meng tseu ait : *Si princeps* honoret sapientes, *si* utatur *viris* peritis, *si curet ut viri* * virtute-et-ingenio-præstantes sint-in muneribus *collocati*, tunc *omnes* * imperii ° litterati (165) simul lætabuntur, et cupient stare in ejus aulâ° (166). *In* foro (167), *si tantum* (168) exigatur-pretium-pro-tabernarum-locatione, ac *merces* non taxentur-tributo; (169) *si* serventur-leges (170) *fori*, ac non exigatur-pretium-pro-tabernarum-locatione, tunc *omnes* imperii ° mercatores simul lætabuntur, et cupient deponere-merces (171) in ejus foro °.

§. XLII. *Si ad regni* portas (172) inspiciatur ac non (173) exigatur-tributum, tunc * imperii ° viatores simul

(165) C : Non solum sui sed etiam aliorum regnorum litteratos intelligit.

(166) C : Ut ipsis mandata sua executuris utatur.

(167) C : Quando mercatorum lucrum est satis magnum.

(168) H : Verbum *Tchhen* (2,560) vulgo *taberna*, seu *mercatoris-domus*, hic significat *exigere-tributum-pro-taberna*. — Hic sensus apud omnes lexicographos desideratur.

(169) C : Quando mercatorum lucrum nimis parvum est.

(170) H : *Leges* juxta quas fori præfectus justa mercium pretia constituit, ac negotiantium lites dirimit. Aliter E : sequendo *i. e.* juxta legem (*fa.* 4,917) qua quisque è decem frugum partibus unam solvit, oportet tributum exigere pro eorum terra, non vero pro eorum mercium-taberna. (6,232-115-92-41-4,917-2,680-618-1,557-8,337-9-6,232-2,680-618-2,560.)

(171) Aliter vérs. Tart. *Khôdei bade isantsire be pouyembi*, cupient venire-ut-conveniant in forum.

(172) Vid. cap. II. §, XXVIII, *not.* 116.

(173) Perperam Noël : *In portis fori.. sed ipsæ mercatorum merces tributo non taxentur.* Mencius à mercatoribus ad *viatores* sermonem

lætabuntur, et cupient iter-facere in ejus viis ¶°. *Si** aratores adjuvent (174), ac *ab eis* non (175) exigatur-vectigal, tunc *omnes* *imperii ° agricolæ simul lætabuntur, et cupient arare in ejus campis °. *Si singulæ artificum* domus (176) immunes-sint viri *tributo et* vici ° telâ, tunc *omnes* imperii ° populi (177) simul lætabuntur, et cupient esse illi (i. e. illius) populi °.

§. XLIII. *Itaque*, *si princeps* fideliter possit exequi hæc quinque °, tunc vicinorum regnorum ° populi elato-capite-prospicient eum (i. e. eum ardentissime expectabunt) *ac diligent* veluti patrem *et* matrem °. *Porro dux* impellens ejus (i. e. patris) (178) filios, *et* fratres-minores *ad*

convertens, loquitur de tributo quod pro itineris sarcinis atque obtinendæ regnum ingrediendi licentiæ causâ solvebatur. H : 3,909-9-1,100-9,658-4,086-735-600-41-7,172.

(174) Illud tributum vocabatur *Tsou* (874) *adjuvare*, quia (B) octo simul agricolæ communem commodantes operam principis campum arabant.

(175) H : I. e. Nullum vectigal ex ipsis cujusque agricolæ agris exigatur.

(176) Olim sancitum erat ut viri arte aut labore vacui (H) centum jugerum vectigal, vel servilem unius familiæ operam (*fou tching* C.), ut ii qui moros et cannabem non serebant, vectigalem unius vici (i. e. (G) viginti quinque domuum) telam (*Li pou*), in mulctam solverent. C : Porro cum mercatores et opifices istiusmodi viris annumerari nequeant, patet illos hoc tributo (ut nunc plerumque accidit) taxari non debere. C : Hic verbum *Tchhen* (2,560) non significat, ut supra, *mercium-tabernas* vel potius *tributum-exigere pro-mercium-tabernis*, sed domus quas in urbe opifices et mercatores habitabant.

(177) H : Litteratos, agricolas, mercatores et viatores intelligit.

(178) H : Verba *tseu* (filii) et *fou* (pater) vicinorum regnorum populos, et me *vel* principem ita agentem indicant. Quasi diceret

aggrediendum suum patrem *et* matrem, ex *qua* nati-sunt homines *huc-usque, nondumfuit qui potuerit rem-ex-sententia-gerere°. *Si-res-ita-sit, tunc non-habebit *ullum* adversarium in *imperio; *porro*, qui non-habet *ullum* adversarium in *imperio, Cœli (179) legatus *est*°. *Vir* qui sic *egerit* et *tamen super omne imperium* non *vere* regnaverit, nondum° extitit°.

§. XLIV. ¶ Meng tseu ait: Homines omnes habent non patiendi homines° (i. e. misericordem) animum (180). *Cum* pristini Imperatores haberent non patiendi homines° animum, statim (i. e. tunc) habebant non patiendi homines° regimen° (181). *Cum illi* (182) adhibendo non patiendi homines° animum, exercuerint non patiendi homines° regimen, regere (183) *imperium *illis facile fuit* sicut *aliquid* versare° *in-manûs-palmâ.

(C): Si vicinorum regnorum principes suos populos ad me aggrediendum impellerent, illud idem esset ac si quis filios ad patrem impetendum provocare vellet.

(179) C: Princeps cui Cœlum tyrannos in quatuor imperii partibus sævientes debellandi mandatum dedit.

(180) E: I. e. Animum quo malum aliis inferri non patimur ac propter mala ipsis illata miseratione movemur. Hunc animum omnes naturâ habemus, i. e. nascimur misericordiæ pervii.

(181) I. e. Pium benignumque regimen.

(182) Perperam Noël: *Et vero princeps qui...* Mencius non de quolibet principe, sed (C) de pristinis Imperatoribus loquitur.

(183) Perperam Noël: *Hic tam facile potest imperium regere ac si illud in manibus gereret.* E: Imperium regere illis facilius erat quam si rem quamlibet movissent in manus palma. Notandum est omnes interpretes, in hac locutione quæ sæpissime apud Mencium occurrit, loco verbi *kho* (1,120) vulgo *potest, licet,* ubique substituere verbum *yeou* (5,788) *veluti.* Sic et vers. Tart. *Gese, adali.*

§. XLV. *Exemplo confirmabo* * illud-quod dixi « homines omnes habere non patiendi homines ° animum °. » Nunc, *si quando* homines subito videant tenerum infantem, * jam-jam-lapsurum in puteum, omnes habent * pavescendi *et* * miserescendi ° animum. Non * quia *cupiunt* * nectere-amicitiam (184) cum teneri infantis ° patre *et* matre °; non * quia quærunt laudes à *suis* vici *et* pagi (185) sociis *et* amicis °; non * *quia* oderunt (186) eorum sermones (i. e. vituperia) °, sic *afficiuntur* °.

§. XLVI. Ex hoc *exemplo* videre *est* illud : *Si quis* non-habet * miserescendi ° animum (i. e. misericordiæ sensus), non *est* ¶ homo °. *Si quis* non-habet erubescendi *et* aversandi (187) ° animum, non *est* homo ° (188). *Si quis* non-habet recusandi *et* cedendi ° animum, non *est* homo °. *Si quis* non-habet recti *et* pravi ° animum (188*a*), non *est* homo °. * Miserescendi ° animus, humanitatis ° (189) principium *est* °. Erubescendi *et* aversandi ° animus,

(184) G : *Nei* i. e. *kie* (7,824) nectere; *kie kiao* nectere amicitiam.

(185) Perperam Noël : *A concivibus vicinis.* Verba *hiang* (11,251) et *tang* (13,152) locos designant. Tart. vers. *Gachan, falga i goutchou gargan de maktatchoun gaiki serengge ouaka*, vici, aut pagi ab amicis et sociis laudes τὸ obtinere-velle non est.

(186) H : Non quia timent ne immisericordiæ turpis nota sibi inuratur.

(187) H : Si eum suorum vitiorum non pudet, si aliorum pravitatem non aversatur.

(188) D : *Tsse* (10,984) est abjicere suas res, i. e. (G) seipsum, ad cedendum et obsequendum aliis hominibus; quasi diceret : Si humilitate et obsequentia *vel* urbanitate careat.

(188*a*) H : Si bonum pro bono, si malum pro malo non habeat; si virtutem à vitio ac veritatem à mendacio distinguere nesciat.

(189) H : *Humanitas* æquitatem, *ritus seu* honestatem, et pru-

æquitatis ° principium *est* °. Recusandi *et* cedendi ° animus, honestatis ° principium *est* °. Recti *et* pravi ° animus, prudentiæ ° principium *est* °.

§. XLVII. Homines ° habent hæc quatuor principia °, tanquam ipsi habent quatuor membra ° (190). Qui (191) habet hæc quatuor principia, et *tamen* se dicit non posse, *est vir* qui se-ipsum perdit °. Qui (191 *a*) ait suum principem non posse, *est vir* qui perdit suum principem °. *Si nos* omnes qui habemus *hæc* quatuor principia in nobis, sciamus simul extendere (192) ac adimplere ea °, *illud erit* sicut ignis ° incipiens flagrare (193), *ac sicut* fons ° incipiens salire (194). *Si quis princeps* vere possit adimplere illa, sufficit (i. e. potest) ad fovendum-amore quatuor marium *populos*, *si* vere non *possit* adimplere ¶ illa, non sufficit ad serviendum patri *et* matri.

dentiam, de quibus infra, complectitur. D : Hæc quatuor ex misericordiæ sensu emanant.

(190) H : Manus et pedes indicat.

(191) F : Princeps qui (A) in sese non descendit, ac se has virtutes in regni administratione adimplere i. e. rite exercere non posse ait, seipsum in vitii ac miseriæ voraginem detrudit. Noël hic de quolibet viro agi perperam arbitratus est.

(191 *a*) C : Primarius minister qui (A) principem peccantem reprehendere negligit, ac eum prædictas virtutes in praxim redigere non posse ait, eum in vitii et miseriæ barathrum impellit.

(192) C : Istæ virtutes assiduo studio excultæ in immensum crescent, ac mirabiles effectus sortientur; vir eas perfecte callens, erga omnes pius, æquus, et venerabundus, in omnibus perspicax et solers evadet.

(193) H : Nec restingui potest.

(194) H : Nec cohiberi potest.

§. XLVIII. Meng tseu (195) ait : Sagittarum homo (i. e. artifex), (196) numquid *inhumanior *est* quam loricarum homo°? *Attamen*, sagittarum homo (197) solum timet *ne* non lædat homines; *contra* loricarum homo solum timet (198) *ne* lædat homines. Maga (199) *et* *feretrorum-opifex etiam sic (200). Itaque *quælibet* ars *vel* exercitatio non potest non perpendi-attente° (201). *Confucius aie-

(195) A : Quamvis Cœlum omnibus hominibus eadem virtutis principia, eosdem humanitatis sensus infuderit, tamen studia et artes quibus vacant, illos, modo ad bonum, modo ad malum, impellunt.

(196) Perperam Noël : *Numquid æque naturale habet humanitatis principium ac thoracum artifex?* Docti interpretis error ex negatione *po* (9) non animadversa ortus est. C : Si humanitatis sensus utrique à natura infusos spectemus, nonne sunt similes? E, sublata interrogatione, hunc locum in clara luce collocat : Sagittarum artificis natura non est inhumanior quam loricarum artificis natura; sed sua eum ars talem efficit.

(197) E : Quando sagittas conficit (H), timet ne non satis acuta cuspis sit.

(198) H : Timet ne non satis duri thoraces sint, ac proinde hostili gladio pervii fiant. Ne lædat, i. e. ne acceptorum vulnerum causa sit. Perperam Noël : *timet ut possint lædi suis thoracibus.*

(199) H : Saga quæ nascentibus felicitatem precatur.

(200) H : Ille opifex qui, ut plura conficiat feretra hominum morbos ac mortem expectat, illâ quidem magâ hominum ortum unicè spectante inhumaniùs se gerit; attamen innato humanitatis sensu ab eâ nullo modo differt.

(201) H : I. e. Debes, maximâ attentione adhibita, eam artem seu illud studium eligere (C) quod tuæ humanitatis exercitationi favet; contra, illud abjicere quod illam lædit. Enimvero si humanitati animum applices, humanus eris; si autem inhumanitati, inhumanus.

bat : « *In pago* (202), humanitas æstimatur pulchra. *Si quis* (203) eligens non habitet in humanitate, quomodo obtinebit prudentis *viri nomen?* » *Hæc Confucius.* º Humanitas *est* Cœli º honorabilis dignitas (204) º, *ac* hominis º tranquilla sedes º (205).

§. XLIX. *Porro si quis* (206), *licet* nemo eum impedire *possit*, tamen non *sit* humanus, illud *est* non *esse* prudens º. *Qui* non *est* humanus nec prudens (207) *et* caret honestate, *et* caret æquitate, hominum servus *est* º (208). *Si ille* hominum servus º erubescat esse servus, *est*

(202) Perperam Noël : *Vicum in quo floret pietas, nemo est, qui non æstimet. Mei* (8,86) pulchrum, non ad *vicum* sed ad *humanitatem* referendum est. Tart. vers. *Folga de gosinga be sain oboulehabi*, in vico *semper* humanus (vir) *vel* humanitas æstimatur. F : Quando in vico (1-11,372-26) (C) existunt humani mores, re in eo habitare adhuc pulchrum habetur.

(203) Quando igitur homo quærit (A) in quo habitet, i. e. artem seu studium cui per totam vitam animum applicet, si illud non eligit quod suæ humanitatis exercitationi favet..

(204) C : Quasi diceret : Humanitas est honorabilis dignitas quam Cœlum nobis contulit. E : Mencius illam vocat *honorabilem* quia inter decies rerum millia, nulla est quæ eam temerare ac vilem efficere (10,487) possit.

(205) C : Quasi diceret : Tranquilla sedes quam homines per se habent (nascuntur enim humanitate præditi). Illam autem sedem (*ibid.*) *tranquillam* vocat, quia homo qui humanitatem rite fovet, ac in dies adauget, nulla re turbari aut concuti potest.

(206) E : Cum illud à liberâ meâ electione pendeat, quisnam impedire potest quominus sim humanus ?

(207) C : Qui non est prudens, nescit in quo ritus et æquitas consistant.

(208) C : Qui his quatuor virtutibus destitutus est, non habet virtutem (2,719, *la vertu*) sufficientem ad subigendum homines, ac viri qui virtute et viribus pollent eum facillime subigere poterunt.

tanquam arcuum homo ° *qui* erubesceret facere arcus, *vel* sagittarum homo ° *qui* erubesceret facere sagittas °. ¶ Si *vere* erubescat illâ *servitute* (209), nihil *efficax* sicut exercere humanitatem (210). Qui *vult esse* humanus, *est* sicut jaculator (211). * Jaculator *primum* rectum-facit se-ipsum et deinde emittit *sagittam*. *Si* emittens *sagittam* ° non feriat-destinata (212), non *debet* succensere, *eis* qui

(209) H : A servitutis dedecore per totam vitam non minus se eximere poterit, quam arcuum et sagittarum artifices, si eos suæ artis puderet.

(210) Quemadmodum oportet prædictos artifices nobiliorem artem amplecti, si quid dedecoris suæ arti inhærere arbitrantur, ita ille si à sua servitute (*vid.* n. 208) eximi cupit, resipiscat ac humanitatem amplectatur necesse est.

(211) Perperam Noël : *Pietatis exercitatio in te est, sicut in jaculatore et penes jaculatorem jaculatio.* Mencius humanum virum et jaculatorem comparans non simplicem humanitatis actum vel sagittæ emissionem, sed scopi ab utroque collimati percussionem spectat. Itaque humanus vir et jaculator in eo similes sunt quod si *ille* perfectam humanitatem calleat vel non, id ex suo, non ex aliorum corde oritur ; *hic*, si petita percutiat vel non, dexteritatem suam aut errorem sibi non aliis imputare debet.

(212) H : Agnoscit se à scopo aberrasse quia nec cor suum maxime perfectum, nec corpus suum maxime rectum erat. *Vid. not.* 211 sub finem. C : Ut jaculator, antequam jaculetur, se rectum facit, sic vir qui humanitatem sectatur, primum maxima cura perpendit studium cui vacare cupit, ac, electione facta, in humanitate pedem defigit. Ubi humanitatem elegit, toto animo, omnibus viribus ejus perfectionem assequi contendit. Inde colligit Mencius : Si (C) perfecti humanitatis actus ex te ipso, quemadmodum scopi percussio ex jaculatore, pendent, in te descendere debes, ac cor à vitiis mundare, ut tandem ad summum ejus culmen assurgas ; perinde ac jacu-

vicerunt ipsum; *solummodo* secum-reputans quærit in seipso et nihil-amplius *.

§. L. Meng tseu ait : Tseu lou (213), *si* homines monerent eum, de *eo quod* haberet culpam, tunc lætabatur. *Imperator* Iu *si* audiret bonum (214) verbum, tunc *demisso capite loquentem* salutabat. Magnus *Imperator* Chun habebat *aliquid magis* magnum (i. e. majus) * (215)! Virtutem cum *omnibus* hominibus (216) communem-faciebat (i. e. omnium communem esse existimabat) (217). Abjiciens se-ipsum (218) sequebatur (i. e. imitabatur) *alios* homines. Gaudebat sumere *virtutis exemplum* ab *aliis* hominibus, ut exerceret virtutem.

lator, intra, animum suum magis perficere, extra, corpus suum magis rectum tenere singulis diebus studet ut tandem victoriam referat.

Nota. Veteres Sinæ scopi percussionem aut non-percussionem internæ virtutis perfectioni aut imperfectioni assignabant. Ideo ut de alicujus virtute vel pravitate certiores fierent eum jaculo scopum petere jubebant. Vid. *Gaubil* Chou king, p. 37, l. 12.

(213) A : Confucii discipulus.

(214) H : Illi, tanquam pro accepto beneficio gratias, agebat. *Bonum verbum* i. e. (H) verbum sibi ac suo regno utile.

(215) H : *Chun* discipulum *Tseu lou* et Imperatorem *Iu* longe superavit.

(216) B : Omnium imperii virorum virtutem pro bono omnium communi habens, non spectabat utrum virtus in se vel in aliis resideret. Ita ut si plebeio homini virtute præstaret, libenter illi exemplum præbebat; si vero illi inferior esset, ab illo exemplum sumere gestiebat.

(217) H : Si summam virtutem nondum attigisset.

(218) H : I. e. Neutiquam in suâ agendi ratione, si minus perfecta esset, pertinaciter se obfirmabat.

§. LI. Ex *quo* * agros-coluit (219), *vel* figulinam-artem-exercuit (220), *vel* piscationi-vacavit (221), * usquedum esset imperator (222), non-fuit *ullum temporis punctum*, *in quo* (223), *data occasione*, *exemplum* non assumpserit ab hominibus °. Assumere ab hominibus ad exercendam virtutem, *illud* est (223 *a*) dando hominibus exercere virtutem °°. Itaque, *inter* * sapientis (224) *perfectiones*, nihil *est magis* magnum (i. e. majus) ¶ quam dando hominibus exercere virtutem.

§. LII. Meng tseu ait : Pe i, *si princeps* (225) non *esset* ejus princeps, non serviebat *ei*; *si amicus* (226) non *esset*

(219) H : Cum privatus vir esset, agros coluit in campis *Li chan* (4,667-2,275).

(220) H : Figulinam artem exercuit in oppido *Ho pin* (4,896-4,311).

(221) Perperam Noël : *In lacu Lu y tse*. H : Piscationi vacavit in lacu *Loui tse* (11,954-5,268).

(222) H : Quando in potestatem imperatoris *Yao* successit.

(223) Si quid perfectius in aliis animadverteret.

(223*a*) Perperam Noël : *Communem cum omnibus hominibus virtutem exercere*. Hic *iu* (8,702) non significat *cum*, *simul*, sed *dare*, *concedere* (G. 9,977). C : Qui virtutis exemplum ab alio desumit, eum ad majorem profectum incitat ac proinde aliquid illi *dare* (*iu*) censetur. Verbum *iu* per *adjuvare* (874) etiam interpretari licet. Assentiunt B, H et vers. Tart. H : Quando aliorum virtutem in nobis exprimendam excerpimus, illud eos magis ac magis ad virtutem stimulat ac proinde *adjuvat*.

(224) H : Tacite innuit Imperatorem *Chun* (8,727).

(225) C : Eligebat principem virtute et ingenio præditum, et deinde serviebat ei. Vide *supra* not. 116-117.

(226) C : Eligebat probum amicum, et deinde amicitiam illius inibat. Si vir is non esset cujus ad amicitiam, illæsa honestate, se adjungere posset, ita ut eum *suum amicum* dicere *non* posset (*fei khi yeou*)... Vid. *supra* not. 116-117.

ejus amicus, *cum eo* non nectebat-amicitiam. Non stabat in improborum hominum° aula (*vel* regno), non *volebat* cum improbis hominibus (227) loqui. *Si quando* staret in improbi hominis ° aula, *si* cum improbis hominibus loqueretur, *illud ægre ferebat* quasi, cum aulica veste *ac* aulico pileo, sedisset in luto *aut in* carbonario-loco. *Si* altius-investigemus *ejus* aversandi malum ° animum (i. e, animum quo aversabatur malum), *multo magis stupebimus*. *Quando* cum *hominibus* rusticis (i. e. inurbanis) versabatur (228), *si* eorum pileus non *esset* rectus (229), ** obverso-vultu deserebat illos, quasi (230) existimasset *illos ipsum* * inquinaturos-fore °. * Idcirco, * reguli (231) quamvis essent qui, bonos-facientes suos * sermones°, venirent°, non accipiebat *eorum invitationem*°. *Porro si* non accipiebat°°, *illud* erat etiam *quia* non æstimabat-purum (i. e. suæ puritatis esse) adire *illos* ° (232).

(227) A: Regni sui homines intelligit.

(228) H: I. e. Cum homine qui non esset improbus, sed tantum rusticus, i. e. parum comis.

(229) H: Quod quidem est levissima rituum et urbanitatis infractio.

(230) Verbum *Sse* (2,783), *cogitabat*, non ad *li* (*stare*), sed ad *meï* (690, seu 4,997) (*inquinare*), referendum est. Assentit vers. Tart.

(231) Perperam Noël: *Licet verbis sat honestis, minori tamen cum honore, ipsum ad se invitasset.* C: Quamvis reguli, verbis honestis ac ne vel minimum urbanitatem lædentibus, eum invitassent, eos adire recusabat (non quia *minori cum honore aliqui eum invitaverant*, sed) quia omnes hujus temporis regulos indiscriminatim odio habebat ac suo eos servitio indignos judicat.

(232) Porro, eorum invitationi non obsequebatur, quia (C) timebat ne, eos adeundo, illabatam mentis suæ puritatem temeraret.

§. LIII. Lieou hia hoeï (233) non erubescebat *servire* nefario principi, non vilem-æstimabat exiguum magistratum. *Si* promoveretur, non occultabat (234) *suam* sapientiam, *sed* certe *constanter* sequebatur suam recte-agendi-normam. *Si* abjiceretur *ac* sine-munere-esset, tamen non succensebat *aliis; si* in-angustias-redactus *ac* miseriâ-exhaustus *esset*, tamen non dolebat. Itaque dicebat: Tu causâ tuî (*vel* facis tuum), ego ¶ causâ meî (235) (*vel* facio meum). Quamvis *brachiis-nudus *ac* *corpore-detecto *sedeas* ad meum latus, tu quomodo posses inquinare me °? Itaque ** vultu-læto-et-sereno cum illis (i. e. cum omnibus) simul-habitabat, et non se-ipsum perdebat (236)°. *Si quis* manu-traheret ac retineret illum, tunc sistebat. *Porro si* (237), *quando quis* manu-

(233) A: *Lieou hia hoei* regni *Lou* (12,787) primarius præfectus, viam omnino diversam tenuit. D: Ejus nomen erat *Tchen* (2,154), ejus cognomen, *Hoe* (5,860), ejus nomen-honorificum (2,065), *Khin* (7,112).

(234) Perperam Noël: *In magistratu constitutus, sapientes viros, ut ad dignitates promoverentur, omnis invidiæ expers non occultabat.* H: Si, ad dignitatem evectus, serviret indigno principi, si exiguum munus obiret, non occultabat suam sapientiam, i. e. (C, E, F, H,) non occultabat optimas sui animi dotes. Porro, (D) ille minister *occultat suam sapientiam* qui, ut improbo regulo assentiatur, se ipsum turpi avaritiæ nota afficit, quando abstinentiæ exemplum dare debet; vel qui in ignavia pedem defigit, ubi fortitudine opus est.

(235) Tart. vers. *Si, sini dchalin, pi, mini dchalin*, tu tui causâ, ego mei causâ; *v. g.* Si humanitatem et æquitatem lædas, crimen in te, non in me, recidet, et *vice versa* (H).

(236) H: Suam animi rectitudinem non amittebat, *i. e.* non temerabat.

(237) A: Quando discedere cupiebat.

trahebat ac retinebat illum°, sistebat°, *illud* erat etiam *quia* non æstimabat-purum *esse* discedere (238)°.

§. LIV. Meng tseu ait : Pe i *erat strictus et* angustus, Lieou hia hoeï *erat erga se* *irreverens (i. e. non servabat decorum) (239). *Porro hunc* strictiorem-*agendi-modum* et *illam erga se* *irreverentiam *sapiens non sequitur (i. e. fugit, a se depellit).

(238) E : Quia puritatem suam in τῷ *non abire* collocabat, ac timebat ne discedendo illam inquinaret. Aliter C et forsan rectius : Quia puritatem suam in τῷ *abire* non ponebat. *Ibid.* Puritas non consistit in hoc (*abire*). Cum ipse (*aiebat Lieou h. h.*) habeam intemeratam puritatem, mihi opus non est hoc uno (tam levis momenti) discessu ut illam clare ostendam (10,186-5,227-9-1,552-3,909-1,177-8,663-4,028-6,628-5,227-8,292-9-2,728-1-1,084-115-3,890-5,227).

(239) In vitium ducit culpæ fuga, omnis autem virtus, æmulatione digna, (F) in medio sita est. C : Equidem viri *Pe i* puritas erat maxima, sed cum, timendo semper ne alii ipsum inquinarent, omnes homines (H) inurbane tractaret, nonne strictior erat, nonne in grave vitium incidebat? *Lieou hia hoeï* qui nullum inveniebat hominem quocum societatem et amicitiam nectere non posset, erat quidem maxime commodus et concordiæ-amans (1,210), sed nonne persæpe animi dignitatem et decorum servare obliviscebatur?

MENG TSEU.

VENUM DATUR,

PARISIIS,	In Officina lithographica Comitis DE LASTEYRIE, *rue Saint-Marc*, N.° 8, *passage du Panorama*; Apud DONDEY-DUPRÉ patrem et filium, Societatis Asiaticæ typographo-bibliopolas, *rue Saint-Louis*, N.° 46, *au Marais*.
STUGARDIÆ, et TUBINGÆ,	Apud COTTA.
LONDINI,	Apud SOWERBY, N.° 33, *King street*.

Ex Typis MIGNERET, *rue du Dragon*, N.° 20.

MENG TSEU

VEL

MENCIUM

INTER SINENSES PHILOSOPHOS,

INGENIO, DOCTRINA, NOMINISQUE CLARITATE

CONFUCIO PROXIMUM,

EDIDIT, LATINA INTERPRETATIONE, AD INTERPRETATIONEM TARTARICAM UTRAMQUE RECENSITA, INSTRUXIT, ET PERPETUO COMMENTARIO, E SINICIS DEPROMPTO, ILLUSTRAVIT

STANISLAUS JULIEN.

SOCIETATIS ASIATICÆ ET COMITIS DE LASTEYRIE IMPENSIS.

PARTIS PRIORIS CONTINUATIO.

LUTETIÆ PARISIORUM.

M DCCCXXVI.

MENCII

LIBER PRIMUS.

CAPUT IV.

Tractatus Koung sun tchheou pars posterior.

§. I. MENG TSEU ait : cœli tempus (1) non *est* sicut terræ (2) lucrum ; terræ lucrum non *est* sicut hominum (3) concordia.

NOTA. Littera I indicat editionem cui titulus *sse-chou-thoung-jan-kiai* (1,511-4,019-1,140-5,466-9,914) in bibliotheca regia parisiensi sub n.° 156-7 (*catal. de Fourmont*) asservatam ; littera J editionem *kiang-i-pi-tchi* (10,205-2,958-390-3,866). Prior duplici commentario, breviori altero, altero fusiori ; posterior triplici commentario, ejusdem fere generis, instructa est. Ex utraque editione, multa lux ac notæ optimæ operi meo accedent.

(1) Tempus pugnæ committendæ opportunum prognosticis e cœlo ductis indicatum. E : Antiqui priusquam certamen committerent, sacram Testudinem interrogabant, solis et lunæ motus supputabant, eorum obitum et ortum speculabantur, nubes ventos et sidera observabant ut felicem vel infelicem pugnæ exitum prænoscerent.

(2) H : Intelligit loci opportunitatem, *sc.*, valida altaque mœnia, profundas fossas, etc.

(3) H : Quando milites, principi suo arctissime devincti, unanimi consensu atque virtute decertant.

En (4) trium stadiorum ° mœnia-interiora (5) *et* septem stadiorum ° mœnia-exteriora. *Hostes* cingunt et obsident illa, * nec-tamen vincunt. *Ut* ° cingerent ¶ et obsiderent illa, certe (6) contigit *illos* obtinuisse cœli tempus °°; ** cum-tamen-non * vicerint, *illud* est *quod* cœli tempus non *est* sicut terræ lucrum °.

Mœnia-interiora (7) non *sunt* non alta °; fossæ non *sunt* non profundæ °; arma *et* loricæ non *sunt* non duræ *et* acuta °; * oriza (8) non *est* non multa °. *Si* deserant et abeant-ex illis (9), *illud* est *quod* terræ lucrum non *est* sicut hominum concordia °.

(4) Sententiam suam exemplis confirmat. In primo loco, fingit urbeculam quam hostes, opportunam licet obsidionis occasionem nacti, capere nequeunt, quia nempe potitur *terræ lucro*, i. e. validissimis munimentis instructa est. In secundo, fingit urbem quæ, licet firmissimis vallis circumsepta, omnibusque commeatibus abundans, ab exigua hostium manu oppugnatur, quia *sc.* milites eam tuentes, ardenti in principem amore, ac unanimi concordia omnino carent.

(5) H : Indicat urbem valde exiguam.

(6) Ad verbum : certe fuit τὸ obtinuisse cœli tempus °. Sic et τὸ non vincere.. Hic utrumque τὸ utramque litteram *tche* (8,184) repræsentat.

(7) Fingit alteram urbem, sed munitissimam, cujus mœnia sunt altissima, etc.–Non *sunt* non profundæ, i. e. sunt profundæ, profundissimæ, etc. Verbum *duræ* ad *loricas*, et verbum *acuta* ad *arma*, referendum esse liquet.

(8) H : Oriza nudata cortice dicitur *mi* (7,655), cortice involuta dicitur *so* (7,677).

(9) H : Vox *illis*, indicat *mœnia* et *fossas*. Subaudi : tunc illa urbs licet munitissima procul dubio capietur. — *Illud* est *quod*, i. e. hinc patet hominum concordiam (ad tuendam urbem) loci opportunitati multo præstare.

§ II. Itaque dicitur : « τὸ continere-intra-limites (10) populum non in *confiniorum° terminis ; τὸ firmare regnum non in montium ac fossarum-aqualium° obstaculis ; τὸ conterrere (11) *imperium non in armorum et loricarum° lucro (12) consistit. Qui nactus-est normam (13), multum (14) adjuvatur ; qui amisit normam, parum (15) adjuvatur. *Principis* parum adjuti° τὸ pervenire, *tale est :* consanguinei *et* affines deficiunt-ab eo ; *principis* multum adjuti° τὸ pervenire, *tale est :* *imperium paret ei. »

Si *princeps* cui *imperium° paret aggrediatur *principem a* quo consanguinei *et* affines° defecerunt (16). Itaque

(10) H : Regni enim limitibus populorum corpora tantum, non continere et coercere potes. Ibid. *kiaï* (6,197), termini qui regnum a vicino regno dirimunt.

(11) Sic E. J : i. e. sibi subjicere omnes imperii regulos.

(12) I. e. Valido apparatu. Sic versio Tartarica cui assentit I. Verbum *li* (7,75) eodem sensu hic accipitur ac supra. Vid. not. 2. Aliter E : in armorum acie (*li*) et loricarum *duritia*.— Sed quomodo fit ut verbum *li* (acutus, acies), ad gladios, lanceas (*ping*) simul et ad loricas (*ke*) referatur. Novissimus hic sensus admitti nequit nisi dicas verbum *kien* (durus, durities) subaudiri, vel a pristinis editoribus fuisse omissum. Fatebor tamen mihi ægre esse quod absit verbum *kien* (durus) ; hic enim locus superioribus verbis *ping ko fei pou kien li* quodam modo respondere videtur. Abs re non erit monere versionem Tartaricam priorem interpretationi E concinere.

(13) H : *Tao*, normam, *sc.* humanitatem et æquitatem.

(14) H : Populorum multitudo illi corde sese subjicit.

(15) Princeps immitis qui paucos vel potius nullos, e populo suo, adjutores habet eo devenit ut, etc. Sic interprett. Semper accidit ut imperium principi humano, ac proinde a multis adjuto, se subjicere statim cupiat.

(16) C : Adde : quisnam illi resistere sustinebit ? — Enimvero ea

*sapiens (17) habet (18) τὸ non pugnare; *si* ¶ pugnet, certe vincit°.

§. III. *Cum* Meng tseu *jam-jam-iturus-esset-ad-aulam-ut-inviseret (19) regem, rex misit homines *qui* venientes dixerunt: *Ego* exiguæ *virtutis* vir (20) cupiebam ire *te* invisum°°, *sed* * expertus-frigus ægrotavi, *ac* non potui ut me-objicerem-vento. *Cras*, *primo* mane (21), *visurus-sum aulam; *nescio *an* poteris efficere *ut ego* exiguæ *virtutis* vir obtineam *te* videre°?

Meng tseu respondens ait: *Infeliciter° *etiam* *ægroto; non possum ire-ad aulam.

solum mente venit ut populum, sævissima sub tyrannide gementem, liberet, ac, velut natos suos, humani regiminis beneficio consoletur.

(17) H: Indicat pristinos imperatores qui super imperium regnarunt. Mallem dicere cum C, I, J: indicat sapientem principem, veræ regnandi normæ tenacem de quo supra.

(18) A: I. e. Non pugnat. E, J: magni facit, honori habet (10,435) τὸ non pugnare. E, alibi: principis sapientis est non pugnare. I: Quid enim certaminibus opus est cui imperium ultro obsequitur?

(19) C: Cum Mencius in regno *Thsi* degeret tanquam hospes et sapientiæ magister, non vero sicut minister qui munus obit ac annuo stipendio alitur, poterat quidem regulum pro libitu invisere, regulo autem eum ad se accire non licebat. Cuiquidem morbum consulto causanti ut eum advocet, Mencius simili excusatione inurbanam invitationem eludit.

(20) C: Alii explicant *jou* per *quang* (2,678) *ire*, alii per *jo* (8,873), *comme*, sed præstat in ejus locum substituere verbum *yo* (4,606) *cupere*. Sic et A, B, F, I, J.

(21) H, et Tart. versio: exibo ad aulam, *proceres meos excepturus*. Aliter E: *chi tchhao* est videre Mencium venientem ad aulam.

* Postero-die (22), exivit parentaturus ad *quemdam* Toung kouo familiæ *virum*. Koung sun tchheou (23) ait: * Heri attulisti-excusationem ex morbo; *cum* hodierno die *eas* parentaturus, * fortassis *illud* non licet °.

M. t. ait: * Heri (24) ægrotabam, hodierno die, melius-habeo; ** qua-de-causa non *irem* parentaturus?

§. IV. Rex (25) misit homines interrogaturos-de morbo *ejus*, *ac pariter jussit* medicum venire.

Meng tchoung tseu respondens ait: * Heri (26) habuit regis (27) mandatum; *sed cum* haberet (28) ¶ colligendi ramusculos ° ægritudinem, non potuit ire-ad aulam. Hodie *cum* morbus paulo melius-habeat, properavit ire ad-aulam; *at vero* ego * nescio *an* potuerit *jam* pervenire *illuc*, nec-ne °.

Statim (29) misit plures homines *qui*, sistentes (30)

(22) C: Die sequenti exiit primario cuidam regni *Thsi* ministro parentaturus, ut rex, eum revera morbo non affici comperiens, suam inurbanitatem agnosceret.

(23) H: Magistri sui mentem non noverat.

(24) C: Mencius suæ agendi rationis causam nondum vult illi aperire.

(25) H: Rex ignorabat Mencium morbo carere.—In textu subrepsit menda. Legendum est *wén* (1,300) *interrogare*, non vero *wén* (8,370) *audire*.

(26) H: Cum Meng tchoung tseu, Mencii frater ac ejus discipulus (C) nesciret eum exiisse ut parentaretur, confingit absentiæ causam qualem optabant nuntii; ut illis satisfaciat.

(27) J: Jussum quo eum rex ad aulam accersiverat.

(28) H et alii: ægritudinem qua quis affectus vel aridos ramusculos colligere nequit, i. e. (E) leviusculam ægritudinem (2,203-6,307).

(29) H: Nuntiis sic dimissis, discipulus timens ne falsi argueretur, misit...

(30) B: *Yao* i. e. *thsin* (2,200) quærere; H: i. e. obviam ire et

Mencium in via, dicerent : Quæso, certe ne redeas, sed eas ad aulam.

§. V. *Meng tseu* non potuit abstinere, et transiens-in *domum viri ex* (31) King tchheou familia, *ibi* pernoctatus-est° (32).

King tseu ait : (33) intus, tunc *sunt* pater *et* filius ; foris, tunc *sunt* princeps *et* minister ; *hi sunt* hominis° (34) magni ordines°. *Inter* patrem *et* filium, præcipuo-loco-habetur (35) beneficium ; *inter* principem *et* ministrum, præcipuo-loco-habetur (36) reverentia. *Ego* Tchheou vidi *quidem sæpius* regem° observantia-colentem te° ; *sed* non (37) vidi *qua-in-re observantia-coleres regem°.

monere eum. Præstat F : *thse-tsie* (3,561-3,193) iter alicui præcludere, aliquem in via sistere. Assentit vers. Tartarica. Confer infra *text.* p. 111, *lin.* 4., *yao khi yeou tsieou,* et not. ibid.

(31) G : *King tchheou* regni *Thsi* primarius præfectus.

(32) C, J. Mencius sperabat fore ut rex audiret ipsum ivisse parentatum, tandemque se, læsa urbanitate, sapientem accersivisse agnosceret. At timens ne rex, ex inconsulto discipuli sui responso, ipsum revera ægrum fuisse putaret, quasi (E) necessitate coactus adiit primarium regni *Thsi* (G) ministrum, ut illi mentem suam aperiret postea ad regem procul dubio referendam.

(33) A : *King tseu* Mencii mentem nondum intelligens, eum vituperat. I : *intus* i. e. in paterna domo ; *foris*, i. e. in regio palatio, vel extra regnum.

(34) H : Hæc duo inter quinque humanæ societatis ordines (310), quod vide) primum locum obtinent.

(35) J : Humanitatem innuit, i. e. amorem quo pater filium, filiusque patrem diligit.

(36) I : Si princeps subditum observat, subditus multo majori adhuc observantia et honore principem colere debet.

(37) H : Tacite innuit eum nuper regis invitationi non paruisse.

M. t. ait : Proh ! illud quomodo loqui *audes*°? *Inter* Thsi *regni* homines nullus-est qui de humanitate *et* justitia cum rege loquatur. Numquid (38) *ideo* * existimant humanitatem *et* æquitatem *esse* non pulchras° ? Ipsi mente aiunt : Iste *princeps* numquid sufficit *ut* cum *eo* loquamur-de humanitate *et* justitia°? *Cum* (39) loquantur sic, tunc * despectus nullus *est* magnus præ hoc.

Ego, sine (40) *Imperatorum* Yao *et* Chun ° norma non audeo, ut loquar in ¶regis ante. Itaque, *inter regni* Thsi homines, nemo sicut ego reverentia-colit regem°.

§. VI. King tseu ait : Neutiquam. Non (41) illud° dico°. *Liber* Rituum ait : *Quando* pater advocat, ne *dicas* (42)

(38) Perperam Noël : *annon revera pietatem et æquitatem flocci faciunt ?* A : non quod humanitatem et æquitatem pulchras et studio dignissimas esse nesciant; (H) eos enim nequaquam fallit illas virtutes multo majoris momenti et pretii esse quam lucrum et bellica facinora; sed ita loquuntur, (B) quia suum principem mentis valde abjectæ et obtusæ esse existimant.

(39) Sic E. Nonnulli interpretes verba *yun eul* ab aliis disjungunt, hoc modo : loquuntur sic !! Verba *yun eul* vulgo sunt particulæ mere finales; eas sic accipere licet. — *Despectus...* i. e. Nihil hoc sermone irreverentius esse aut excogitari potest.

(40) *Sine*, i. e. Numquam cum rege loquor quin in exemplum afferam humanitatem et æquitatem quæ in imperatoribus *Yao* et *Chun* elucebant, ut tandem illos præstantissimos viros imitari conetur. *In regis ante.*, i. e. coram rege, *en présence du roi.*

(41) E : Non dico te cum rege de sublimi norma imperatorum *Yao* et *Chun* non loqui; tantummodo assero subditi officium esse regem suum in aula invisere. H : *King tseu* immerito et inepte hospitem subditi ritibus subjicere vult. Mencius enim, ut vidimus supra, in regno Thsi degens tanquam hospes et sapientiæ magister, regem subditi instar invisere non tenebatur.

annuo. *Quando* principis mandatum advocat, ne expectes currum. »

Tu firmiter * cupiebas-invisere-regem °; *sed cum* audito regis mandato°, statim non revera (43) *iveris*, oportet (44) *et* cum hoc *libri* Rituum *loco* tanquam non simul concordare°.

M. t. ait : Quomodo dicis (45) illud °? *Olim* Tseng tseu aiebat : *Regnorum* Tsin (46) *et* Thsou ° opulentia non potest attingi °. Illi *principes* habent (47) suam opulentiam; ego habeo meam humanitatem; illi habent suam dignitatem; ego habeo meam æquitatem. Ego qua-re indigeo °°! » *Porro,* hæc *verba,* numquid, *si* non *fuissent* consentanea æquitati °, Tseng tseu (48) dixisset °?. *In* eis (49)

(42) H : non expectandum est donec respondeas, sed vocantem cito gressu adire debes.

(43) Vide supra not. 19.

(44) Ut nos gallice : *il faut bien que cela soit ainsi.* Sic B. C : inde necessario sequitur tuam agendi rationem huic libri Rituum præcepto non esse consentaneam. – In textu, dele circulum qui post litteram *li* (*ritus*) temere appositus est.

(45) Quomodo ais me, regi vocanti non parendo, huic libri Rituum loco refragatum esse. C : sic egi quia nemini, ne regi quidem, me accersere licebat. Ita E, F, H, I, J.—Perperam Noël : *sed hoc cum hoc quod dico quid ?*

(46) E : Meng tseu regni *Thsi* principem cum regnorum *Tsin* et *Thsou* principibus, se vero cum doctore *Tseng tseu* confert. Si *Tseng tseu*, ait M., istis se potentissimis principibus majorem existimabat, quonam jure ego ejus æmulus, ab exiguo regni *Thsi* principe sic despicerer ac vilipenderer.

(47) Sic E et vers. Tartarica. C, H, J : suas divitias ponunt in regni sui opulentia, ego meas in mea humanitate; suos honores et suam gloriam in sua dignitate, ego meam in mea æquitate...

(48) I. e. Numquid *Tseng tseu* hæc verba protulisset si...

(49) J : Vox *iis*, indicat quatuor phrases *illi habent*, *ego habeo*, etc.

est forte una *eximia* doctrina°. *In* * imperio, *res* sunt *quæ* universim honorantur tres : dignitas, una (50); anni, una; virtus, una. *In* * palatio, nihil *est* sicut (51) dignitas; *in* pago (52) *et* viculo, nihil *est* sicut anni; *ad* juvandam (53) generationem, *atque ad* magnum-efficiendum populum, nihil *est* sicut virtus. Quomodo potest *vir* habens (54) earum *trium rerum* unam, ut ¶ parvipendat *virum qui habet* earum *trium rerum* duas°!

§. VII. Idcirco, *olim* * habiturus (55) *aliquid* magni

F : *i tao* est doctrina angustis sæculi consiliis longe excelsior. I : In sequentibus sex phrasibus lucide exponit quænam sit illa doctrina, ac in quo sita sit. H : verbum *tao* præcipue spectat seqq. *juvare generationem.*

(50) Verbum *i* una, ter repetitum, idem est ac 1°, 2°, 3°.—Anni, *i. e.* senectus.

(51) I. e. Dignitas ibi primo loco habetur.

(52) D : *Hiang* est locus quem 2,500 familiæ, *tang* vero quem 500 familiæ incolunt. Perperam Noël : *in civium et familiarium consortio.*

(53) C : *Juvare*, i. e. regere, recte adminstrare; *magnum-facere*, i. e. emendare populorum mores, animosque in errorem sublapsos ad perfectam virtutem adducere.

(54) Sic C multique interpret. quibus concinit versio Tartarica. H : Numquid regni *Thsi* principi, qui tantum dignitate sua excellit, me, annis simul et virtute conspicuum, parvi facere fas est?—Alludit ad invitationem de qua supra. Aliter I : *yeou* (4,028) i. e. *hie* (3,369) *s'appuyer sur, se prévaloir de:* quomodo posset niti, vel gloriari earum una, ita ut etc.

(55) Secutus sum E qui in paraphrasi scribit *Tsiang yeou ta* Quando antiquitatis principes magni aliquid moliri cupiebant... — Aliter E in glossa : antiquitatis magni sancti (*ta ching*, 8,360) magni sapientes (*ta hien*, 10,484) principes, etc.; quasi vox (*ta*) idem sonaret ac sanctus vel sapiens. Sed prior mihi sensus magis placet.

quod faceret° princeps, certe habebat *selectos* quos non accersebat° subditos. *Si* cuperet habere *eorum* consilia°, tunc *ipse* adibat illos. *Si* ipse honorasset virtutem, *et* lætatus-esset doctrina non sicut illud (56), non suffecisset *ut* cum *illis sapientibus* haberet (57) *quod* faceret°.

§. VIII. Itaque *Tchhing* thang° *primum* a *doctore* I yun (58) præcepta-accepit°, et deinde ministrum-fecit illum. Ideo non laboravit et (59) regnavit. Houan koung°, *primum* a *doctore* Kouan tchoung præcepta-accepit°, et deinde ministrum-fecit illum. Ideo non laboravit et regulorum-dux-evasit.

Nunc, *imperii terra *est* (60) similis, virtus *est* æqualis, *ac proinde* nemo potest *alios* invicem superare (61):

(56) I. e. Si, illorum virtutem, etc., eo modo (i. e. eos adeundo) non honorasset... Ad verbum: si τὸ ejus honorare virtutem... non *fuisset* ita. Perperam Noël hunc novissimum locum de quovis principe intelligit. Mencius de eodem principe, ac supra, loquitur. Vid. not. 52.

(57) Sic E. — Melius ad verbum: ut haberet τὸ facere *aliquid magni.*—*Tso i* (10,623-115) *être capable de.* Verba *cum illis*, referuntur ad verbum *faceret*, non vero ad verbum *haberet*.

(58) *Sc.* de optima imperandi arte.

(59) I. e. Facillime imperator evasit.

(60) J: Cujusque reguli territorium mille *li* in circuitu complectitur. B: cum varii reguli, potentia et bellica virtute æquales sint, inter eos nemo est qui ut *Tchhing thang* (3,176-5,124) optimæ monarchiæ fundamenta jacere, vel ut *Houan koung*, ad veri Archontis dignitatem pervenire omnesque imperii regulos sua subditione colligere et tenere valeat. — H: *virtus*, i. e. Bellica virtus, bellica facinora. Perperam Noël.

(61) Longe aliter E: Nunc in imperio est regnum *Thsi*. Ejus territorium latitudine par est illi quod *Thang* et *Houan koung* possidebant. Si vero super alios imperii regulos non exsurgit, nulla alia

Non-est aliud : *sc.* amant ministros-facere *viros* quos ipsi edoceant, et non amant ministros-facere *viros a* quibus *ipsi* accipiant documenta.

§. IX. *Cum Tchhing* thang° a (62) *doctore* I yun, *et* Houan koung° a *doctore* Kouan tchoung *præcepta accepissent*, tunc non audebant accire *eos*. *Porro* (63) *si* Kouan tchoung° adhuc non poterat acciri, *nonne** multo-magis (64) *ille* qui non facit (65) Kouan tchoung°?

§. X. ¶ Tchhin thsin (66) interrogans ait : Præteritis diebus, in *regno* Thsi, rex *tibi* obtulit duplicis auri (67)

causa est ; *sc.*, etc. — Deinde refert ad *Thang* et *Houan koung* verba : *hao tchhin*... et ad regni *Thsi* principem, verba : *eul pou hao*...

(62) Aliter Tart. interpres qui verbum *yu* (3,829) omisit : *Thang* doctorem *I yun*, *Houan koung* doctorem *Kouan tchoung* accersere non audebant.

(63) C : Cum *I yun* regulum *Thang* utili opera sapientissimisque consiliis multum adjuverit ut totius imperii dominator evaderet, æquum erat illum, vilis subditi instar, non posse advocari ; sed, (F) si *Kouan tchoung* cujus exiguum erat ingenium et qui abjecta tantum ediderat facinora (*vid. cap.* III, *not.* 8), se tamen ab Archonte *Houan koung* acciri non sinebat, quonam jure tenuis regni *Thsi* regulus Mencium, sapientia et doctrina magistro *I yun* non dissimilem, accersere auderet? Porro (I) vir, quem, ut vidimus acciri non licet, si regi ipsum advocanti non obsequatur, nulla irreverentiæ culpa notari potest.

(64) Multo magis acciri non potest.

(65) *Pou wei*, i. e. Non æstimat, scilicet se illo meliorem et præstantiorem esse novit. Pariter F : *peï*, (1,006) contemnit, et C : *pou sie* (9-2,250) curæ non habet.

(66) G : Mencii discipulus.

(67) *Kian kin.* Mencius sic vocat aurum purissimum, quia (E, G, H, I, J) ejus valor duplex est præ *valore auri* communis (*il vaut le double de l'or ordinaire*). Verbum *kian* (6,23) significat : *con-*

unum centum (68) et non accepisti. In *regno* Soung, *rex tibi* obtulit *septuaginta (69) I et accepisti; in *regno* Sie, *rex tibi* obtulit *quinquaginta I (70) et accepisti. *Si* (71) præteritorum dierum° *non-acceptio justa *erat*, tunc, hodierni diei° acceptio injusta *est*°; *si vero* hodierni diei° acceptio justa *est*°; tunc præteritorum dierum° *non-acceptio injusta *erat*°. *Magister (71[a]) certe versaris-in uno ex his *duobus*°.

Meng tseu ait : Omnia justa (72) *erant*°.

§. XI. Quando eram-in *regno* Soung°, ego *jam-jam-habiturus-eram longinquum iter (73) *Vir* qui iter-facit, necesse-est *ut* (74) habeat hospitalia-dona (75). *Rex me* alloquens ait : « Offero *tibi* hospitalia-dona. » Ego *quade-causa non accepissem ?

jungere, *duas-res-tenere*; unde fit ut idem sonet ac *peï* (281) *duplex-esse*, *duplo-valere*. Sic omnes interpret.

(68) H : Unum centum, i. e. Centum *I* (11,547). *I* valebat (F, H) viginti vel viginti quatuor (A, D) unciis. Quocirca *unum centum I* æquivalet (F, H) 2,000, vel, ut quibusdam (A, D) placet, 2400 unciis.

(69) I. e. 1,400, vel, juxta alios 1,680 uncias. *Vid. n.* 68.

(70) I. e. 1,000, vel juxta alios, 1,200 uncias.

(71) Gallice : *si ces jours passés, vous avez eu raison de refuser, aujourd'hui, vous avez eu tort d'accepter.*

(71[a]) I. Sequitur te in alterutro casu (sc. τῷ accepisse et τῷ non accepisse) peccavisse. Gallice : *il faut bien que vous ayez eu tort dans l'un de ces deux cas.*

(72) I. e. Utraque justa erat, *sc.* non-acceptio et acceptio, vel, in utroque casu recte egi.

(73) Melius ad verbum : τὸ procul iter facere.

(74. A, B, C, E explicant *i* (115) per *yeou* (4,028) habere. Sic et E alio loco ; *vid. supra not.* 47.

(75) B, C : *Tsin* (10,527) munera quæ hospiti discessuro offeruntur ut itineris sumptus sustineat.

Quando eram-in *regno* Sie °, ego habebam me-præmuniendi (76) intentionem. *Rex me* alloquens ait : « Audivi *Mencium* (77) se-præmunire. » Itaque (78) *cum* causa armorum daret illa, ego *quam-ob-rem non accepissem ?

§. XII. ¶ Quoad (79) in *regno* Thsi, tunc non erat *accipiendi* (80) locus°. *Si* (81), absente loco (i. e. causa)° des-munera-hospitalia °, *illud* est pecunia-pellicere °°. Quomodo (82) existeret *sapiens ° *qui* posset ut pecunia captaretur ° ?

§. XIII. Meng tseu transiit-in *urbem* (83) Phing lo (84).

(76) H : Se præmunire adversus aliquam calamitatem dicitur *kiaï* (3,178). Perperam Noël : *multum animo verebar ne mihi necessaria ad victum deessent.* E : cum Meng tseu e regno Sie exiturus esset, multi erant prædones qui eum, omnibus spoliare et occidere statuerant. Ideo rex qui Mencium sese ad repellendos eorum ictus accingere audierat, hanc illi pecuniam offert, ut arma sibi comparet, suæ que defensioni probe consulat.

(77) Perperam Noël : *audivi te anxium et sollicitum esse.* Verbum *kiaï* (3,178) eodem sensu pollet ac supra, *not.* 76. Sic et omnes interpr.

(78) Perperam Noël : *ideo ut in his bellorum calamitatibus armorumque tumultibus tuum animum paulisper sublevem, hoc leve munus offero.* H, I, J : hæc ultima verba non a rege munus afferente, sed a Mencio rem narrante proferuntur.

(79) Quantum ad illud quod egi in regno *Thsi.*

(80) I, et J : duæ supradictæ causæ (scilicet, longinqui itineris expensæ, ac emenda arma) non suberant. *Vid.* 74 et 76.

(81) Sicut nos Gallice : *il n'y a pas lieu à,* i. e. nihil est causæ cur...

(82) I. e. Numquid sapiens sinere potest se pecunia pellici et capi? J : se ipsum tacite indicat.

(83) G : *Phing lo* urbs erat inferioris ordinis (J) sub regni principis ditione posita.

(84) F : Cum Mencius hujus oppidi populum, omni auxilio destitutum miseriaque contabescentem videret...

Alloquens ejus *præfectum (85) ait : *Si quis ex tuis*° *lanceam-ferentibus° militibus, *in* uno die° ter deserat ordines, tunc deponis*ne* eum, nec-ne°?

Ait : Non expecto (86) ter.

M. t. *Si-res-ita-sit, tu° deseruisti (87) ordines *tuos*° etiam multoties°. *In* calamitosis (88) annis, *in* esurialibus annis, *ex* tuo° populo, senes *et* debiles *qui* sese-volutaverunt (89) in camporum-canalibus *et in* vallium-fossis, *nec non* *juvenes qui dispersi-sunt (90) et transierunt-in quatuor *imperii* partes, *sunt* prope (91) mille homines°!

(85) H : Nomine *Kheung kiu sin.* Vid. *infra, not.* 99.

(86) J : I. e. Occidisne eum ?—Ter, *sc.* donec ter ordines suos deseruerit.

(87) H : Præfectus qui officio suo male fungitur, militi ignavo ordines suos deserenti simillimus est. Itaque ait : tu etiam non semel *tuos ordines deseruisti.* Gallice diceremus : *vous aussi, vous avez plus d'une fois abandonné votre poste.* C : Cum præfectus populum quem alendum curare debet, miseria et fame mori patiatur, officio suo, non minus quam prædictus miles, quotidie deest.

(88) H : *Hioung nian,* sunt anni, quibus, inundationes, siccitas, epidemiæ, etc., grassantur. *Ki soui,* sunt anni, in quibus messes ad maturitatem non perveniunt.

(89) Se se projecerunt, ut ibi miserrimam vitam finirent.

(90) A : ut victum quærerent.

(91) *Ki* (2,493) varie explicatur. A : nescio quot millia hominum sint. Vers. Tart. plura millia hominum. E, quem secutus sum, quia de populo urbis valde exiguæ agitur, ait : *eorum numerus accedit ad unum mille hominum* (11,015,3,829–1–995–91).

(92) C : Non me fallit populum dispersum ire, ac quotidie miseria mori. Sed horrea publica privata auctoritate aperire, ac vectigalia imminuere non audeo. Id non a mea, sed a regali potestate pendet. Mencius præfectum vituperat non quod populo fame labo-

Ait: Illud non *est* (92) quod *ego* Kiu sin ° possim facere °.

§. XIV. *M. t. Si* nunc existat *vir* qui accepit hominis *cujusdam* ° boves *et* oves, ut pro eo (93) pascat illos, tunc certe ab (94) eo quæret pascua et herbas °. *Si* quærat *ab eo* pascua et herbas et non impetret (95), tunc reddet-*ne illos* ad hunc hominem ¶ °, vel *forte* etiam (96) stabit et conspiciet illos morientes ° ?

Ait: *Quantum ad* illud, tunc *mei* Kiu sin ° culpa *est* ° (97).

§. XV. Alio die *Mencius* (98) invisens ad Regem ait ·

ranti alimenta non dederit (C), sed quod regem de populi necessitatibus non admonuerit. Quodquidem sequens comparatio clara in luce collocat.

(93) Sic C : *thi* (4,023) et J : *taï* (112) *tchi*, loco ejus.

(94) Posterius *weï tchi*, quod Tart. interpres inepta scrupulositate eodem modo ac supra vertit, non significat, *causa* vel *loco ejus*, sed *ab eo*, *sc.* boum et ovium domino. Sic E : *iu nieou yang tchi tchu* (3,829-5,643-8,183-41-35). Assentit A. — Ut pastor pecori alendo herbas et gramina ab hero suo, sic præfectus a rege alimenta populo sustentando necessaria postulare debet.

(95) I : Sic præfectum, si a rege impetrare non possit ut regni horrea, ad sublevandam populi famem, aperiantur, suo se officio abdicare decet.

(96) J : Innuit præfectum qui populum fame morientem, tranquille et siccis oculis, videns, ei opitulari curam non habuit.

(97) C : Cum a principe cibos pro eis non potiverim, nec tamen officium meum abdicaverim, revera peccavi ! H : *tsse*, i. e. Si populus miseria periit.

(98) J : In illo casu, princeps culpæ immunis non erat. Si igitur minister suam culpam, princeps vero suam nequaquam, agnovisset, qui effecisset Mencius ut publica horrea aperirentur ? Idcirco, die sequenti, regem adiit eique sigillatim exposuit quomodo ipse præfectum æque ipse præfectus redarguisset. — Noscat culpas, i. e. eas agnoscat et confiteatur.

Qui regis° administrant urbes (99), *ego* subditus novi quinque homines° Qui *vero ex iis* noscat suas culpas, solus Khoung kiu sin *est*. *Cum*, ad regem enarravisset illa, Rex ait: *quantum ad* illud, tunc *mei* exigui viri° culpa *est*°.

§. XVI. Meng tseu alloquens Tchhi wa ait : Tu° recusavisti Ling khieou (100) et rogavisti *ut esses* *summus-justitiæ-præses. *Illud* videtur (101) *æquum*°; quia ipse potest ut loquatur°. Nunc, postquam plures menses *effluxerunt*°, nondum *ne* potuisti ut loquereris (102)°?

Tchhi wa monita-dedit (103) ad regem, sed *rege* non utente (104) *illis*, deposuit τὸ agere ministrum et abiit.

(99) D. Quæcumqne urbs parentali defunctorum regum templo ornatur dicitur *tou* (11,240), quæ vero illo caret dicitur *i* (11,180). C : Puto Mencium generatim hic loqui ; fieri enim non poterat ut exiguum regnum Thsi in quinque locis haberet parentalia defunctorum regum templa. — *Ibid.* Puto verbum *tou* hic non indicare urbes proprie dictas, sed urbeculas (11,240-11,254) quales primariis præfectis administrandas committebat regulus.— Hujus ordinis erat oppidulum *Phing lo* quod primarius præfectus *Khoung kiu sin*, reguli nomine, gubernabat. Novissima hæc interpretatio multo potior est (B).

(100) H : Primariam urbis *Ling khieou* præfecturam recusavisti. Urbs hæc erat inferioris ordinis (A) regno *Thsi* subjecta.

(101) B, E : Quia nempe summus justitiæ præses regi propius accedit, eumque admonere ac redarguere potest, si quando pœnas innocentibus irrogari jubeat.

(102) A : Ex quo illud officium geris, numquid (B) forte rex supplicia, ne semel quidem, læsa æquitate indixit ?

(103) Melius gallice : *fit des représentations au roi.* C : *Tchhi wa* his verbis commotus et incitatus, regem adiit ut eum de pœnis injuste irrogatis reprehenderet.

(104) H : Cum rex eum repulisset, ac monita audire renuisset, suo se officio abdicavit.

¶Thsi *regni* homines dixerunt : *Quantum-ad (105) causâ *ministri* Tchhi wa, tunc recte *egit*°; quantum-ad sui-ipsius (106) causâ, tunc nos *nescimus°.

§. XVII. Koung tou tseu de *his* admonuit *Meng tseu.*

M. t. ait : Ego audivi illud° (107) : « qui habet (108) magistratus custodiam, *si* non obtineat (109) suum munus, tunc abit. Qui habet sermonis (110) ministerium, *si* non obtineat (111) sua verba, tunc abit ». Ego *hic* non-habeo (112) magistratus custodiam; ego non-habeo sermonis ministerium°. Tunc, ego *sive* (113) accedam, *sive* (114) recedam, *nonne **libere habeo *laxam-et-solutam *agendi facultatem*° ?

(105) J : I. e. quantum ad consilia quæ dedit ministro *Tchhi wa.* H : cum effecerit ut *Tchhi wa* suo officio rite fungi conatus sit, laude sane dignus est.

(106) A : Sed quomodo fit ut ea quæ ad alios pertinent, recte calleat, quæ vero ad se, prorsus ignoret? Enim vero (H) regni *Thsi* principem consiliis suis non obsequentem videt, nec tamen discedit. C : Regni *Thsi* homines ita vituperant Mencium quia illum ministri partes non agere nesciunt. *Vide supra*, not. 19.

(107) *Sc.* Illud effatum.

(108) H : Vir cui rex urbeculam, vel certas terras administrandas committit.

(109) H : Si regis culpa, quemadmodum (*Vide not.* 95) *Khoung kiu sin*, munus suum rite obire nequeat.

(110) I : Vir cujus officium est regem male agentem admonere.

(111) H : Si princeps ejus monita sequi nolit, ut accidit (C) ministro *Tchhi wa.* Vide *supra*, not. 104.

(112) I : Mencius in regno *Thsi* tanquam hospes degens, nullum adhuc munus obibat ; ut vidimus supra. (*Not.* 19.)

(113) J : Verbum *Tsin* (11,093) alludit ad superiora *Kian iu wang* (*il fit des représentations au roi*).

(114) Verbum *thoui* (11,047) alludit ad sup. *Tchi weï tchhin eul khiu*, deposuit τὸ esse ministrum et abiit.

§. XVIII. *Cum* Meng tseu esset (115) primarius-præfectus in *regno* Thsi, exiit *ut* (116) parentaret ad Teng. Rex misit *urbis* Ko * præfectum Wang houan ea-causa-ut *eum* adjuvaret *in hoc* (117) itinere. Wang houan mane *et* vespere invisebat *Mencium* (118). Revertendo *regni* Thsi *et regni* Teng° itinere, * minime cum illo locutus-est-de itineris (119) rebus°.

§. XIX. ¶ Koung sun tchheou ait : *In regno* Thsi, primarii-præfecti° dignitas (120) non est exigua° ; Thsi *regni et* Teng *regni*° iter non est (121) vicinum°. *Cum iveris*

(115) J : Erat *khe khing* (2,121-1048), quasi *hospes-præfectus* ; quia hospitis nomine in regno *Thsi* degens, præfecturam, nullo adhuc affectus stipendio, obibat. Aliter E : erat minister.

(116) I. e. Ut regni *Thsi* nomine adesset exequiis reguli regni *Teng* nuper defuncti. D : Cum Mencius nullos acciperet reditus, rex qui virum tanta fama insignem miserat ut legationi suæ decus adderet, eum exequiarum cura gravare noluit ; ideoque præfectum *Wang houan* ipsi comitem et adjutorem dedit.— E : *Teng* erat urbs inferioris ordinis in regno *Thsi*.

(117) Sic F, J. Ibid. Hic *iter* legationem significat. A : *Ko* urbs inferioris ordinis regno *Thsi* subjecta. *Wang houan* (G) homo erat ignobilis, qui regis gratiam aucupaverat. Ideo (B) *Meng tseu*, contemptu et odio percitus, cum vili hujusmodi homuncione sermonem miscere dedignatus est.

(118) Subaudi juxta omnes interpretes *wang* (2,678) *eundo* ; I. e. gallice (A) : *pendant tout le chemin, en allant de Thsi à Teng, et en revenant* (fan) *de Teng à Thsi...*

(119) C : Indicat cæremonias, vasorum numerum, sericas vestes, preces, et omnia quæ ad parentales ritus pertinent.

(120) J : *Wang houan* a rege modo evectus est ad præfecturam supremi tribunalis ut te adjuvet ; nonne dignus erat cum quo loquereris ?

(121) H : Quasi diceret : vobis confabulandi tempus abunde suppetebat. *Vid. supra not.* 118.

et redieris°, ac minime cum *illo viro* locutus-sis-de itineris rebus°, quænam-causa-est°?

M. t. ait : ° Cum (122) aliquis (123) ordinaverit illas ; ego quam-ob-causam locutus-essem-de *illis*°?

§. XX. Meng tseu e *regno* Thsi *ivit* parentaturus (124) in *regno* Lou. Revertens in *regnum* Thsi constitit (125) in *urbecula* (126) Ing. Tchhoung iu (127) sciscitans *eum* ait : Præteritis diebus (128) *cum* nescires (129) *discipulum* Iu °*esse* *degenerem, jussisti *me* Iu curare *fabri-lignarii (130) res. *Luctu te* (131) urgente, *ego* Iu non ausus-sum sciscitari. Nunc exopto privatim habere sciscita-

(122) A : Mencius, quasi minus rectos hujus præfecti mores palam redarguere eum puderet, speciosam suo silentio causam prætexit.

(123) G, H, I, J : *Hoe* (3,181) indicat quemdam ministrum funereis ritibus a rege præpositum. D : existimat Mencium loqui de præfecto *W. houan*. Assentit E : cum iste *W. houan* mihi dictitaverit se hujusmodi res optime percallere, nec alius viri consiliis egere, utpote qui sæpissime exequias ordinavisset, cui bono de iis cum eo iterum locutus essem ? — Littera *fou* (1,800) apud H est particula auxiliaris ; apud B, C, F, est pronomen demonstrativum : ille minister (A) qui me, in hac legatione, comitatur...

(124) H : Suæ matri quæ in regno *Lou*, ejus patria, defuncta erat.

(125) A : i. e. pernoctavit, diversatus est.

(126) E : *Ing*, urbs inferior regno *Thsi* subjecta.

(127) A : Mencii discipulus.

(128) A : Quando matris defunctæ exequias fecisti.

(129) B : Nesciens me esse omnino rudem ac rei magni momenti curandæ imparem.

(130) I : Jussisti me feretrum conficiendum curare.

(131) Sic A plurimique interpret. *Yan*, i. e. *pe* (11,029) *urgere*. C : Cum in fletuum et doloris medio esses.

(132) I : Ligna quibus ad feretrum conficiendum usus es.

(133) Notandum est sensum litteræ *i* (115) vulgo *propter, ex, ab,*

tionem*. Ligna (132) *mihi* videntur *fuisse* (133) multum pulchra°.

M. t. In (134) *summa* * antiquitate, loculus-interior, *et* loculus-exterior non-habebant *certam* mensuram. *In* (135) media antiquitate, loculus-interior *densus erat* septem pollicibus; loculus-exterior (136) congruebat illi. Ab * imperatore * usque-ad * populum (137) *omnes sic;* non *ut* solum essent spectatu pulchra° (138). (139) * Deinde *pietas* exhauritur (i. e. expletur) in hominis corde.

§. XXI. *Si* non (140) obtineat, non potest ut (141) * læ-

ad, utor. G : *i meï* (115–8,186) i. e. *thaï* (1,799) *meï*, valde, vel nimis pulchra. Sic interprett. quibus consentit vers. Tartarica.

(134) I : Quid me propter magnas hujusmodi expensas imprudenter redarguis? An te fallit me veterum agendi normam sequi? C, I : veteres solo animi affectu ducti ligna densissima et ingenti sumptu comparata adhibere solebant, nec (B) ad certam et definitam cubitorum vel pollicum mensuram attendebant.

(135) A : Tempore quo *Tcheou koung* (1,187–612) funereos ritus instituit et præscripsit.

(136) C : Loculus-exterior densitatis ejusdem (*sc.* septem pollicibus) erat ac loculus-exterior.

(137) J : Hæc verba *Chu jin*, non *plebem* solum, ut vulgo, sed etiam *magistratus* et *litteratos* significant.

(138) B : Sed solummodo ut loculi densissimo ligno confecti, parentum corpus quam diutissime incorruptum servarent.

(139) C, H : subaudi : primum uti decet densis ejusmodi feretris et deinde tantum.. Perperam Noël : *Id autem sancivit non ut sepulchra pulchriora viderentur, istoque solo ornatu censerentur filii debitum erga parentes defunctos affectum explevisse.* Doctus interpres duos locos plane diversos temere conjunxit. In priori enim Mencius explicat cur filios denso ligno uti deceat; in posteriori vero quoddam effatum profert.

(140) F : Si lex funereas pii filii impensas coerceat...

(141) C : *Youe,* animo obsequi, vota sua explere.

tetur; *si* (142) careat divitiis, non potest ut *lætetur. *Quando* obtinebant illud, et (143) habebant ¶divitias, antiquitatis ° homines (144) omnes utebantur illis (145). Ego * qua-de-causa solus non *agerem* ita?

§. XXII. Porro; *parentum* qui *mortui-sunt (146), *si* non (147) faciat terram adhærere carni, in hominis corde *numquid restat* solum (148) non lætari°?

Ego audivi illud° : *sapiens non *debet* propter (149) *imperium parcus-esse-erga suos parentes.

§. XXIII. Tchhin thoung (150) ex sua privata *auctoritate* interrogans ait : *Regnum* Yan potest-*ne* armis-impeti°?

(142) F : Si lege ingentibus exequiarum sumptibus non obstante, vel potius illis favente, filius justa pecunia careat.

(143) G : Quidam pro verbo *weï* (5,595) legunt *eul* (8,292); quod præfero. — H verbum *weï* pro particula auxiliari habet; alii interpretantur *facere*. I: *ki te weï*, *yeou yeou thsaï* (3,861-2,694-5,595-1,089-4028-10,10-415), quando eis licet facere illud, ac præterea habent divitias.

(144) H : Indicat homines posteros qui ritus a principe *Tcheou koung* institutos sequebantur.

(145) H : Densissimis feretris.

(146) I : *Pi*, i. e. pervenire. H : *hoa* eodem sensu pollet ac *sse* (4,677) mori, vita defungi; ad verbum : qui pervenerunt ad τὸ mori.

(147) I. e. si non sinat terram adhærere carni parentum, etc. scilicet, eis densissimo feretro reconditis.

(148) *Un seul sujet de non-contentement, de regret.* Quasi diceret numquid filius se ipsum exprobrare poterit quod, nimia ductus parcimonia, aliquid parentibus deesse siverit.

(149) J : Hic verba *thian hia*, vulgo *imperium*, significant gallice: *le siècle, le monde*; *i thian hia*, propter caducas mundi opes.

(150) H : *Tchhing thoung* regni *Thsi* reguli minister.

Meng tseu ait : Potest. Tseu khouaï (151) non poterat dare *cuilibet* viro *regnum* Yan. Tseu tchi (152) non poterat accipere (153) *regnum* Yan a *principe* Tseu khouaï. (154) Existit magistratus in hoc *loco*, et tu diligis eum. *Si* non (154[a]) loquaris ad regem et privata *auctoritate* des illi mei domini° stipendia et dignitatem; *si* iste litteratus° etiam absque regis mandato° privata *auctoritate* accipiat hæc a te, tunc licet-*ne*° (155)? —*In-quo differt ab hoc (156)?

§. XIV. *Cum regni* Thsi homines aggressi-essent *regnum*

(151) A : *Tseu khouaï*, regni *Yan* regulus, regnum ministro suo *Tseu tchi* cesserat. Inde regnum *Yan* tumultu belloque civili exagitari. Regni *Thsi* princeps et ministri, domesticis ejus discordiis uti cupiebant, ut illud aggrederentur atque occuparent. Inter hæc *Tchhin thoung* sponte sua, nec rege jubente, Mencium adiit.

(152) C : Cum *Tseu khouaï*, regnum suum cedendo ministro *Tseu tchi*, legitimum regiæ dignitatis hæredem revera spoliaverit, dignus quidem erat qui armis impeteretur, sed soli imperatori, vel principi ab imperatore legato, non regulo regni *Thsi*, regnum *Yan* aggredi ac castigare licebat.

(153) *Tseu khouaï* regnum filio transmittere, vel illud ministro suo tradere, non nisi obtenta ab imperatore facultate, licebat; *Tseu tchi* vero principem suum consiliis adjuvare, ut regnum posteris transmittendum servaret, ideoque illud, inscio imperatore, oblatum recusare debebat.

(154) I : Verbi gratia : en...

(154[a]) Melius ad verbum : non loqui ad regem (i. e. non monere *Thsi* regulum) et privato dare illi — *mei domini*, i. e. (H) ministri *Tchhin thoung*, sive, tuam dignitatem..

(155) H : Quasi diceret : certe nullatenus licet.

(156) F : Cum igitur *Tseu khouaï* absque imperatoris mandato regnum ministro suo cesserit, nonne egit perinde ac si tu

Yan, quidam interrogans ait: τὸ incitavisse Thsi *ad* impetendum Yan, *est-ne (157)?

M. t. ait: Neutiquam°. Tchhin thoung *me* ¶ interrogavit: « *Regnum* Yan potest-*ne* armis-impeti°? » Ego, respondens illi, dixi: Potest. Illi (158) sic tunc (159) aggressi-sunt illud°. Hic *vir* si dixisset: Quis potest ut armis-impetat illud? Tunc *respondissem illi, dicens: *Qui* est Cœli legatus (160), tunc potest ut aggrediatur illud.

Nunc (161) existit *vir* qui occidit *alium* virum. *Si* quis, *me* interrogans-de illo, dicat: *iste* vir potest-*ne* (162) occidi°? Tunc *respondebo illi, dicens: potest. Ille si diceret: Quisnam potest ut occidat illum? Tunc *responderem illi, dicens: *Si quis* sit *summus-justitiæ-præses, tunc potest ut occidat illum (163). Nunc (164)

ipse, absque reguli licentia, in litteratum prædictum stipendia tua et dignitatem transferres? Hinc patet regno *Yan* bellum indici posse.

(157) I. e. Verumne est quod dictitatur: videlicet, te incitavisse?.

(158) J: *Illi*, i. e. regni *Thsi* princeps et ejus minister.

(159) J: Meis verbis confidentes, nitentes...

(160) B, E, H: Rex humanitate et æquitate sua insignis, qui a Cœlo tyrannos plectendi rebellesque et impios debellandi potestatem accepit.

(161) Verbi gratia: en...

(162) Potest ne, i. e. dignus-ne est qui occidatur?

(163) E: Quemadmodum homicidam non a quolibet homine, sed a solo justitiæ præside occidi, sic regnum *Yan* non a regno *Thsi*, sed a solo Cœli legato debellari oportet.

(164) H: Cum regnum *Yan* immite ac impium esset, certe æquum erat illud a Cœlo debita pœna mulctari; cum vero regni *Thsi* regulus pari crudelitate ac impietate laboret, tunc patet illum cælestis legati

cum *regno* Yan impetere *regnum* Yan, * quomodo suasissem °°!

§. XXV. *Regni* Yan homines (165) rebellarunt. Rex (166) ait : Me valde pudet coram * Mencio (167).

Tchhin kia (168) ait : Rex * ne-habeat mœrorem °. *Si* rex se-ipsum * perpendat cum (169) Tcheou koung, uternam humanus et prudens *est* (170)?

Rex ait : Proh! illud quomodo loqui *audes* °.

T. k. Ait : Tcheou koung miserat (171) Kouan cho *ut*

(*vid. n.* 160) vicibus fungi non posse. Si igitur *Thsi* aggrediatur *Yan*, illud idem est ac si alterum *Yan* (i. e. aliud regnum illi tyrannide et nequitia simillimum) regnum *Yan* aggrederetur. — Tart. vers. *Comment pouvais-je conseiller d'attaquer Yan avec* (*i*, 115) *un royaume semblable à Yan?* Præpositionem *cum*, instrumentalis præpositionis loco usurpare coactus sum.

(165) C : Regni *Thsi* regulus occupavit regnum *Yan*. Duobus annis (G) elapsis, regni *Yan* homines in regem elegerunt primogenitum prædecessoris *Tseu khouaï* filium, nomine *Phing*, ac tunc adversus regnum *Thsi* rebellarunt.

(166) B : Ministris suis.

(167) C : Regem, sana Mencii consilia non secutum, coram eo prodire pudet.

(168) G : *Tchhing kia* quidam regni *Thsi* primarius præfectus.

(169) Sic H, I, J. A : Cum *Tcheou koung* se conferat (8,702-1,187-612-10,883.)

(170) Quasi diceret : nonne eum humanitate et prudentia superas?

(171) G : Cum *Wou wang* (4,658-5,884 *bis*) devicisset familiam *Chang* (1,299) ac peremisset *Tcheou* (7,750), filium ejus *Wou keng* (4,658-2,512) regni *In* (4,750) regem constituit, atque misit suum fratrem minorem *Kouan cho* cum fratribus ejus minoribus *Thsaï cho* (9,166-1,099) et *Ho cho* (11,975-1,099), ut novum regulum observarent, ac regno *In* (4,750) invigilantes, (H) civiles tumultus, si

observaret *regnum* In, *at* Kouan cho ¶ cum *regno* In rebellavit. *Si* sciens° misit eum, illud non *est* humanum°. *Si* *nesciens° misit eum, illud non *est* prudens° (172). *Porro si* humanitatem *et* prudentiam *ipse* Tcheou koung nondum° exhauriit° (173), et *multo-magis rex°! *Ego Tchhin* kia rogo videre *Mencium* et exponere (174) illud.

§. XXVI. *Cum* invisisset Mencium, interrogans ait: Tcheou koung quisnam homo *est*°?

M. t. ait: Antiquitatis sanctus homo *est*° (175).

T. k. ait: TÀ misisse Kouan cho *ut* observaret *regnum*

qui orirentur, compescerent. Cum *Wou wang* obiisset, ac *Tchhing wang* (3,176-5,884 *bis*) teneræ ætatis adhuc esset, *Tcheou koung* vicariam totius imperii administrationem suscepit. Mox *Kouan cho* (A) cum *Wou keng* conjuratione facta adversus principem *Tcheou koung* rebellavit. *Tcheou koung* (E) imperatoris *Tchhing wang* mandato obsequens, collectis copiis rebelles orientis subjicere paravit. Composuit caput libri *Chou king* (4,019-7,877) cui titulus *Ta kao* (1,797-1,178), ac statim castigavit *Kouan cho*, interfecit *Wou keng*; in exilium misit *Thsaï cho* atque collegit reliquum regni *In* populum.

(172) J: Viri prudentis non est.

(173) H: Quanto magis regni *Thsi* regulus, qui cum sapientissimo *Tcheou koung* se conferre non audet, regnum *Yan* adversus se rebellaturum prævidere nequibat!

(174) H, J: Cum, allato Mencii testimonio, principem *Tcheou koung* prudentia ac humanitate caruisse ostendero, tunc tuus mœror, tua confusio, sponte sua se expediet (*kiaï* 9,914) ac evanescet.— Malui cum J (*in glossa*) A, C et aliis, verbum *kiaï* de re narranda, et enucleate exponenda intelligere.

(175) J: Quasi diceret, summa humanitate, summa prudentia præditus erat.

In, *ac* Kouan cho cum *regno* In rebellasse°, *est-ne *verum* (176)?

M. t. ait : Ita.

T. k. ait : Tcheou koung-*ne*, sciens eum *rebellaturum°, misit eum°?

M. t. ait : *Nesciebat°.

T. k. ait : *Si-res-ita-sit, tunc *ergo* sanctus vir° habuit culpam°?

M. t. ait: Tcheou koung *erat* frater-natu-minor° (177); Kouan cho *erat* frater-natu-major°. *Principis* Tcheou koung° culpa nonne etiam æqua *erat*° (178)?

§. XXVII. Porro antiquitatis° *sapientes *si* peccarent, tunc mutabant° illud (179). Hodierni *temporis* ° *sapientes, (180) *si* peccent, tunc sequuntur illud (181). *Quantum ad* antiquitatis ¶ ° *sapientes, eorum culpæ° *erant* veluti solis

(176) Verumne est eum misisse fratrem suum *Kouan cho*, etc.?

(177) H, J : Pietas et ratio requirebant ut frater minor, absque ulla suspicione, fratri majori confideret.

(178) Ad verbum : *principis* Tcheou koung *τὸ* peccasse nonne æquum est? i.e. *Tcheou koung* nonne excusatione dignus erat? Quia videlicet, non nisi debitam fratri majori reverentiam et pietatem exhibendo, peccavit.

(179) H : Suas culpas emendabant, atque ad virtutem illico revertebantur.

(180) E : Indicat sui temporis viros qui falso et immerenter se sapientes jactabant, *ibid.* Hic Mencius tangit ministrum *Tchhin kia* qui non solum principem suum emendare atque ad virtutem perducere nescit, sed etiam, accersito principis *Tcheou koung* exemplo, regis sui imprudentiam fuco obvolvens atque excusans, (G) eum ad culpas continuandas incitat.

(181) J : I. e. continuant malum, culpas.

aut lunæ °eclipses (182); populus omnis videbat illos. *Cum vero* pervenerant-ad suam mutationem°, populus omnis suspiciebat eos (183). Hodierni *temporis*° * sapientes, * non-solum sequuntur°, *sed* insuper * deinde (184) faciunt° excusationem.

§. XXVIII. Meng tseu abdicavit (185), τὸ agere ministrum *et* rediit (186). *Cum* rex ivisset (187) invisum Meng tseu, ait: Præteritis (188) diebus, cupiebam *te* videre et non potui-obtinere. *Cum deinde* obtinuissem *tibi* (189) adlatus-assistere, (190) * omnis-aula (191) valde gavisa-est. Nunc iterum relinquis *me* exiguum virum et reverteris! * Nescio *an* potero ut * postea° obtineam *te* videre°?

(182) Totius imperii oculis objecti, non magis culpas suas quam sol et luna suos defectus abscondere poterant.

(183) B: Atque venerabatur.

(184) Sic E (173) ac plures alii. Aliter C et J *bis: wei* (5,595) i. e. *taï* (112) *loco, causâ;* littera *tchi* (41) principem innuit; *thsc* (10,984) est (J) adornare culpas (3,783–11,112), eas comptis verbis lenire, atque excusare. Unde interpretari liceret: causâ illius (principis) excusant *peccata. Vid. not.* 180.

(185) Id est: sua se primarii præfecti dignitate abdicavit, quam quidem, ut vidimus supra, honoris, non stipendii causa exercebat.

(186) J: In regnum *Tseou* (11,249) reversus est, quia doctrinam suam in praxim non redigi videbat.

(187) H: Ipse petiit Mencii diversorium.

(188) H: Quando Mencius in regnum *Thsi* nondum venerat.

(189) Id est: te excipere. J: *Chi* (201) est modus humiliter loquendi. Hoc verbum proprie dicitur de famulo qui prope dominum adstat, ut illius jussa exsequatur.

(190) Aliter F: Gall. *et de partager mon palais avec vous*, vel, *de me trouver avec vous dans mon palais*, (*iu-tchi-thoung-tchhao*, 8,702–41–1, 140–4,046), *j'en ai été comblé de joie.*

(191) H: Omnes aulæ ministri.

M. t. respondens ait : Non audebam (192) *illud* rogare°. Certe *illud est* quod exopto°.

§ XXIX. Alio die rex alloquens (193) Chi tseu ait (194) ego cupio, in (194ª) medio regni° dans *Mencio domum, *atque* alens (195) *discipulos, cum (196) decies-mille tchoung (197), efficere *ut* omnes præfecti *et* regni homines, simul habeant *virum* quem revereantur *et* imitentur. Tu, quidni ¶ pro me nuntias illa?

§. XXX. (198) Chi tseu (199) curam-commisit *cuidam* (200) Tchhin tseu °*ut* de *his* moneret Meng tseu.

(192) E : Mencius cupit ut rex eum postea adeat; itaque ait : non audebam illud rogare. Aliter D : non audet illud rogare quia timet ne avaritiæ aut ambitionis insimuletur.

(193) J : Unus e regni Thsi ministris.

(194) D : Rex Mencium retinere nequaquam satagit, atque hæc illi offerri jubet, ut sapientes viros magni facere eorumque doctrinam in pretio habere dicatur.

(194ª) Sic H et alii. Verba *tchoung koue* vulgo significant Sinense imperium.

(195) Aliter H : Videlicet alere Mencium, i. e. ipsi dare reditus de quibus vivat. Malim (A) : alere discipulos qui eum sequuntur atque ad eum undequaque confluunt. — Aliter E : facere ut edoceat, atque præceptis alat (3,743-12,351) principis et ministrorum filios, dare illi in stipendium 10,000 *tchoung*, etc.

(196) Hic accipe vocem *cum* eodem sensu quo gallice dicimus : *nourrir avec*. Probæ latinitati vis inferenda fuit ne vocula *i* (115) omitteretur.

(197) H : *Tchoung*, nomen mensuræ quæ continebat sex *ho* (3,797) et quatuor *teou* (3,792). Vide *Basilii* seu *Deguignesii* sinicum dictionarium, *p.* 268, sub numeris citatis. Noël : *illi assignare decies mille æris campani mensuras, sive* 64 *millia modiorum* (*una enim mensura æris campani continebat sex modios et quatuordecimas partes unius modii*).

(198) J. : *Chi tseu* regi quidem paruit, sed ea verba Mencio ipsemet deferre non ausus est.

Tchhin tseu de *ministri* Chi tseu °verbis (201) monuit Meng tseu.

Meng tseu ait: Ita (202).° Chi tseu quomodo novit (203) ipsum non posse° ? * Si ego appeterem divitias, *postquam* recusavi * 100,000 (204) *Tchoung*°, *si* (205) acciperem decies-mille, illud *ne* esset appetere divitias° (206) ?

§. XXXI. Ki sun aiebat : *Proh ! quam* stupendus °*erat* (207) Tseu cho i ! Si (208) ipse exerceret *regni* administrationem, *ac* non adhiberetur (209-210), tunc etiam

(199) Sic J : *In* (1,515) i. e. *i-tho* (2,14-9,957).

(200) E : *Tchhin tseu* Mencii discipulus erat.

(201) J : Intelligit regni *Thsi* reguli verba.

(202) H : Hæc a ministro *Chi tseu* tibi revera dicta fuisse confido. Assentit vers. Tart. Aliter C qui verbum *jan* (5,466) interrogative accipit : ea quæ refers ministri *Chi tseu* verba sunt ne ejusmodi (1,852-4,653-8,341) ?

(203) B, C, I, J : Quomodo scit, me, doctrina mea sic contempta, discedere coactum, in regno *Thsi* amplius subsistere non posse ?

(204) J : Indicat primarii præfecti (1,048) stipendia, quæ, munere non abdicato, mox obtinuisset. *Vid. n.* 185.

(205) J : Indicat decies mille *tchoung*, de quibus supra, *not.* 197. F : Si his conditionibus allectus, me detineri sinerem, cuilibet tunc me avaritiæ accusare fas esset.

(206) A : Siccine agit vir qui divitiarum avidus est ?

(207) E : *Ki sun et Tseu cho i* Mencii discipuli erant. A : *Ki sun* carpit et irridet *Tseu cho i.*

(208) I : Prius *sse* (190) significat *si* (318-190), posterius *sse* significat *jubere* (190-114).

(209) B : Si princeps ejus opera non uteretur. A : ne uno quidem die divitias sibi comparare obliviscebatur. B, C : Sexcenta consilia agitabat innumerisque artibus utebatur ut, aliquo suorum consanguineorum sibi, in eadem dignitate, subrogato, per eum obtineret quod per seipsum non potuerat. A : si nunc, postquam summi

abdicabat°. Insuper efficiebat *ut* suus filius *vel* frater-minor, *sui loco*, exerceret primariam-præfecturam; (*inter* homines etiam quis non appetit divitias et honores?) et solus in divitiarum *et* honorum° medio, habebat privatim *tumulum-abruptum° (211-212).

§. XXXII. *Olim° *ille* qui (213) instituit mercatus, *sic egit ut homines* cum iis-quæ ipsi habebant, permutarent ea-quibus ipsi carebant°.** Præfecti (214) regebant ¶ eos, tantummodo. Fuit vilis * homo° *qui* necessario (215) quæ-

præsidis stipendia recusavi, oblatum a rege donarium acciperem, similis evaderem isti *Tseu cho i.*

(210) Longe aliter E qui ad Mencium refert quidquid *Ki sun* dicit de cupidissimo viro *Tseu cho i.* Regni *Thsi* regulus me summi præfecti munus obire jusserat; cum vero mea opera non uteretur, ultro abdicavi. Nunc adhuc ut ejus filios et fratres minores edoceam, vult mihi collata summi præfecti dignitate decies-mille *tchoung* in stipendium dare. Illud esset sicut, etc. Tali agendi ratione erubescerem!

(211) J: Non minus se gerebat avare quam viles isti fori præfecti, qui ex altis suggestis mercatoribus supereminentes, omne eorum lucrum surripiunt et quasi retibus expiscantur. De *loung touan*, vid. *infra*, not. 215.

(212) C: Licet vir qui recusat hoc et accipit illud (*qui refuse d'un côté pour recevoir de l'autre*), vilibus istiusmodi præfectis similis non sit, tamen in utroque lucri fames una atque eadem est.

(213) J: Indicat imperatorem *Chin noung* (7,025-10,990)

(214) H: Ideo tantum instituti erant ut lites componerent, merciumque pretio modum statuerent, non vero tributi exigendi causa.

215. *Loung touan*, i. e. altum suggestum, monticuli instar editum, ac, terra circumquaque excisa (*touan*), exstructum. B, C: Locus valde excelsus (4,024-12,656-9,361). Littera *Loûng*, idem significat (J) ac *loùng* (1,752), locus editus in campis. Alii interpretes illud explicant per *kang* (2,287), *khieou* (17), quæ verba in eumdem sensum recidunt.

sivit * tumulum-abruptum (216) et conscendit eum. A sinistris *et a* dextris prospiciebat et expiscabatur fori lucrum. Homines omnes ** eum-habuerunt-pro vili (217). Itaque * ab-illo-tempore, exactum-est-vectigal°. Τὸ exigere-vectigal-a mercatoribus ab isto vili * homine cœpit°

§. XXXIII. Meng tseu egressus *regno* Thsi pernoctatus-est in *urbe* Tcheou.

Fuit *vir* qui cupiebat causâ (218) regis detinere incedentem. Sedit (219) et locutus-est. *Meng tseu* non respondens in-cubitum-innixus-est mensæ et obdormivit.

§. XXXIV. Hospes non gaudens (220) ait: *Ego* * discipulus *tuus* servata-continentia noctem-duxi et deinde ausus-sum loqui. *Cum tu,* * magister, obdormiens° non audias, rogo *ut* non rursus audeam *te* invisere°.

M. t. ait: Sedeas. Ego clare (221) loquar-cum te. * Olim *regni* Lou *princeps* Mo koung *si* non-haberet (222)

(216) *Quæsivit*, i. e. (H) elegit, extrui jussit.

(217) H: *Tsian* i. e. contemptu dignissimus.

(218) A: Non a rege missus, sed sponte sua venit. Quamquidem agendi rationem graviter fert Mencius. *Causa regis*, i. e. (I) ut regulo grati aliquid faceret. *Ibid.* Ille vir erat minister prædicto regulo maxime intimus.

(219) H: Debitæ reverentiæ deest. — Sed non ideo illi succenset *Meng tseu. Vid.* 218.

(220) I. e. stomachatus.

(221) C, H: Te docebo quonam modo prisci reges agebant ut sapientes e regno suo abituros detinerent. Aliter B: te docebo quam ob causam subito obmutescens, te loquente, indormierim. — Malim priorem sensum.

(222) I: si non mitteret hominem ad philosophum *Tseu sse* qui eum suæ reverentiæ certiorem faceret. Ç: Prius *ita*, dicitur de homine quem *Mo koung mittebat*; posterius *ita*, de homine qui in regio palatio *aderat*.

hominem ad *doctoris* Tseu sse° *latus*, tunc non poterat detinere Tseu sse. Sie lieou (223) *et* Chin thsiang, *si* non-haberent (224) hominem ad *principis* Mo koung• latus, tunc non poterat detinere (225) eorum personam (226).

XXXV. ¶ Tu *quidem* causa *senioris consilia-agitasti, sed-tamen non attigisti (227) Tseu sse. Tu-*ne* (228) abrupisti *seniorem•? *an* *senior abrupit te° (229)?

(223) J : *Sie lieou* erat vir e regno *Lou* (12,787), et *Chin thsiang*, erat filius philosophi *Tseu tchang* (2,059-2,638).

(224) Gallice : *S'ils n'avaient personne auprès du roi.*

(225) Ut eorum sapientiam laudibus continuo extolleret, ne forte (C) princeps debitam ipsis reverentiam aliquando exueret vel oblivisceretur.

(226) I. e. eos. Perperam Noël (ubi res est de *Tseu sse*); *numquam ejus animum tranquillare* (ngan) *potuisset.* Infra (*ibid.*) *numquam potuissent in isto Lou* (12,787) *contenti vivere quietamque* (ngan) *vitam ducere?* H et alii : *ngan* (2,102) idem significat ac *lieou* (6,227) detinere.

(227) J : Hodie multas sermonis et ingenii artes (H) ad me detinendum adhibuisti, sed mihi non præstitisti illam reverentiam (vid. 218, A. et 222, I) qua princeps *Mo koung*, sapienter usus, doctorem *Tseu sse* abiturum detinebat. J : verba *tchang tche*, Mencium indicant.

(228) Sic ad verbum. Assentit versio Tart. H, J : *tsioue* (7,827) idem significat ac *kiu* (3,306) resistere, provocare. Aliter B, *po-tai* (9,219-2,682) inurbane, irreverenter habere aliquem. Quod malim. Cum erga me (C) non agas eodem modo ac olim *Mo koung* erga *Tseu sse*, nonne (C: *khi-feï*, 10,324-12,032), priore loco, inurbane me habuisti?

(229) J : Cum tibi, absque regis mandato, venienti obsurduerim, egi ut decebat. Numquid dices me tibi priore loco injuriam intulisse? C : In paraphrasi utramque interrogationem tollendam

§. XXXVI. *Cum* Meng tseu egressus-esset (230) *regno* Thsi, Yun chi (231) compellans homines ait : *Si* * nesciebat (232) regem° non posse ut fiat *alter Tchhing* thang *aut alter* Wou *wang*, tunc *illud* est non perspicax (233)°. *Si* sciebat eum non posse, *et* * sic-tamen venit, tunc *illud* est quærere beneficia° (234). *Ex* mille li *venit* (235) ut inviseret regem, *ac*, τῷ non obtinuisse (236) causâ, abiit. *Cum* tres *dies* diversatus-sit, * et-deinde exeat *urbe* Tcheou, hoc *modo* (236[a]) quare moratur *et* cunctatur°? *Ego* chi, tunc *propter* hoc non lætor (237).

§. XXXVII. Kao tseu (238) de *his* monuit *Meng tseu*. *M. t.* ait : ° Yun chi quî novit (239) me°? Τὸ *ex* mille li

esse censet : Tu mihi, priore loco, injuriam fecisti, et ego tibi vicissim !

(230) J : Videlicet postquam ex urbe *Tcheou* (3,928) exiisset.

(231) Perperam Noël : *litteratus vir cognomine Yn*. Littera quæ sequitur *Yn* (sive *Yun*) pronuntiari debet *Chi*, non vero *sse*, ut plerumque, quoquidem modo pronuntiata, *litteratum* virum significat. Assentit versio Tartarica.

(232) J : Indicat regni *Thsi* regulum.

(233(J : Prudentia ad principem suis consiliis parem eligendum requisita caret.

(234) I. e. stipendia.

(235) J : Scilicet e regno *Tseou* (11,249) in regnum *Thsi* venit.

(236) C : Quia non consecutus est (9-2,694) quod cupiebat, *sc.* præcepta sua in praxim redigi atque observari. *Iu, rencontrer juste*, metaph. (F) *obtenir la confiance, la faveur du prince*. Assentit versio Tartarica.

(236[a]) I. e. quare tantopere moratur, etc.?

(237) J : Celeriter eum abire decebat. *Non lætor*. Gall. *je ne suis , as content de cela*.

(238) E : *Kao tseu*, regni *Thsi* incola, Mencii discipulus erat.

(239) H : Quomodo nosse potest abditos cordis mei sensus?

venisse ad invisendum regem (240), *illud* erat quod ego optabam°. *Sed*, ¶ τῷ non obtinuisse causâ τὸ abire, numquid *illud est* quod ego optabam° (241)! Ego non potui abstinere°.

§. XXXVIII. Ego, *dum*, tres *dies* diversatus°, exeo *urbe* Tcheou, in meo corde adhuc *existimo *me* celeriter *discedere*. Rex *forsitan mutabit illud (242). Rex si mutet illud, tunc certe revocabit me (243).

§. XXXIX. *Cum*° exiissem *urbe* Tcheou ac rex non me revocasset°, ego *tunc *vehementer habui revertendi voluntatem. Ego quamvis ita, numquid relinquo regem°! Rex adhuc sufficit (244) ut faciat bonum. Rex si utatur me, tunc *non-solum *regni* Thsi populus pacabitur, *sed etiam* *imperii° populus omnis pacabitur. Rex *forsitan mutabit illud. Ego *singulo* die spero illud (245).

(240) II, I : Existimabam regni *Thsi* regulum posse fieri alterum *Tchhing thang*, aut alterum *Wou wang*; ideoque tam longum iter emensus sum ut eum, meis præceptis, ad imitandum insignes illos principes inducerem ; illud erat, etc.

(241) C, I : Numquid forte dices me ea mente venisse ut doctrinam meam contemni viderem, ut regnum *Thsi* vix ingressus illico abirem?

(242) H : Forsitan lucri famem ac bellicæ laudis studium exuet, ut sapientiæ vacet.

(243) E : Hac spe fretus, discessum meum per tres dies protraxi.

(244) J : Hic *young* adhibetur loco litteræ *i* (115) *ad*; *tso young weï chen*, Gall. *il est encore capable de faire le bien, de pratiquer la vertu.* Confer, supra, cap. II, *not.* 124, *pag.* 63. Aliter A, C, B : dignus est qui inducatur ad faciendum bonum (10,623-2,616-8,292-5,595-1,322.)

(245) Perperam Noël : *Quocirca quotidie spero fore ut brevi ad meliora se convertat.* C, F, H, omnesque interpret. : spero fore ut me brevi revocet.

§. XL. Ego, numquid *sum* sicut isti (246) exigui *hommines°° !·*Si* monita-dent ad suum principem, *et* (247) non accipiat, tunc succensent *ac* **irati-animi-perturbatio apparet in eorum vultu. *Ut* abeunt, tunc exhauriunt *toto* die° vires (248) et deinde diversantur°! ¶ Yun chi audiens hæc ait: *Ego* Chi vere exiguus (249) homo *sum*°.

§. XLI. *Cum* Meng tseu exiret *regno* Thsi, Tchhoung yu (250) *in* itinere interrogans ait: *Magister, videris habere non lætantis colorem° (251). Præteritis diebus, *ego* Yu *hæc* audivi a *magistro dici: *Sapiens non immurmurat Cœlo; non conqueritur-de hominibus.

M. t. ait: Illud *erat* unum tempus, hoc *est* (252) unum tempus°.

Post *quingentos (253) annos, certe fuit *imperator

(246) J: Ministros angusti ingenii ac mentis abjectæ intelligit.

(247) A, B: Si princeps eorum monita non audiat, si eorum consiliis non obsequatur....

(248) J: Multum abest ut, meî instar, moras consulto nectant, sperantes fore ut princeps resipiscat, ac eos tandem docili mente audiat. *Ibid.* Celeriter abeuntes toto die incedunt, atque (E) adhuc timent ne non satis satis longo intervallo a principe remoti sint.

(249) I. e. stultus.

(250) A: Mencii discipulus.

(251) *Sse*, oris habitus, vultus. Videris anxius et tristis; Gall.: *vous avez l'air triste.*

(252) H: Tempus illud, quo te docebam, a præsenti, quo regni Thsi regulus mea præcepta respuit, multum differt.

(253) C: Eo magis doctrina mea neglecta doleo, quod præsens tempus, regulo alicui, ad sublimem imperatoris dignitatem, sapientiæ præceptis promovendo, maxime opportunum est. Jam dudùm enim elapsum est tempus (*sc.* 500 anni) quo hujusmodi imperator, Cœlo jubente, exsurgere solet.

exsurgens. *In* eorum medio (254) certe fuerunt *viri* (255) qui inclaruerunt *in* generatione. *A tempore familiæ* Tcheou (256)* huc-usque, septingenti * et-amplius anni *effluxerunt*.° Ex hoc numero (257), tunc *jam dudum* elapsus-est° (258); *si* ex hoc tempore (259) examinetur°, tunc licet° (260).

§. XLIII. °Cœlum nondum vult pacifice regi *imperium°. Si vellet pacifice regi *imperium, in hodierno° ævo, *si* rejiciat me, illud quemnam (261)°? Ego** qua-de-causa *essem* non lætus° (262)?

(254) J : Quingentorum annorum medio, i. e. eodem tempore (C).

(255) C, J : Cum vero imperator omnem administrationis campum solus complecti non possit, Cœlum, eodem tempore (*sc.* post 500 annos), aliquem virum sapientem exsurgere jubet qui imperatorem suis consiliis suaque prudentia adjuvet et dirigat.

(256) H : Indicat tempus regum *Wen wang* et *Wou wang*.

(257) J : *Si l'on calcule d'après ce nombre d'années; scil.* ex consueto 500 annorum (H) spatio.

(258) H : Sc. hic numerus. E : si ad hos septingentos annos attendas, patet (F, H, J) ducentos annos supra quingentos esse elapsos (*il s'est écoulé deux cents ans de plus*). Idcirco aliquem imperatorem mox exoriturum esse certissimum est.

(259) J : Si ad tempus præsens attendas, omnes universi imperii populos, turbis civilibus belloque perpetuo defatigatos, pacem anhelare comperies.

(260) A, C : Intestinos tumultus compescere, regulos se invicem hostilibus armis lacerantes sedare, ac unius imperatoris potestati subjicere, facile est.

(261) J : Quemnam alium sapientem assumet vel inveniet Cœlum? H : Mencius se illum ipsum esse existimat quem exsurgenti imperatori sapientiæ consilia dare Cœlum jubebit.

(262) A : Pax aut anarchia, nonnisi cœlo jubente, exoriuntur. Cum igitur, (F) ad præclarum pacis reducendæ optimique regiminis restituendi opus promovendum, a Cœlo electus sim, felicem illum

§. XLIV. *Cum* Meng tseu egressus *regno* Thsi constitisset-in *regione* Hieou (263), Koung sun tchheou interrogans ait : Τὸ magistratum-gerere et non accipere stipendia (264), *est-ne* antiquitatis° agendi-norma°?

M. t. ait : Neutiquam°. In *regione* Thsoung ego obtinui videre regem. *Mox* recessi (265) *et* habui abeundi voluntatem. *Nolebam mutare (266), ideo non accepi° (267).

Cum *deinde (268) *regulus* habuisset (269) colligendi-copias jussum, non potui ut rogarem. *Ergo* τὸ diu-moratum-esse in *regno* Thsi, non *fuit* mea voluntas°.

diem quieta mente exspecto. Itaque, licet aliquam tristitiam vultu præferre tibi videar, nullus omnino mœror mentem occupat.

(263) J : *Hieou* erat urbs in regni *Thsi* limitibus sita.

(264) Vide *supra*, C. IV, §. X.

(265) B : Ut primum vidi fore ut mea opera non uteretur, illico recessi.

(266) J : Mutare meam abeundi voluntatem.

(267) J : Oblata stipendia non accepi. *Vid. supra*, C. IV, §. XX.

(268) H : Paucos post dies quam regem primum videram.

(269) Sic *vers. Tart.* A, B, H : eodem tempore, hostes regnum *Thsi* aggressi sunt, ac rex copias statim colligi jussit. Belli periculis undique imminentibus, abeundi licentiam rogare difficile erat.

CAPUT V.

Tractatus Teng wen koung pars prior.

---

§. I. ¶ *Cum regni* Teng *regulus* Wen koung esset *throni-hæres, *profecturus-in *regnum* Thsou, transivit-in *regnum* Soung et invisit Meng tseu.

Meng tseu locutus-est-de naturali bonitate, *ac*, *in suo* sermone, necessario prædicavit *imperatores* Yao *et* Chun.

§. II. *Throni-hæres ex *regno* Thsou rediens rursus invisit Meng tseu.

Meng tseu ait: *Throni-hæres *an* dubitas-de meis verbis°? ¶ °Via (1) unica *est* *et-nihil-amplius°.

Tchhing hian (2) alloquens *regni* Thsi *regulum* King koung aiebat: Illi (3) *erant* *homines°; ego *etiam* *homo *sum*°. Ego quomodo (4) timerem illos°?

Yan youan aiebat: Chun *cujusmodi-homo *erat*°? Ego (5) *cujusmodi-homo *sum*°? *Qui* *totis-viribus-enitetur, etiam sicut ille (6) *evadet.*

(1) J: Sublimis illa *Via* nihil aliud est quam naturalis bonitas. Porro (B) olim ac etiam nunc sapientes et stulti primitiva illa bonitate præditi nascuntur. Ideo Mencius illam *Viam* unicam esse asserit.

(2) A: Suam de naturali bonitate sententiam veterum auctoritate confirmat.

(3) B: *Sc.* antiquitatis sapientes.

(4) I: Quomodo timerem ne non illis similis evadam?

(5) J: Quasi diceret: an ego et *Chun* imperator ejusdem naturæ non sumus? an forte natus est melior quam ego?

(6) J: Ille i. e. imperator *Chun*.

Koung ming i (7) aiebat : Wen wang meus (8) magister *est*°. Tcheou koung numquid decipit me° ?

§. III. Nunc *regnum* Teng, *si* rescindas *ejus* longitudinem *ad* compensandam brevitatem (9), habebit (10) *quinquaginta li°. *Ergo* adhuc potes, ut *ex eo* facias bonum regnum. Chou *king* (11) ait : Si (12) *æger* medicina non *perturbatur, ejus morbus non sanatur.

§. IV. *Cum regni* Teng *regulus* Ting koung (13) obiisset, *throni-hæres alloquens Jan yeou (14) ait : *Olim (15) Meng tseu *mecum (16) *locutus-est in *regno* Soung. In corde *meo* *numquam *hæc verba* oblitus-sum. Nunc° *cum* *misero–casu devenerim ad magnam rem (17), ego

(7) H : Vir quidam sapiens e regno *Lou* oriundus.

(8) I : *Koung ming i* dicere solebat : « *Tcheou Koung* aiebat : principis *Wen wang* sanctitatem imitari et assequi possum » ; hinc patet principem *Wen wang* ejusdem mihi naturæ fuisse. Ego proinde illum imitari ac alter *Wen wang* evadere possum. Numquid *Tcheou koung* his verbis (supra allatis) mihi fucum facere voluisset ?

(9) I. e. Exiguam ejus latitudinem. A : ne dicas tuum regnum augustius esse quam ut in eo vere regnare possis ?

(10) Sic interpres B.

(11) A : Capite *Youeï ming* (10,094-1,200).

(12) A : i. e. Nisi princeps se ipse vincat, cupiditatesque suas refrænet, perfectam administrationem ac late florentem potentiam adipisci non poterit.

(13) J : *Ting koung* erat pater principis *Wen koung*.

(14) J : *Jan yeou* erat magister principis *Wen koung*.

(15) Vide supra § I.

(16) Litteram *Tchang* (1,413) præteriti temporis notam cum verbo *yan* (9,937) conjunge.

(17) J : Indicat patris sui exsequias.

cupio mittere te interrogaturum (18) a Meng-tseu * et-deinde perficere rem.

¶ Jan yeou transiens-in *regnum* Tseou interrogavit a Meng tseu.

Meng tseu ait: (19) Nonne etiam pulchrum *est*° *!* Parentum exsequiæ vere *sunt* illud-quo se-ipsum exhaurit (20) *homo* •.

Tseng tseu aiebat: *Si, dum* vivunt, servias illis secundum ritus; *si, quando* mortui-sunt, sepelias eos secundum ritus; *si* (21) cæremonias-tsi-facias illis secundum ritus, poteris dici pius •. *Parentales* * regulorum • ritus ego nondum • didici •. Verumtamen ego * audivi illos •. Trium annorum° luctum, inferius-consutam *ac* e-viliori-tela-confectam° vestem, * crassioris-orizæ-aqua-decoctæ° cibum, ab * imperatore * usque-ad * plebeios-homines, tres Familiæ (22) simul-habuerunt° (23).

§. V. *Cum* Jan yeou retulisset (24) *hunc* sermonem, (25) decrevit servare trium annorum° luctum. Patris fratres-majores, centum magistratus, simul non voluerunt, dicentes: *Inter* nostri (26) honorandi regni Lou

(18) J: Ut ab eo disceret funerum ritus qui jam dudum vigere desierant.

(19) J: *Meng tseu* ejusmodi quæstionem laudibus extollit.

(20) J: Pius filius omnem erga parentes defunctos animi dolorem omnesque affectus effundere debet.

(21) *Sc.* Postquam sepulti sunt.

(22) *Sc.* Familiæ *Hia* (1,780), *Chang* (1,299) et *Tcheou* (1,187).

(23) I: Illis familiis regnantibus, omnes homines, sive nobiles, sive plebei, tria hæc, sine ullo discrimine, servabant.

(24) Sic E. *Id est* (H) Mencii responsum.

(25) H: Princeps throni hæres.

(26) A: Reguli regnorum *Lou* et *Teng* erant cognati, ut pote

pristinos principes (27), nullus illum *luctum* peregit; *inter* nostros pristinos principes (28), etiam nullus illum peregit°. *Quod-attinet-ad tuî° personam (i. e. tu vero), °*si* repugnas (29) illis, *tunc* non licet. Porro Historia ait: « *In* exsequiis, *et in* cæremoniis-tsi-faciendis sequere pristinos avos. » Id-est: (30) Nos habemus *viros a* quibus *traditione* accepimus eos°.

§. VI. ¶ Compellans Jan yeou ait: Ego aliis diebus *numquam studui *nec* interrogavi (31). Gaudebam *equitari et tractare gladium. Nunc vero patris fratres-majores *et* centum magistratus non me (32) sufficere-*putant*°. Timent *ne* ipse non possim exhaurire *cor* in magna *exsequiarum* re. Tu, causâ meî, interroga Meng tseu.

Jan yeou iterum transiens-in *regnum* Tseou interrogavit Meng tseu.

regis *Wen wang* posteri. G: cum *Tcheou koung*, regni *Lou* conditor, natu major esset, cæteri fratres eum reverebantur; ideo regni *Teng* reguli parentes regnum *Lou* vocant *Tsoung koue*, i. e. honorandum regnum.

(27) H: innuit principes *Pe khin* (138–7,112) etc.

(28) H: Innuit principes *Cho sieou* (1,099–8,031) etc.

(29) J: Si agas aliter ac nostri majores qui hos ritus non servarunt. J: indicant tantum posteriorum ætatum regulos. Antiquitatem (A) enim altius repetendo, *Tcheou koung* funereos ritus instituisse patet.

(30) I, J: Ea quæ a majoribus tradita sunt, posteris pro libitu immutare ac pervertere non licet. Longe aliter E: hos ego ritus a Mencio accepi.

(31) J: I. e. nativam bonitatem quæ in *Yao* et *Chun* enituit, philosophiæ studio, non excolui.

(32) I: Cum sciant me, superioribus annis, nonnisi inanibus studiis vacavisse, meis verbis ac consilio fidem se adhibere non posse aiunt.

Meng tseu ait : (33) Ita *est.* Non licet (34) ut *ab* aliis quærat *illud*°°.

* Confucius ait : « Principe defuncto, *res* administrabantur a * primario-aulæ-ministro. (35) Sorbebat orizam-crassiorem-aqua-decoctam, *ejus* facies (36) *erat* valde nigra. *Ubi* adierat (37) sedem et lamentabatur, *inter* centum magistratus *et* * præfectos nemo audebat non commoveri-ex-animo. *Quia scilicet* præibat (38) illis°. Quando superiores habent *aliquid* quod amant (39), inferiores necessario habent magis°°°. « * Sapientis° virtus *est sicut* ventus°; exigui hominis° virtus *est sicut* herba°. Herba, *si* super-incumbat° ventus, necessario flectitur. » Hoc est-penes * throni-hæredem (40).

(33) J : Cum funerei ritus jam pridem antiquati sint, non miror eos principi priscas cæremonias restaurare cupienti fidem non adhibere.

(34) J : Equidem si omnes antiquitatis ritus nunc obsoletos subito renovare vellet, illi fides non esset adhibenda ; sed cum in præsenti casu satis habeat filius omnem dolorem piosque animi affectus depromere (I), parum curare debet utrum ab aliis approbetur nec ne ; (H) quærat in se ipso et nihil amplius.

(35) E : *Sc.* Princeps regiæ dignitatis hæres.

(36) *Sc.* Præ dolore.

(37) H : Sedem seu locum ubi, ante patris cadaver feretro inclusum, diu noctuque per quinque menses lugebat, priusquam illud terræ mandaret.

(38) J : Illis teneræ erga parentes defunctos pietatis exemplum præbebat.

(39) C : Populus regem in omnibus imitari studet, ac sæpissime quas ille res amat majore adhuc studio atque amore prosequitur.

(40) J : Si princeps tuus parentari velit, omnem animi dolorem

§. VII. *Cum* Jan yeou retulisset *hunc* sermonem, *throni-hæres ait : Ita *est.* Hoc vere est-penes me.

Quinque mensibus habitavit-in tuguriolo (41), *ac* neutiquam habuit (42) ¶ mandata *aut* edicta. Centum magistratus *et* *consanguine iomnes (43) *eum* vocantes dixerunt sapientem *rituum.* *Ubi-venit sepulturæ *dies* e quatuor partibus (44) *homines* venerunt *ut* viderent illud. *Ob* *vultus *ejus*° squalorem, ejulatuumque *et* fletuum °acerbitatem, qui * venerant-ad-exequias (45) magnopere lætati-sunt (46).

§. VIII. *Regni* Teng *regulus* Wen koung interrogavit-de gubernando regno.

Meng tseu ait : Populi res (47) non debent remisse-

effundat, ac parentes et magistratus, tam insigni pietatis exemplo commoti, una condolebunt atque ipsi acquiescent.

(41) Olim imperatore defuncto, filius imperii hæres ex vimine et ex fragmentis ligneis aut sarmentis extra secundam palatii portam ad orientalem partem, erigebat tuguriolum in quo patrem toto triennio lugebat. (*Noel*).

(42) I. e. H : nulla promulgavit edicta atque omnem a se amandavit regiminis curam.

(43) Interpres *Khing youan fou* (3,032-5,126-10,899), cui assentit G, locum mendosum esse suspicatur, ac litteræ *kho* (1,120) litteram *kiaï* (6,490) substituendam esse censet. Hanc lectionem secutus sum.

(44) Perperam Noel : *innumerabilis hominum multitudo ex quatuor imperii partibus, videndi causâ, undequaque confluxit.* J : verba *sse fang*, quatuor partes regni *Teng* indicant.

(45) J : Vicinorum regulorum legati qui funebrem pompam comitaturi venerant.

(46) E : *Sc.* videntes eum parentales ritus tamdiu obsoletos, ut pium filium decet, perfecte implevisse.

(47) J : intelligit agriculturam.

curari°. *Liber* Chi *king* (48) ait : « Interdiu° eamus-collectum stipulas (49) ; noctu° *torqueamus-funes (50) ; celeriter ipsi ascendamus-in domum *nostram*. *Mox* ipsi incipiemus serere centum fruges. »

§. IX. *Hæc* populi° est (51) via°. Qui habent constantem rem-familiarem (52), habent constantem cordis *honestatem*. Qui carent constanti re-familiari, carent constanti cordis *honestate*. *Si* careat constanti cordis *honestate*, (53) *tunc in* recti-violatione, *in* animi-pravitate, *in* morum-nequitia *atque* effrænata-licentia, nihil-est *quod* non faciat°. *Si* postquam incidit in crimen, deinde *persequendo plectas illum, *hoc* est retibus-includere populum°. Quomodo fieret *ut* humanus vir stans-in *regia* sede τὸ (54) retibus-includere populum° posset facere°?

§. X. ¶ *Idcirco sapiens (55) princeps certe observantiæ plenus *et* parcus *est;* observat inferiores *suos*, *atque*

(48) A: *Chi king*, libro *Pin foung* (10,371-12,271), oda *Thsi youeï* (3-4,027).

(49) H : Quibus domus contegatur.

(50) I : Stramineos funes ad colligandum hujusmodi stipulas aut juncos.

(51) H. Quasi diceret : hæc est populi natura.

(52) H : I. e. agros illis a principe datos, quorum fructibus, per totam vitam ali possint.

(53) J : *Fang*, dicitur de eo qui Rationi resistere incipit ; *pi* qui indulget libidini ; *sie* qui patrat malum ; *tchhi*, qui in vitium, laxis habenis, ruit.

(54) I : Quomodo populum retibus includere posset? H : Litteræ *wang min* intelliguntur de principe qui, re familiari populo non attributa eum in justitiæ retia ac proinde in necem protrudit.

(55) J : *Sc.* humanus princeps de quo supra.

exigendo *tributum* a populo (56) servat modum. Yang hou (57) aiebat : *Qui* exercet divitias (58) non *est* humanus, *qui* exercet humanitatem non *est* dives°.

§. XI. ** Principes-familiæ-Hia *ex* * quinquaginta (59) *jugeribus*° exigebant-tributum-Koung. *Familiæ* In homines *ex* *septuaginta (60) *jugeribus* °exigebant-tributum Tsou. *Familiæ* Tcheou homines *ex* centum jugeribus° exigebant-tributum-Tchhe (61). *In* (62) eorum realitate,

(56) J : Non exigit magis quam par est.

(57) J : Idem ac *Yang ho* (10,424). E : erat quidam regni *Lou* reguli minister ex familia *ki* (2,072) oriundus.

(58) I. e. A: qui lucro unice intentus, nimia exigit (J) vectigalia. Gallice : *Celui qui* (*en levant des tributs*) *ne songe qu'à* faire de l'argent (*weï-fou*). Perperam Noel : *esse* dives. I : *weï*, aliquam exercitationem significat.

(59) J : Singuli agricolæ quinque jugerum fruges (i. e. frugum omnium decimam partem) principi in tributum solvebant.

(60) G, J : 630 parva jugera dividebantur in novem quadrata; hæc novem quadrata vocabantur unum *Tsing*, i. e. figura quadrangula referens litteram sinicam *Tsing* (76, *quam vide*). Unumquodque quadratum continebat septuaginta jugera ; quadratum in medio positum dicebatur publicum aut commune, quia debebat arari ab octo simul colonis reliquorum octo quadratorum, pro publicis regis sumptibus ac (J, *not.* 81) annuis virorum in rem publicam bene meritorum reditibus. Quadrata octo lateralia erant singula singulis colonis propria absque tributo.

(61) J : Tributum *Tchhe*, comprehendit tributum *Koung* et tributum *Tsou*. G : familiæ *Tcheou* imperatores assignarunt unicuique patrifamilias centum parva jugera, et in agris quidem urbi adjacentibus imitati sunt normam familiæ Hia : decem patresfamilias colebant mille parva jugera dicta unum *Keou* (5,132), i. e. terminata circumducto canali. In agris remotioribus imitati sunt normam familiæ *In* : Octo patresfamilias una colebant novem quadrata seu nongenta parva jugera dicta unum *Tsing* (76) ; *Vid.* supra

simul *ex* decem unum°. *Tchhe *est* (63) æqualiter-dividere°; *Tsou *est* commodare-operam°.

§. XII. Loung tseu (64) aiebat : *Ad* disponendas (65) terras nihil (66) bonum præ Tsou, nihil *malum (67) præ Koung. *Tributum* *Koung (68) computat plurium annorum° medium ut faciat (69) regulam. *In* lætis annis,

not. 60. J : Verbum *tchhe* duplici sensu pollet; nempe communitatem, et æqualem divisionem significat; communitatem, quia communi opera mille parva jugera simul arabant; æqualem divisionem, quia, messis tempore (A), decem patresfamilias, in agris urbi adjacentibus, uniuscujusque *Keou* (*vid. supra*), et octo patresfamilias, in agris remotioribus, uniuscujusque *Tsing* (*vid. supra*), proventum æqualiter dividebant; ita ut tam hi quam illi ex decem fructuum partibus unam in tributum penderent.

(62) Gall. *Au fond, en réalité.* C : Licet tributa *Koung, Tsou,* et *Tchhe,* nomine differant, re tamen in unum et idem recidunt, quia in unoquoque decima pars frugum in tributum solvebatur.

(63) Sic vers. Tartarica. Cum tamen hic littera *Tchhe* duplici sensu polleat quem latine unico verbo reddere nequeas, meminerit lector eam esse intelligendam sicut supra *not.* 61, *lin.* 1.

(64) G : *Loung tseu* erat vir inter veteres sapientia sua insignis. I : verba sapientis *Loung tseu* in medium adducit ut ostendat oportere nunc exigere tributum *Tsou.*

(65) J : *Tchi* est dividere agros. E : *Tchi* est definire agrorum tributa.

(66) I. e. Ex hisce tributis nullum melius est quam tributum *Tsou*, nullum pejus quam tributum *Koung.*

(67) I : Intelligit tributum *Koung* quale illud exigebant pravi posteriorum ætatum principes, non vero quale sub optimis imperatoribus familiæ *Yn* (7,106) viguit.

(68) Gallice : (*Par le tribut Koung*) *le prince prend le terme moyen entre* (H) *les bonnes et les mauvaises années, et exige toujours la même valeur.*

(69) J : *tchhang* i. e. semel statam frugum mensuram.

quando, *oriza *abundante (70), τὸ multum exigere°° non esset sævitia, tunc (71) parum exigit°. *In* infelicibus annis, *quando, vel* (72) stercorare suos agros° non sufficit *agricola*, tunc certe (73) exigit (74) plenum°. *Quando vir* est populi pater *et* mater, *si* efficiat *ut* homines** trucibus-oculis-intuentes* usque-ad-finem (75) anni, *assiduis-laboribus-conficiantur, nec possint ut alant (76) suum patrem *et* matrem, *ac* præterea *mutuum-fenori-accipiant, ut compleant (77) illud; *si* efficiat *ut* senes *et* pueri (78) sese-devolvant in *aquarias-fossas, (79) ¶ in-quo consistit τὸ ejus esse populi pater *et* mater°?

§. XIII. °*Hæreditaria-stipendia (80) *regnum* Teng jam-dudum (81) agit°°. Chi *king* (82) ait: « *Cœlum* im-

(70) C: *Lang li* dicitur de messe abundantiori quæ, suarum frugum pondere gravata, confuse et promiscue jacet. — Lætis, i. e. fertilibus.

(71) J: Juxta definiti tributi canonem. Sed leve hoc est, si attendas ad frugum ubertatem.

(72) J: Quando vel meras stercorationis impensas sustinere nequit.

(73) *Sc.* Princeps, vel tributum.

(74) J: I. e. integram statuti tributi mensuram.

(75) Sic interpres E: *tchi* (8,676) *tchoung souï.*

(76) H: Quia nempe quidquid frugum collegerunt in tributum effunditur.

(77) Vide supra notam 74.

(78) *Sc.* Præ miseria et fame.

(79) I. e. quomodo vocari poterit populi pater et mater?

(80) J: Olim principes filiis et nepotibus præfectorum qui suis in rempublicam meritis claruerant, annua stipendia assignabant.

(81) J: I. e. illa assignat. Cum vero hæc annua tributa ex publicis regiorum jugerum quadratis desumantur, ac reipsa sint necessa-

bre-irriget nostrum publicum (83) agrum, et statim *deinde* attingat (84) nostrum (85) proprium. » Solummodo *vigente* tributo-tsou *existebat publicus ager. Ex his *versibus* patet illud : *sc.* licet (86) *familia* Tcheou etiam exigebat-tributum-tsou°.

XIV. *Suade-erigi *scholas* (87) Tsiang, Siu, Hio *et* Hiao ad docendum illos. *Tsiang *est* (88) alere°; *Hiao *est* *edocere°; *Siu (89) *est* jaculari°. *Sub familia* Hia dicebatur Hiao; *sub* In dicebatur Siu; *sub* Tcheou dicebatur Tsiang. *Quantum ad* Hio, tunc tres *illæ* (90) Familiæ simul-habuerunt illud. Omnes *id sunt* * quo clare-

ria tributi *Tsou* appendix, qui fit ut tuus princeps tributum *Tsoú* non exigat ?

(82) J : Libro *Siao ya* (2,203–11,889), oda *Ta thian* (1,797-6,170).

(83) H : Publicus i. e. principis ager. Vid. *not.* 60. Tart. vers. : tributi ager.

(84) I. e. imbre irriget.

(85) H. J : Agri erant quos, ut vidimus (*not.* 60) octo patresfamilias sibi quisque colebant.

(86) J : I. e. non solum sub familia *In* sed etiam dum familia *Tcheou* maxime florebat.

(87) J : Litteræ *Tsiang*, *Siu*, *Hio*, et *Hiao*, sunt scholarum nomina ; sed *Hio*, de sublimiori regiæ urbis schola dicebatur ; in cæteris, populus vicorum urbi conterminorum edocebatur.

(88) Littera *yang* hic tropice accipitur. H : *alere senes*, i. e. discere quo honore et qua reverentia juvenis senes prosequi debeat. Sic et C.

(89) A : Dicebatur *Siu* quia veteres jaculo scopum petere jubebant illos de quorum virtute certiores fieri cupiebant. G : si intus, mens perfecta sit, extra, corpus erit rectum. Jaculator, si sagitta scopum feriat, immutabile virtutis medium tenere dici potest.

(90) J : Familiæ *Hia*, *Chang* et *Tcheou* scholas *Hio*, eodem sub nomine, habuerunt.

explicantur hominis ordines (91) *seu* officia°. *Quando* hominis officia clare-explicata-fuerunt (92) in superiori *gradu*, exigui homines *se invicem* diligunt in inferiori *gradu*.

§. XV. *Si* eveniat *ut* *imperator *aliquis* exoriatur, certe veniet accepturus (93) exemplum. *Sic* ille fiet *imperatoris magister°. ¶ Chi *king* ait: « *Regnum* Tcheou quamvis *sit* antiquum regnum, ejus imperium° (94) *est semper* novum. » *De* Wen wang° loquitur°. *Si* tu (95) enitaris agere illud, etiam *potes* ut renoves tuum° regnum.

§. XVI. Misit Pi tchen (96) interrogatum-de *terris-in-quadrata-divisis.

Meng tseu ait : *Cum* tuus° princeps *cupiens-exercere (97) humanum regimen, *inter omnes* *eligendo°, miserit te, tu debes totis-viribus-conari° (98). °Humanum regimen debet a delineatione limitum inchoari. *Si* delineatio limitum non *sit* recta, *agrorum-quadrata non *erunt* æqualia *ac* frugum stipendia (99) non *erunt* æqua. *Idcirco immites principes *et* vilès ministri certe negligunt hanc

(91) Vid. *Basilii* dictionar. verbo *lûn* (310).

(92) J : Si princeps omnia humanæ conditionis officia mente teneat ac præceptis et exemplo suo clara in luce collocet.

(93) I : *Sc.* a regno tuo *Teng*.

(94) A : Intelligit imperium quod *Wen wang* a Cœlo acceperat.

(95) H : Indicat principem *Wen koung*.

(96) J : *Pi tchen* erat quidam reguli *Wen koung* minister.

(97) J : Agrorum in quadrata jugera divisionem innuit.

(98) J : Ut conceptam de te spem impleas, munereque tibi commisso egregie fungaris.

(99) H : Stipendia quæ e frugibus a populo in tributum datis proveniunt. Præfectis (*Ibid.*) et virorum de republica bene meritorum filiis assignantur.

delineationem limitum. *Quando* delineatio limitum *semel-recte-facta-est, divisio agrorum *ac* distributio stipendiorum possunt *vel* sedendo° (100) determinari°.

§. XVII. °*Licet regni* Teng *territorium angustum *sit et* exiguum, (101) *oportet-ut-sint (102) *sapientes*; *oportet-ut-sint *rustici-homines°. *Si* non-sint *sapientes, nemo reget* rusticos homines, *si* non-sint *rustici-homines, nemo alet *sapientes.

§. XVIII. Velim *ut*, *in* campis-ab-urbe-remotis (103), *ex* novem unum° communi-labore-coleretur; *ut*, *in* (104) regni medio, *e* decem unum juberes ipsos in-tributum-solvere.

XIX. ¶ *Summi-præfecti *usque-ad-inferiores (105), oportet *ut* habeant *mundum-agrum; *mundus-ager (106)

(100) I : I. e. sine ullo labore, facillime.

(101) A : *Tsiang wei*, i. e. *pi yeou* (2,728–4,028). Gallice : *Il faut des magistrats, mais il faut aussi des cultivateurs.*

(102) I : *Kiun tseu*, hic de eo dicitur, qui in palatio munere aliquo fungitur, vel in regno magistratum exercet.

(103) C : In terris ab urbe regia remotioribus unumquodque stadium partiaris velim in novem quadrangula, quorum medium ab octo lateralium quadrangulorum colonis, cura et labore communi, colatur, ad suppeditandum magistratibus annua stipendia (*Ibid.*), ac pro publicis principis sumptibus. H : Hoc est exigere tributum *Tsou*.

(104) C : In agris urbi regiæ propioribus, ubi populus et pagi frequentiores sunt ac quadrangularis partitio vix fieri potest, assigna unicuique patrifamilias centum jugera colenda, atque e decem frugum partibus unam solvant in tributum.

(105) C : A summis magistratibus usque ad inferiores præfectos (*in-chu*), omnes, etc.

(106) C : Ager cujus fructus faciendis cæremoniis *Tsi* (7,039) destinantur.

contineat *quinquaginta jugera; superadditus vir (107) *habeat* *viginti quinque jugera.

§. XX. *Licet* moriantur (108) *aut* mutent-sedem, non exibunt-e *suo* pago; *si* pagi *hujus* agri *dividantur in* communia quadrata (109), foris (110) *et* intus, unà societatem-inibunt; (111) custodiendo *et* speculando *se* invicem adjuvabunt; *in* *morbis, *sibi* invicem* opitulabuntur, *et* tunc centum familiæ *conjunctissime-vivent.

§. XXI. *Ex* quadrato stadio *fac unum* Tsing; *hoc* Tsing *contineat* *nonagenta jugera (112). *Quadratum in* eorum medio sit publicus ager; octo familiæ, omnes-pariter propria-habentes centum jugera, una excolant (113) publicum agrum; publici *agri* (114) negotiis peractis, *deinde audeant curare propria (115) negotia. *Illud est* *quo distinguuntur (116) rustici homines*.

(107) I : Frater minor sexdecim annos natus, vocatur *Yu fou*; ei datur viginti quinque jugerum ager, ut vestes et cibos suo sibi labore subministret.

(108) E : *Sse* idem ac *tsang* (1,674) *sepelire* mortuos.

(109) H : Indicat novem quadrangula superius dicta, quæ, vigente tributo *Tsou*, octo coloni communi labore arabant.

(110) A : Iter facientes, sese mutuo defendent ne a prædonibus lacessantur.

(111) A : Diu noctuque alii pro aliis vigilabunt ac excubias agent, ne fures domos spolient, vel horrea deprædentur.

(112) I. e. Singula novem quadrata contineant centum jugera.

(113) H : *Yang*, hic significat omnem operam quæ tum ad culturam, tum ad messionem pertinet.

(114) H : *Sse* indicat culturam et messionem agri publici.

(115) H : *Tchi ssesse* i. e. suos ipsorum agros excolere, vel curare.

(116) H : Illud est quo nobiles ab ignobilibus, et princeps a populo, distinguuntur.

§. XXII. Hoc ejus (117) *est* *compendium°. Quoad* (118)* τὸ *mollire-*et*-temperare illa, tunc *illud* est-penes principem et te°.

§. XXIII. Fuit *vir* qui (119) prætendens *imperatoris* Chin noung° verba, *nomine* Hiu hing, e *regno* Thsou transiit-in *regnum* Teng. *Ut* pervenit-ad portam*, allocutus-est *regulum* ¶ Wen koung dicens: *Nos*, longinquæ regionis (120)° homines, audivimus principem exercere humanum (121) regimen; optamus accipere unam habitationem et esse *ejus* (122) populus.

Wen koung dedit illis locum (123). Ejus sectatores, aliquot decem homines, omnes induebant vilioris-lanæ-vestes; *alii* texebant paleares-soleas, *alii* texebant juncinas-storeas ad comparandum cibos.

§. XXIV. *Quidam magistri* (124) Tchhin liang° discipulus, *nomine* Tchhin siang, cum suo fratre-minore

(117) E: *Sc.* divisionis in quadrata jugera compendium.

(118) A, G, J: Quod spectat ad artem leges illas et statuta præsenti tempori populique animis accomodandi, ita tamen ut ab antiquorum imperatorum mente et exemplo non recedant..

(119) J: *Wei*, i. e. *Kia tho* (318-9,957) *prendre un prétexte spécieux.* B: *Tho* (9,957) *s'appuyer, se fonder sur.* A alium sensum affert, nec omnino spernendum: *wei*, i. e. cum laude, vel, magnifice exponere. — Illi imperatorem *Chin noung* (J) aratri et agriculturæ inventorem, suam instituisse sectam jactabant.

(120) J: Indicant regnum *Thsou* (4,379).

(121) J: Indicant agrorum divisionem in quadrata novem, dicta unum, *Tsing* (70), quæ (I) sub imperatoribus *Tchhing thang* et *Wou wang* (3,176-5,124-4,658-5,884 *bis*) vigebat. Vid. *not.* 60.

(122) J: *Meng* est ruris populus. — (123) I: Habitationem.

(124) J: *Tchhin liang* erat doctor quidam e regno *Thsou*; *Tchhin siang* oriundus erat regno *Soung* (2,103).

Sin, humeris-bajulantes * aratrum°, e *regno* Soung transierunt-in *regnum* Teng *ac* dixerunt : Audivimus principem exercere (125) sanctorum virorum ° regimen ; *si* ita-sit, *ille* etiam sanctus homo *est*°. Optamus esse sancti viri populus.

§. XXV. Tchhin siang viso Hiu hing ° magnopere (126) lætatus-est. Omnino abjecit (127) sua studia et studuit°.

Tchhin siang invisens Meng tseu exposuit *magistri* Hiu hing ° verba *atque* ait : *regni* Teng princeps, tunc vere sapiens princeps *est*°. * Quamvis-res-ita-sit, nondum audivit (128) normam°. * Sapiens cum populo una arat et comedit; * concoquit-cibos (129) *suos* et (130) gubernat. Nunc ¶ vero *regni* Teng *regulus* habet * horrea *et* * æraria ; tunc *illud* est vexare populum° (131) ut se-ipsum alat°. Quomodo potest *vocari* sapiens ?

§. XXVI. Meng tseu ait : *Numquid* * Hiu profecto serit milium et deinde *eo* vescitur° ?

(125) J : Indicat imperatores familiarum *Hia, Chang* et *Tcheou* (1,780-1,299-1,187).

(126) J : Sermones quibus *Hiu hing*, regni administrationem cum agricultura conjungendam (vid. infra *not.* 130) ac merces eodem omnes pretio (vid. infra *not.* 214) esse vendendas docebat, ipsi valde placuerunt.

(127) J : Abjecit rectissimam doctrinam quam a magistro *Tchhin liang* acceperat, atque perversis sophistæ *Hiu hing* dogmatibus animum applicuit.

(128) H : Tacite innuit imperatoris *Chin noung*, vel potius sophistæ *Hiu hing* doctrinam.

(129) Sic E. H : Litteræ *Young* et *Thsan* jentaculum et cœnam significant.

(130) A : I. e. nec ea cura ab administratione regni distrahitur.

(131) A, E conjunctionem *eul*, utpote inutilem, recidunt.

Tchhin siang ait : Ita *est.*

M. t. ait : Numquid * Hiu profecto texit cannabinam-telam et deinde *ea* vestitur°?

— *T. s.* ait : Neutiquam. * Hiu induit (132) * laneas-vestes. »

— *M. t. ait : numquid* * Hiu gestat-pileum°?

— *T. t.* ait : gestat-pileum.

— *M. t.* ait : (133) Quomodo pileum?

— *T. t.* ait : Pileum (134) *e* tela-sine-ornatu.

— *M. t.* ait : *An* ipsemet texit (135) illa°?

— *T. t.* ait : Minime. Cum milio permutat illa.

— *M. t.* ait · * Hiu * quomodo non ipsemet texit *illa?*

— *T. t.* ait : *Illud* noceret in (136) agriculturam.

— *M. t.* ait : *Numquid* * Hiu utitur vase-æneo *et* vase-testaceo *ad* coquendos-cibos? *Numquid* utitur ferreo-*vomere ad* arandum°?

— *T. t.* ait : ita-*est.*

— *M. t. ait : numquid* ipsemet conficit illa°?

— *T. t.* ait : Minime. Cum milio permutat illa.

— §. XXVII. * *M. t. Si ille* (137) *qui* cum milio permutat arma *aratoria et* vasa *coquinaria* non censetur (138) vexare

(132) C : *Tchhin siang* Menciani argumenti vim hoc diverticulo effugere frustra conatur; namque tela sive cannabina sive lanea textoris opera pariter conficitur.

(133) I : I. e. qualem pileum? Gallice, sed ineleganter, *un bonnet comment?*

(134) I : *Sou pou* (7,786).

(135) B, J referunt litteram *tchi* ad pileum, C vero et H, ad pileum ac laneas vestes de quibus supra.

(136) Gallice : *Nuirait à l'agriculture.*

(137) *Sc.* agricola.

(138) H : Contra, ea permutatione, sibi mutuum præstant auxilium.

figulum *et* fabrum-ferrarium, *tunc* figulus *et* faber-ferrarius qui pariter cum suis armis *aratoriis et* vasibus *coquinariis* ¶ permutant milium, numquid censentur vexare *agricolam°? Porro *Hiu (139) *quidni agit figulum *et* fabrum-ferrarium? Tantummodo (140) *hæc* omnia desumeret ex suæ domûs medio et uteretur illis. *Qua-de-causa **trepidus-et-negotio-plenus cum centum opificibus *mutuum-commercium-exercet? Quomodo *Hiu° non timet *tot* molestias?

T. t. ait: Centum (141) opificum° res profecto non possunt arando insuper peragi°.

§. XXVIII. *M. t.* *Si-res-ita-sit, *numquid* administratio *imperii sola potest arando insuper peragi°? *Alii* habent (142) magnorum hominum °negotia; *alii* habent° exiguorum (143) hominum °negotia. Porro *utendo* unius viri° (144) persona°, (145) illa-quæ centum opifices° conficiunt, præparata *adsunt.* Si necesse-haberes *ea* ipsemet conficere, ut deinde utereris illis, *illud* esset compellere

(139) *Hiu hing* ac ejus sectatores intelligit.

(140) Perperam Noel : *Eceur hæc omnia in opificum domibus ac officinis solum mercando accipiunt ac postea ad suum usum adhibent?* C : Si fabrum ferrarium et figulum ipsimet agerent, tunc omnia quæ illi conficiunt vasa in propria domo desumerent (*ils n'auraient qu'à les prendre chez eux*); quanto commodius illud esset quam indesinenter, modo ad hunc, modo ad illum opificem cursitare! — Nemo non videt ironice hæc esse accipienda.

(141) Sic J : Centum, i. e. omnium ; numerus definitus pro indefinito ponitur.

(142) H : Indicat eos qui imperium gubernant.

(143) H : Indicat agricolam.

(144) H : *Jin* indicat agricolam de quo supra.

(145) Sic I. H : Solus et nullo auxiliante, omnia vasa usui suo

* imperium (146) ad (147) cursitandum-per-vias°. Itaque dicitur: Alii laborant mente, alii laborant viribus. Qui laborant mente regunt homines; qui laborant viribus reguntur ab hominibus. Qui regunlur ab hominibus alunt (148) homines, qui regunt homines aluntur ab hominibus; *In* *mundo°, *hæc est* universalis (150) æquitatis *lex* *.

§. XXIX. ¶ In *imperatoris* Yao° tempore, *imperium *nondum-adhuc tranquillum *erat*. Vastæ aquæ transverse (151) fluentes *inundaverant in *imperium; plantæ *et* arbores *luxuriantes-pullulaverant; volucres *et* feræ *ingenti-numero-abundabant; quinque fruges non maturescebant; volucres *et* feræ damna-inferebant hominibus (152); ferarum vestigiorum *et* volucrum vesti-

necessaria, unico laboris sui fructu, præsto sibi comparare potest. I: Quod multo commodius est quam si hæc omnia ipsem etconficiat; etenim alteri rei vacare nequit quin alteram statim negligat.

(146) Imperium, i. e. imperii homines.

(147) C: Hinc patet quanto minus imperator, qui tot et tantarum rerum onus sustinet, agriculturam cum regni administratione conjungere possit.

(148) J: *Sc.* annua tributa solvendo.

(149) H: Litteræ *thian hia* (imperium), omnia tempora, omnes locos et homines complectuntur.

(150) I: Imperator mentem et ingenium, agricola corporis vires exercere debet (2,108).

(151) H: i. e. Supra ripas se se effundentes.

(152) Hunc locum valde intricatum imo mendosum, cum plerisque interpretibus, existimo. Littera enim *tao* redundare videtur. Ideo eam multi, inter quos tartaricus interpres, deleverunt. Hanc tamen servare potes si peritam interpretis E emendationem sequaris: *Cheou-ti-niao-tsi-kiao-iu-tchoung-koue-tchi-tao*, animalium vestigia intermiscebantur (*H: se croisaient en tous sens*) in medii

giorum °viæ intermiscebantur in (153) *regni-medio. Yao solus (154) mœstus-fuit illis *damnis*. Promovit Chun ut (155) *latius* extenderet regimen°. Chun (156) jussit *ministrum* (157) I præesse igni. *Cum* I injecto-igne-in montes *et* loca-paludosa° (158) combussisset illa, volucres *et* feræ fugerunt *procul ac* se-abdiderunt.

Yu cursum-aperuit (159) novem fluviis, deduxit *fluvios*

imperii viis. Cum mihi textum emendare non liceat, sequor H : *tao*, i. e. viæ quibus volucres et feræ ibant. Sensus tamen in idem recidit. Non assentit G, sive *Tchou hi*.

(153) Noel verba *tchoung koue* perperam interpretatur *Chinam*, ut usu venit. H, I : *Iu tchoung koue* i. e. *iu koue tchoung*, gallice : *Jusqu'au centre, jusqu'au milieu de l'empire;* quasi diceret in iis locis quæ populo frequentiores erant.

(154) Gallice : *Etant seul*. C, I : Tot et tanta erant damna, ut illis solus mederi non posset.

(155) J : Ut scilicet mala ubique grassantia dispelleret.

(156) *Chun* imperatoris *Yao* minister, munus commissum viribus suis majus existimans, etiam adjutore *Pe i* usus est.

(157) J : Sc. *Pe i* (138).

(158) I : *Ye*, stagna in quorum margine crescunt herbæ et arbores. Aliter C : Loca in quibus crescunt herbæ et arbores.

(159) A : Inter omnes orientis et septentrionis fluvios, nullus erat vastior nec violentior fluvio *Hoang;* oppositæ enim moles aquarum ejus impetum coercere nequibant. Ut igitur ejus vim imminueret, illum in novem fluvios minores divisit. Videlicet, E : *Tou-hiaï* (2,693–12,514); *Thaï-sse* (1,799–1,123); *Ma-kie* (14,469–12,223); *Fo-fou* (9,859–11,384); *Hou-sou* (5,108–9,312); *Kian* (7,599); *Kie* (5,227); *Keou-phan* (11,400–6,570); *Ke-tsin* (12,733-4,958). His novem fluviis alia etiam dabantur nomina. E, *ibid.* : *Hou-kiang* (5,421–4,857); *Pang-kiang* (9,401); *Hou-pe-kiang* (5,421-6,483); *Kia-mi-kiang* (1,400-12,036); *Kiun-kiang* (7,505); *Thi-kiang* (3-469); *Lin-kiang* (2,575), *Youan-kiang* (5,126), *Khiouan-kiang* (6,199).

Tsi *et* Ta, et fluere-fecit *eos* (160) in mare. Liberiorem-viam-dedit *fluviis* Jou *et* Han (161), expedivit-cursum *fluviorum* Hoaï *et* Sse et fluere-fecit illos *in fluvium* Kiang. *Deinde *in* medii regno *homines* potuerunt (162) obtinere ut comederent°. In hoc tempore* Yu (163) octo annis *fuit* *foras; ter transivit-ante suæ *domûs* portam, et non ingressus-est. Quamvis voluisset arare, *numquid* potuisset°?

§. XXX. ¶ Heou tsi (164) docuit populum τὸ serere *et* metere. *Ubi* seminatæ *et* lolio-expurgatæ-sunt quinque fruges, quinque fruges maturuerunt et populi homines habuerunt-alimoniam.

Homines* habent (165) rationem°. *Si vero* *ad-saturitatem-comedant, *si* calide vestiantur, *si* *commoda-habitatione-utantur et careant educatione, tunc accedunt ad *animalia.

Sancti viri (166) iterum (167) mœsti-fuerunt illis. *Chun* (168) jussit Sie agere *educationis-præsidem *et* docere

(160) A : *Sc.* fluvios *Tsi* et *Ta* nec non novem fluvios supra dictos.

(161) I : *Kioue, phai,* i. e. oppositos illis obices removit.

(162) A : Homines arare potuerunt ut cibos sibi compararent.

(163) J : Quamdiu coercendis et deducendis aquis vacavit.

(164) J : Imperator *Yao* rei agrariæ præfecit *Heou tsi.*

(165) J : Homines omnibus virtutibus a Cœlo imbuti nascuntur (*ils apportent en naissant le germe de toutes les vertus*). Sensus litteræ *tao* latissime patet; hic significat (H) *ping-i* (7,121-2,654) *the moral principle instilled by Heaven in human nature.* Morrison, Syllabic Dictionary.

(166) H : Scilicet *Yao* et *Chun.*

(167) A, C : *Yeou* (4,028) i.e. *yeou* (1,089) iterum.

(168) Perperam Noël : *Sapientissimus imperator* (*Yao*) *jussit, etc.* H cæterique interpretes : *Chun jussit.*

populum de hominis officiis : *sc. ut* pater *et* filius habeant (169) amorem, *ut* princeps *et* minister habeant (170) æquitatem; *ut* maritus *et* uxor habeant (171) discrimen; *ut* senior *et* junior (171²) habeant ordinem; *ut* *amici-et-socii habeant fidem.

Fang hioung (172) aiebat (173) : « Adhortare illos; advoca illos; ad-virtutem-reduc illos; emenda illos; adjuva illos; promove illos; effice (174) *ut* per-se-ipsos obtineant illud; insuper *deinde (175) *beneficia-confer illis ». *Cum* sancti viri °sollicitudine-afficerentur-causâ populi *hoc-modo°, *numquid* otium-habebant arandi°?

§. XXXI. Yao (176) ex τῷ non invenire Chun faciebat suam sollicitudinem; Chun ex τῷ non invenire Yu *et* Kao yao faciebat suam sollicitudinem.° Qui propter τὸ cen-

(169) J : *I. e.* pater diligit filium; filius pium se præbet in patrem.

(170) A : Princeps imperat ministro secundum ritus; minister servit principi secundum cordis rectitudinem. — *I* intelligitur de officiis quæ principem et ministrum sibi mutuo exhibere oportet. Vide supra *not.* 150.

(171) Mariti erga uxorem et uxoris erga maritum officia, non eadem sunt; maritus (J) ducit, uxor sequitur; i. e. hic imperat, illa obsequitur.

(171²) C : Frater-major primo-loco-habetur, frater-minor secundo. Hic *siu* (2,605) ordo est qui inter eos intercedit.

(172) *Yao*, cognomine dictus *Fang hioung*, i. e. immensorum meritorum vir.

(173) I : Suo fratri *Sie* (360).

(174) B : Effice ut nativæ bonitatis ductum sequantur.

(175) Sic E et J : *Kia-'gen-hoeï* (8,68-2,839-2,924.).

(176) I. e. *Yao* antequam reperisset sapientem ministrum *Chun* animo maxime angebatur. A : Ipsi enim, non levis momenti res, sed

tum jugera° non excoli facit suam sollicitudinem, *agricola *est*° (177).

§. XXXII. (178) Tὸ dividere hominibus ex *suis* divitiis, vocatur° beneficentia, τὸ edocere homines de virtute vocatur° rectitudo; τὸ (179) causâ *imperii (180) obtinere hominem° vocatur° humanitas. *Idcirco τὸ ex *imperio (181) donare *aliquem* hominem, facile *est*; τὸ causâ *imperii obtinere hominem, difficile *est*.

§. XXXIII. *Confucius aiebat: *Quam-magnum-in-modum Yao° agebat principem! Solum Cœlum ést magnum, solus Yao imitatus-est illud. ** Proh-quam-vastus-et-immensus! Populi non potuerunt (182) nominare *illum*°. * Quantus-princeps *erat* Chun°! ** Proh-quam-excelsus-et-sublimis! Habuit *imperium et non ad (183) *se*°.

Yao *et* Chun° *dum* regerent *imperium, numquid non-

universi imperii nondum placida pace compositi administratio curanda incumbebat.

(177) B : Illud exigui hominis res est ac levis momenti sollicitudo; numquid cum gravi imperatoris *Yao* et ministri *Chun* sollicitudine conferri potest?

(178) J : I. e. qui dividit suas divitias ut eas det hominibus, exiguum præstat beneficium.

(179) *Causâ imperii*, i. e. ad gubernandum imperium.

(180) Invenire sapientem virum (A) sicut *Yao* ministrum *Chun*, et *Chun* ipse ministros *Yu* et *Kao yao*.

(181) J : I. e. universi imperii dominium alicui committere.

(182) J : I. e. populus ejus animi et virtutis magnitudinem sat præclaro nomine depingere nequivit.

(183) A : Omne imperium, tanquam (C) privatus homo, possidebat, nec tam excelsa dignitate magis lætabatur, quam si ad se (*iu-khi*, 8,702-2,354) nullatenus pertineret.

habuerunt (184) *satis negotii in* quo impenderent suum animum°? Etiam non impenderunt *illum* in agricultura°.

§. XXXIV. Ego audivi *fuisse viros* qui utentes (185) Hia immutaverunt barbaros; nondum audivi *fuisse Sinas* (186) qui immutati-fuerint a barbaris°. Tchhin liang (187), *regni* Thsou proles•, amore-captus *principis* Tcheou koung *et* *Confucii° doctrinæ (188), in-septentrione studuit in medii regno. Borealis regionis° *litterati (189) ¶non potuerunt fortasse illum antecellere°. Ille *is est* quem voces *virtute-et-ingenio-præstantem• litteratum°. Vos° (190), frater-major *et* frater-minor, serviistis illi (191)

(184) J : Indicat laborem quem *Yao* et *Chun* edocendo, alendo et damnis omnibus eximendo populum, insumpserunt.

(185) J : Audivi fuisse viros qui ope sublimis doctrinæ, ab imperatoribus familiæ *Hia* nobis traditæ, barbarorum mores emollierunt ac emendarunt......

(186) J, A : Nondum audivi fuisse viros qui, sublimi doctrina familiæ *Hia* imbuti, insulsis barbarorum præceptis, se perverti siverint. — Sophistam *Hiu hing*, inter orientis barbaros natum, perstringit.

(187) C : In exemplum adducit *Tchhin liang*, quem licet inter australes barbaros natum sinica doctrina emollivit ac virtutis illicio penitus immutavit.

(188) I : Rationem et æquitatem intelligit.

(189) Perperam Noël : *Quamvis hujus doctrinæ, quam didicerat, notitia et perfectione, boreales litterarum alumnos fortasse non antecelluerit.* A, B, C, E : ex borealium regionum (i. e. imperii sinensis) litteratis, nemo forte doctrina et sapientia doctorem *Tchhing liang* antecelluit.

(190) J : Frater-major, *sc. Tchhin siang*, frater-minor, *sc. Tchhin sin.*

(191) J : *Illi*, indicat doctorem *Tchhin liang. Sse*, servire, i. e. E, H : (2,430) aliquem habere-pro-magistro, *seu* doctore.

aliquot decem annis. Magistro mortuo* statim defecistis ab (192) illo.

§. XXXV. *Olim *Confucio mortuo (193), tribus annis *elapsis (194), *discipuli compositis sarcinis *jam-jam-redituri, ingressi-sunt *ut* valedicerent (195) ad Tseu koung. *Ut* *in-mutuo-conspectu-steterunt°, luxerunt *ac* omnes (196) amiserunt vocem. *Deinde (197) reversi-sunt.

Tseu koung (198) rediit. Exstruxit domum in parentali-area (199) *et* solus *ibi* habitavit tribus annis. *Deinde reversus-est.

Aliis diebus (200), Tseu hia, Tseu tchang *et* Tseu yeou, propter τὸ Yeou jo (201) referre sanctum virum, volebant, secundum* id-quo servierant *Confucio, ser-

(192) H : *Peï*, idem ac *peï* (8,450) G. Gallice : *Tourner le dos à quelqu'un.* Innuit eum insulsæ sophistæ *Hiu hing* dogmata esse amplexum. A : Illud est sinere se a barbaris immutari ac perverti.

(193) A : Mencius ut vehementius redarguat *Tchhin siang*, ostendit quanto honore Confucium discipuli prosequerentur.

(194) I : *Waï*, i. e. *heou* (2,688) post. J : Magistrum suum tribus annis, tanquam patrem, sed sine lugubri veste, luxerunt.

(195) J : Cum *Tseu koung* Confucii exsequiis præfuisset, eo insalutato, alii ab aliis discedere noluerunt.

(196) J : *Sc.* Præ doloris acerbitate.

(197) A : In varia imperii regna, alii alio abierunt.

(198) C : Rediit prope magistri sui tumulum.

(199) E : *Tchang* erat area (H) juxta tumulum in qua defuncto sacrificia offerebantur. H : Hinc patet discipulum *Tseu koung* magistrum ex animo et memoria non ejecisse.

(200) J : Quando absolutis exsequiis redierunt.

(201) J : Voce, incessu et oris habitu magistrum referebat.

vire (202) illi. *Cum* urgerent (203) Tseng tseu, Tseng tseu ait: (204) Non licet.* (205) *Si quid*** in-*fluviis*-Kiang-*et*-Han abluas°; *si*** ad-autumni-solem exsicces°, **proh-quam-nitet! (206) Non potest superari° (207).

§. XXXVI. *Nunc-vero *iste* australis barbarus *avis* kioue lingua *homo, non-*habet* pristinorum regum *doctrinam. *Cum* tu defeceris-a tuo °magistro ¶ et studeas illi, etiam differs a Tseng tseu° (208)!

(202) J: Eum eodem quo olim Confucium honore prosequi cupiebant.

(203) C: Ut idem faceret.

(204) C: Ad virtutis et doctrinæ, non ad vultus similitudinem attendendum est.

(205) Perperam Noël: *Quemadmodum aqua fluviorum Kiang et Han est nitida ad lavandum corpus et autumni soles clari ad illustrandam terram, ita Confucii doctrina et virtus præstat ad animos abluendos et illustrandos.* C: Mencius Confucii virtutem neque cum fluviis *Kiang* et *Han*, neque cum autumni solibus, confert, sed cum rebus quæ tum in horum fluviorum aquis abluta, tum ad autumnales soles exsiccata sunt.

(206) Perperam Noël: *Nihil nitoris et claritatis illi (virtuti) addi potest.* C: Verbum *kao* repetitum, ad ea simul refertur quæ in fluminibus *Kiang* et *Han* abluta sunt, et ad ea quæ ad autumnales soles sunt exsiccata.

(207) J: Quomodo ad eum discipulus *Yeou jo* vel minimum accedere posset? Hinc patet (I) quantum *Tseng tseu* magistrum honoraret, quantum a Confucio, sicut *Tchhin siang* et *Tchhin sin*, deficere ipsum puduisset!

(208) J: *Kioue*, avis cantu ingratissimo, cui australium barbarorum loquela simillima est. Ideo dicit Mencius sophistam *Hiu hing* avis *kioue* lingua instructum: *Kioue-che-tchi-gin*, i. e. homo qui habet linguam avis *kioue*.

§. XXXVII. Ego audivi (209) τὸ egredi ex obscuris vallibus *et* conscendere in (210) altas arbores°, non audivi τὸ descendere-ex altis arboribus et ingredi in umbrosas valles°. Lou tsoung (211) ait : « *Occidentales-*et*-septentrionales-barbaros° profligavit, *regna* King (212) *et* Chou° perdomuit. » *Quos* (213) Tcheou koung *adhuc debellasset°, tu tunc *sub* illis studes ! Etiam censeo non pulchrum *esse sic* mutari° !

XXXVIII. *Tchhin liang ait :* Sequendo *doctoris* *Hiu °doctrinam (214), tunc, in foro, pretium non *est* duplex (215) *ac in* regni medio non-est fraus. Quamvis mittas quinque (216) cubitorum° puerum ire-ad forum, nemo eum forte

(209) C : Liber carminum, tom. *Siao ya*, oda, *Fa mo* ait, etc. — Sapiens, artem seu vitæ institutum eligat, velut avis locum ubi nidificet.

(210) J : Per *altas arbores* innuit *Tchhin liang*, qui sanctorum regum doctrina imbutus, clarissimi ingenii ope, procera velut arbor, sublime inter alios caput extulit; per *obscuras valles* innuit insulsa dogmata sophistæ *Hiu hing*, in qua *Tchhin siang* et frater ejus ex altiori doctoris *Tchhin liang* doctrina delapsi, se se imprudentes præcipitarunt. A : *Tchhin siang* et *Tchhin sin* secus egerunt ac aves, quæ tamen prudentia et ratione carent. — Ego audivi : quasi dicat, ego legi in libro Carminum.

(211) G : Liber carminum, tom. *Lou soung*, (12,787-12,792) oda *Pi koung*. (11,674-2,128). Perperam Noël : *Lu tsum*.

(212) J : Pristinum nomen regni *Thsou*. *Chou*, exiguum regnum quod regno *Thsou* vicinum erat.

(213) *Hiu hing* natus est inter barbaras gentes, rectæ rationi et doctrinæ inimicas, quas *Tcheou koung*, si nunc superstes, debellare arderet; porro tu...

(214) J ; Indicat ejus de negotiatione doctrinam.

(215) J ; I. e. non duplicis speciei.

(216) H : Puer tredecim circiter annos natus.

decipiet. *Si* tela-cannabina *et* tela-serica longitudine *aut* brevitate pares *sint*, tunc pretium mutuo (217) idem-est. *Si* (218) * fascis-cannabi *et* * fascis-serici levitate *aut* gravitate pares *sint*, tunc pretium mutuo idem-est. *Si* quinque fruges multitudine *aut* paucitate *sint* pares, tunc pretium mutuo idem-est. *Si* calcei magnitudine *aut* parvitate pares *sint*, tunc pretium mutuo idem-est.

§. XXXIX. *Meng tseu* ¶ ait : ° Rerum ° * inæqualitas (219) *est ipsa* rerum ° natura °. Quædam *res* inter-se duplo *vel* quintuplo, quædam inter-se decies *vel* centies, quædam inter-se millies *aut* decem-millies *differunt*. *Si* tu confundas (220) et exæques illa, *illud* est perturbare * imperium °. *Si* (221) magni calcei *et* parvi calcei eodem pretio *sint*, homines numquid facient illos °? τὸ sequi *sophistæ* * Hiu ° *ea de re* doctrinam, *est* mutuo *se* impellere ad exercendam fraudem °. Quomodo (222) potest regere *suum* regnum *et* familiam?

(217) I. e. utriusque pretium.

(218) Quidam interpretes quatuor has litteras sic distinguunt. C: *ma* est cruda cannabis ; *liu* est cannabis quæ in stamina fuit divisa (*alii* contorta) ; *sse* est tenue filum quod bombyx ore vomit ; *chou* est sericum vilius (*la soie la plus commune*). Itaque non cannabem cum serico, sed cannabem crudam cum elaborata cannabe, sericum tenuissimum cum viliore serico, conferunt. Quem sensum æque admittere licet.

(219) Litteræ *pou tsi* eam significant inæqualitatem quæ inter res venustas et rudes, inter mercem probam et improbam intercedit.

(220) I, J : Si res quæ sic aliæ ab aliis valore distant, eodem ordine ponas ac simili pretio vendas...

(221) I : Si magni calcei pretio vendantur eodem ac parvi, quisnam volet sutor magnos facere? Pariter, si merx proba non alio pretio ac merx improba vendatur, quis probam in foro venam exponere volet?

(222) Si tam prava vigeat doctrina, quomodo princeps poterit..?

§. XL. *Quidam sophistæ* *Me-discipulus, *nomine* I tchi, utens-opera *discipuli* Siu phi (223)° quæsivit (224) invisere Meng tseu.

Meng tseu ait : (225) Ego certe cupio videre *eum*. Nunc *vero* ego adhuc ægroto. *Cum* ægritudo melius-se-habebit, ego tunc ibo *eum* invisurus. I tseu non veniat.

§. XLI. *Postero-die iterum (226) quæsivit, invisere Meng tseu.

Meng tseu ait : Ego nunc, tunc possum ut videam (226[a]) *eum*°. *Si* non emendem (227) *illum*, tunc doctrina (228) non clarebit (229). Ego proinde emendabo illum. Ego audivi *hunc* I tseu *esse sophistæ* *Me-discipulum. *Porro secta* Me° componens exsequias (230)° ex parcitate facit suam normam°. *Si* I tseu cogitat ad mutandum *imperium (231), quare (232)¶ *existimat *illam* non *esse* rectam,

(223) J : *Siu phi* Mencii discipulus.

(224) J : Multis de sophistæ *Me ti* (8,251) doctrina dubiis animum ejus jactantibus, Litteratorum sectam amplecti cupiebat.

(225) A : Mencius nesciens adhuc an *I tchi* errores suos abjurare firmiter statuisset, ægrotum se fingit.

(226) J : Sincero se veritatis amore teneri ostendit.

(226[a]) J : Mencius enim illum non meræ curiositatis causa venire comperit.

(227) J : *Tchi* est verba exhaurire, ut eum rectum-efficiat, i. e. ut ejus errores dispellat.

(228) J : *Sc.* Litteratorum doctrina.

(229) Cæcam ejus mentem non illustrabit.

(230) J : Modicissimas impensas in sepeliendis parentibus faciendas docet. Nempe, feretro interiore, tribus tantum pollicibus denso, absque feretro exteriore, utuntur.

(231) J : I. e. omnium imperii hominum mores et instituta.

(232) J : Quasi diceret : quare in exsequiis non observat impensarum parcitatem, quam ejus secta præcipit ac honori habet?

et *illam* non honori-habet°? *Tamen I tseu sepelivit suos parentes sumptuose. Tunc *illud* est ex eo-quod vile-habetur servire parentibus° (233).

§. XLII. Siu tseu de *his* monuit I tseu. I tseu ait: *Litteratorum° doctrina *ait* (234): « Antiquitatis° homines perinde-ac diligebant tenerum infantem. » Hæc verba quid significant°? *Ego* Tchi, tunc *existimo amandum *esse* sine *discrimine; *sed* extendendo (235), a parentibus *esse* incipiendum.

Siu tseu de *his* monuit Meng tseu.

Meng tseu ait: °I tseu vere *ne* *existimat (236) τὸ homines° diligere sui fratris-majoris° filium esse sicut τὸ diligere sui vicini° tenellum infantem°? Illud (237) habet *unde* desumpsit°°.

Si tenellus (238) infans *manibus-et-pedibus-reptans

(233) I: Enimvero, si modicas funerum impensas honori habet, ingentes sumptus eum floccifacere et contemnere necesse est. Hujusmodi hominem (A) non capio!

(234) Sic E. C: Magister, me vituperas quod homines omnes, nullo discrimine, diligam; tamen ea de re Litteratorum secta, a nostra, nullo modo dissentit. Enimvero, in libro *Chou king*, capite *Khang kao* (2,535–1,178) legitur: *Antiquitatis principes populos suos, velut tenellum infantem, diligebant.*

(235) J: *Sc.* conferendo amorem, i. e. diligendo.

(236) I: An putat hominem vicini sui infantem amore eodem ac natu-majoris filium prosequi?

(237) H, I: Illud *Chou king*, seu ille *Annalium liber*. Unde desumpsit; Gallice: *d'où il a tiré l'idée exprimée dans ce passage.* Causa suberat, sed non ea quam affert *I tchi*, ut auctor sic loqueretur.

(238) A: Si exiguus populus legem imprudenter transgrediatur, illud e principis tantum incuria oritur, quemadmodum parentum negligentia, non culpa sua, tenellus infans in puteum decidit.

* lapsurus-sit-in puteum, non *est* tenelli infantis° culpa°. Porro Cœlum° producendo res (239)° fecit illis (240) unicum principium; cum-tamen I tseu (241) in-duo-dividat principium, ideo *errat*°.

§. XLIII. Porro *in* (242) superioribus sæculis ** nondum-erant qui sepelirent suos parentes°. Eorum parentibus defunctis, tunc efferebant et abjiciebant illos ¶ in montis-canalem (243). * Postero-die *cum* transirent (244)°, *videndo* * vulpes comesisse illos muscas*que et* culices°

C : In eo tantum casu, populum, veluti tenellum infantem, diligendum esse ait *Chou king.* Hinc patet quantum cæcutiant qui eo loco perperam intellecto nixi, Litteratos, nullo discrimine, homines omnes diligere arbitrantur.

(239) J : Res, i. e. homines.

(240) J : Indicat omnes homines vitæ principium a patre et matre ducere.

(241) E : Cum *I tchi* cæteros homines eodem ac parentes amore diligendos esse præcipiat, unicum vitæ principium in duo dividit, *vel,* duplex vitæ principium admittit. Ideo (A, I) maximo in errore versatur.

(242) J : In remotissima antiquitate, quando exsequiarum ritus nondum erant instituti. Perperam Noël : *Quidam filii parentes suos tumulo non mandabant.* De omnibus hominibus, non de quibusdam tantum agitur.

(243) E : *Keou* fossa juxta iter. Aliter H, I, J : Locus in quo aqua de montibus defluens colligitur.

(244) Perperam Noël : *Postero die cum forte illuc pertransirent.* I : Illuc non casu pertransibant. Postquam sic abjecerant parentes, eos tamen oblivisci nequibant. Hinc patet eos vi naturæ cœlitus inditæ fuisse commotos, i. e. vehementem filiorum in parentes amorem a Cœlo illis fuisse infusum. Itaque omnes æque homines amare nequeunt.

(245) depavisse illos, sua fronte habebant sudorem; obliquis-oculis-aspiciebant, et non contra-intuebantur. Illud sudare° non *erat* causâ hominum (246) sudare. *Sed dolore* medio corde penetrabat ad vultum *et* oculos. Porro (247-248) revertebantur *ac* referentes (249) sportas *et* vehiculum-manuale *vel* ligonem°, operiebant illos. *Si τὸ* operire illos vere rectum *sit*°, tunc pius filius *et* humanus homo° *ut* operiant (250) suos parentes, etiam necesse-est *ut* habeant (251) regulam°.

§. XLIV. Siu tseu de *his* monuit I tseu.

I tseu *extra-se-raptus *paulo-mox exclamavit: (252) Edocuit Tchi°.

(245) J: *Kou*, littera auxiliaris.

(246) J: Rubore non suffundebatur nec sudore madebat vultus, quod eos alii homines conspicerent.

(247) I: *Koueï*, i. e. e monte revertebantur; *fan*, e domo ad fossam redibant.

(248) Aliter A, C: Revertebantur ut sumerent sportas et ligones; deinde referebant (*fan*) terram super eos atque cadaver operiebant. Nonnulli interpretes litteræ *fan* litteram *tsiu* (sumere) substituerunt. Assentit vers. Tartarica. Nemo enim non videt litteram *fan*, in sensum interpretis I non nisi violenter cogi. Terra namque ligone quidem, sed non sporta neque vehiculo trusatili invertitur. Unde, mea quidem sententia, rectius interpretaberis (G): *Ils s'en retournaient, rapportaient des paniers*, etc., etc.

(249) G: *Louï*, sporta ad efferendam terram, *li*, vehiculum eidem usui idoneum. Aliter E: *Li* est instrumentum ad terram invertendam.

(250) I: Indicat exsequiarum ritus. Si parentes sepelire, pium filium deceat, etc.

(251) J. I. e. Certum canonem de ritibus inter exsequias servandis.

(252) J: *Ming*, i. e. *Kiao* (3,743). — Mencius, iis argumentis, quæ mihi refers, omnem erroris nebulam menti meæ offusam dispulit. Sophistæ *Me ti* errores prorsus abjicio. — *Tchi*, i. e. *I tseu* sive *I tchi*.

CAPUT VI.

Tractatus Teng wen koung pars posterior.

§. I. TCHHIN TAÏ (1) ait : Tò non invisere *regulos, *videtur *quid* (2) exiguum°. Nunc semel invisendo illos, *si* (3) multum, tunc (4) perduces-ad regnandum-imperatoris-instar; *si* parum, tunc perduces-ad regnandum-archontis-instar. Porro historia ait : « Curvatus *unius* cubiti, et erectus octo-cubitorum *est* (5). » *Videtur (6) posse fieri°.

¶ Meng tseu (7) ait : Olim *regni* Thsi *regulus* King

(1) J : *Tchhin taï*, Mencii discipulus.

(2) J : *Siao*, i. e. res levis momenti. G, C : Regulos sponte tua adeundo te demittere, est quid valde exiguum, si reputare veli quanta inde utilitas oriri possit.

(3) Perperam Noël : *Si quem majori animi celsitudine præditum inveneris.. Si minori*, etc. J : Si quis tua opera, tuis consiliis *multum* utatur.... Si quis *parum*...

(4) Vide supra cap. III, not. 13, ubi littera *i* (H) idem significat ac *tchi* (8,677) perducere-ad. Sic et E, I.

(5) J : Discipulus hunc locum ipsemet suo modo explicat : sese regulos invisendo demittere, id ipsum est quod historia vocat *kouang tchhi* (homo incurvatus, unius cubiti est); sic et consiliis suis efficere ut regulus imperator vel archon evadat, id est quod vocat *tchhi tsin* (erectus, octo cubitorum est.)

(6) H : *Sc.* te regulos sponte adire posse.

(7) Mencius discipuli sui sententiam, allato exemplo, refellit.

koung venaturus accersivit (8) *regii-septi-præfectos cum (9) vexillo. *Cum* non venissent, *jam-jam-occisurus-fuit illos.

« *Recti-tenax-vir (10) non obliviscitur (11) *se projiciendum* fore-in fossam *aut* montis-canalem. Fortis vir (12) non obliviscitur *se* perditurum (13) *suum* caput. »

*Confucius quare (14) assumpsit°? Assumpsit *quia* sine (15) suo accersitu non venerunt°. Si non exspectans suum (16) accersitum° veniat (17), quomodo°!

(8) A, C : Cum regulus aliquem accersebat, nuncius, ut faceret fidem, propriam uniuscujusque tesseram præferebat. Primarii præfecti vexillo, regiorum hortorum præfecti pellito pileo, accersebantur.

(9) Præpositio *cum,* latina licet lingua repugnet, instrumentum denotat.

(10) A : Quo audito, Confucius eos collaudans, ait.

(11) E, H : Vir sapiens, ut integritatem cordis illabatam servet, in paupertate vitam constanter trahere amat, etsi feretro se et funereis honoribus cariturum non ignoret.

(12) Perperam Noël : *Alii sunt bellicæ fortitudinis adeo ardentes ut quamvis medii inter agmina irruentes* etc. E : *Young* hic est fortitudo qua quis æquitatem indefessa tuetur. — J : Litteræ *tchhi sse* et *young sse* prædictos præfectos spectant.

(13) A : (pag. 7) Quamvis gladii, serræ aut ahenæ sartaginis cruciatus ipsi immineant, non tamen suum, in propugnanda æquitate, animi ardorem remittit.

(14) J : Quare Confucius eos in exemplum adduxit ac tam præclara laude ornavit?

(15) C : Quia non videntes pellitum pileum quo accersendi erant, venire renuerunt.

(16) C : Littera *tchao* hic munera indicat quibus reguli sapientes

§. II. *Porro* ° τὸ « incurvatus *unius* cubiti, et erectus octo-cubitorum ° *est* » de utilitate *a te* dictum-est°. Si *agatur* de lucro (18), tunc (19) τὸ *hominem* curvatum octo-cubitorum *et* erectum *unius* cubiti *esse* ad lucrandum°, *numquid* etiam potest fieri°?

§. III. * Olim (20) Tchao kian tseu jussit (21) Wang liang pro *ministro sibi* (22) gratioso Hi ducere-currum. * Toto-die° non cepit unam feram.

Gratiosus *vir* Hi ¶ referens sermonem ait : * Imperii° (23) vilis artifex *est*°.

Cum aliquis de *his* monuisset Wang liang, *Wang* liang ait : (24) Rogo iterare illud. Obnixe-institit, et deinde *Hi* annuit. *In* uno mane° cepit decem feras.

viros invitabant. A, H : Si sapiens non exspectet donec eum reguli ipsi advocent.

(17) J : An licet?

(18) J : Littera *li*, non viri sapientis, sed reguli utilitatem indicat; *sc.* τὸ imperatoris vel archontis more regnare. Perperam Noël.

(19) B : Sapiens solam æquitatem, non utilitatem spectat. Nihil enim (A) est quod facere non audeat qui lucro studet. Si ut lucretur, oporteat eum se incurvando fieri octo cubitorum, ac se extendendo unius cubiti (quod corporis naturæ et habitudini repugnat) numquid..? I. e. si (C) vir, leviusculi lucri causâ, famam suam amittere ac puram animi integritatem (v.g. regulos invocatus adeundo) contaminare cogatur, numquid licet?

(20) G : *Tchao kian tseu* regni *Tsin* (3,920) primarius præfectus.

(21) H : *Wang liang* erat peritissimus auriga.

(22) Perperam Noël : *Subpræfectum Pie hi.* Littera *pi* non est nomen. *Khang-hi* dict. : *pi*, vocatur ille qui, ignobili loco ortus, gratiam apud principem iniit. Assentiunt A, C, I, et vers. Tartarica.

(23) I. e. Omnium imperii aurigarum imperitissimus.

(24) J : *Sc.* Iterum ducere ejus currum.

Gratiosus *vir* Hi ¶ referens sermonem ait : *Imperii° peritus (25) artifex *est°*.

Kian tseu ait : Ego jubeo *illum* regere pro te currum.

Cum monuisset Wang liang, *Wang* liang non voluit, dicens : *Cum* ego causâ ejus (26) secutus essem τὸ meum *impellere-equos, *toto die non cepit unam *feram*. *Cum* causâ ejus (27) transverse obviam-ivissem, *in* uno mane* cepit decem. *Liber* Carminum ait : « *Quando* (28) non amittit τὸ suum regere-equos, emittit sagittas sicut *vir lignum* findens. » Ego non assuevi pro exiguo homine currum-ducere. Rogo (29) me-excusatum-habeas.

§. IV. *Sic*, *aurigam (30) adhuc pudet cum *jaculatore se-adjungere (31). Se-adjungere et capere *feras licet sicut collis *aut* agger, non faceret°.

Si *igitur* (32) incurvet (33) rectam-agendi-normam et sequatur illos (34), quomodo°?

(25) I. e. omnium imperii aurigarum solertissimus.

(26) I : Meæ artis regulas ad impellendos et dirigendos equos accurate sequutus sum.

(27) I, J : Neglectis artis meæ regulis, currum via non jam recta duxi, ita ut *Hi* oblique tantum feris occurreret.

(28) H : Dum auriga, juxta artem suam equos ducit, jaculator feram jaculo semper assequitur.

(29) E : Sinas velim me ejus currum non amplius ducere.

(30) J : *Sc. Wang liang.* — *Sie tche*, id est *Hi.*

(31) I. e. licet se adjungens ministro *Hi*, effecturus fuisset ut immensam ferarum multitudinem caperet, ejus tamen currum, neglecta arte per transversas vias ducere noluisset.

(32) Alludit ad ea quæ discipulus in medium adduxit : *Kouang tchhi, Tchhi tsin*; vid. supra *not.* 5.

(33) *Kouang*, hic tropice accipitur; *kouang tao* est infringere, transgredi rectam agendi normam. I : Si sapiens, spreta æquitate atque integritatis suæ oblitus, regulos invocatus adeat, an licet?

Porro tu (35), *domine*, errasti°. Qui *enim semel* incurvavit se-ipsum, ** numquam-potest (36) rectos-facere homines**.

§. V. King tchhun (37) ait: Koung sun yen *et* Tchang i (38) * nonne vere *sunt* magni * viri° ! *Cum* semel (39) iratus-est*, * reguli (40) contremiscunt; *quando* quiete habitat* * imperium pace-fruitur.

¶ Meng tseu ait: *Propter* (41) illud, quomodo possunt dici magni * viri°? Tu nondum *ne* studuisti Rituum *libro*°?

(34) Perperam Noël: *Unam utilitatem sequi.* Juxta omnes interpretes, litteræ *thsoung pi* significant *sequi illos*, i. e. *invisere* regulos de quibus loquitur discipulus.

(35) C: Afferendo et interpretando prædictam historiæ locum, graviter errasti.

(36) J: Sapiens qui, se, regulos sponte adeundo, incurvat, *i. e.* demittit, regem et populum rectos-facere, *i. e.* ad virtutis perfectionem perducere non potest.

(37) E: *King tchhun* sophista, Mencii tempore, erroneis et pravis studiis addictus.

(38) E: Illi viri erant *regione Weï* (12,704) oriundi. Prior vocabatur *Si cheou* (5,671-13,447); erat regni *Thsin* (7,151) reguli nepos, ideo cognominatus fuit *Koung sun. Ibid.* Ministrum egit in regno *Thsin. Tchang i* erat doctoris *Koueï ko* (12,746-10,311) discipulus; minister fuit in regno *Weï* (12,704) ac deinde diem obiit.

(39) A: Regnorum pax aut perturbatio illorum opera semper oriebatur. C: Principem, si alicui regulo irasceretur, ad bellum inferendum incitabant; si vero eum belli tæderet, cæco obsequio, ad pacem componendam adhortabantur.

(40) G: Poterant enim efficere ut reguli sese invicem armis peterent.

(41) I: Vera animi magnitudo in recta ratione et virtute, non in cæca armorum potentia, sita est.

Cum *adolescens° pileum-accipit°, pater edocet illum (42). *Cum* *puella° nubet°, mater edocet illam (43). *Cum* incedit (44), comitatur illam *ad* portam (45) *atque* hortatur illam dicens : *Quando* veneris-ad* tuam domum (46), debes revereri, debes tibi-invigilare; ne resistas *marito.

Τὸ (47) ex obedientia facere rectitudinem°, *mulieris° norma *est*°.

§. VI. Habitare-in *orbis °ampla domo (48), stare-in *orbis° recta sede (49), incedere-in (50) *orbis° (51) magna via; obtento animi *voto* (52)°, cum populo (53) uti illis; non (54) obtento animi voto, solum agere suam rec-

(42) H, J : Ut juvenilem animi ardorem compescat ac virtutem suam perficiat, etc.

(43) Vide infra, *text. lin.* 4.

(44) H : Quando puella exit nuptura.

(45) H : Maternæ domus portam.

(46) J : *Sc.* Mariti domum.

(47) B, C : Puellæ nuptæ officium et virtus, obedientia est. Porro cum prædicti viri, in omnibus rebus, principi suo morem gererent, haud secus ac imbellis puella marito, ne viri quidem appellari possunt, quanto minus magni viri!

(48) I. e. corde permanere in humanitate (*Kouang kiu.*) C : Litteræ *Thian hia* otiosæ non sunt nec sensu vacuæ; primum enim excellentiæ gradum, summum sublimitatis fastigium exprimunt.

(49) J : Sui corporis habitum intra rituum limites (*tching wei*) firmiter continere.

(50) J : *Hing*, hic de rerum publicarum administratione dicitur.

(51) J : *Ta tao*, æquitatem indicat.

(52) B, J : *Te tchi*, i. e. ad honores evehi, muneri publico præfici.

(53) J : *Yeou tchi*, i. e. tria superius dicta, *sc.* humanitatem, ritus et æquitatem erga populum depromere.

(54) J : *Pou te chi*, i. e. gratia apud principem nondum inita, muneris vacuum esse.

tam-normam (55), divitiis *et* honoribus non posse corrumpi, paupertate *et* abjectione non posse immutari (56), periculis (57) *et* armis non posse infringi (58), hæc° voco *esse* magnum* virum.

§. VII. Tcheou siao (59) interrogans ait : Antiquitatis° *sapientes *numquid* magistratum-obibant°?

Meng tseu ait : Magistratum-obibant.

Annales aiunt : *Si* * Confucius (60) tribus mensibus essetsine principe, tunc *erat* ** sicut-anxius-et-sollicitus *vir* (61)°. *Si* exiret (62) finibus, semper ferebat donum (63).

Koung ming ¶ i aiebat : *Quando* antiquitatis °homines tribus mensibus erant-sine principe, tunc (64) in-luctuerant.

(55) J : *Tao*, indicat tria superius allata. *Vid. supra* not. 54.

(56) J : Suam animi integritatem mutare vel oblivisci.

(57) *Vid. supra*, not. 13.

(58) J : *Sc.* firmam in virtute constantiam non perfringi.

(59) J : *Tcheou siao*, vir quidam ex regno *Weï* (12,704). C : Mencium vituperat quod (H) regulos, muneris obeundi causâ, non adeat.

(60) H : Si tribus mensibus, amissa dignitate, muneris vacuus remaneret.

(61) J : *Hoang hoang jou*, de eo dicitur qui rem sollicite quæsitam non reperit.

(62) J : Quando Confucius e regno exibat, officium publicum apud vicinos regulos quæsiturus.

(63) H : Munus principi offerendum quando prima vice invisebatur. Interpres *Tchou hi* (4,066-5,524), in libro *Thoung-i-thiao-pian* ait : Orphanus offerebat tigridis aut pardi pellem et sericos pannos ; præfectus agnellum ; primarius præfectus silvestrem anserem ; litteratus phasianam avem ; plebei homines anatem, opifices et mercatores gallinam.

(64) Perperam Noël : *Statim alii omnes ita commiseratione affi-*

§. VIII. *Tcheou siao ait :* Tribus mensibus non-habere principem *et* tunc in-luctu-esse, nonne *est* (65) nimis præceps°?

M. t. ait : τὸ litteratum° amittere *suam* dignitatem° *est* velut τὸ *regulum° amittere *regnum°. Rituum *liber* ait : « *Regulus (66) arat *ac* adjuvatur, ad suppeditandum *milium. **Reguli*-uxor alit-bombyces *atque* evolvit-bombycis-folliculos ad faciendas (67) *vestes. »

Si *victima non *sit* (68) perfecta, *si* *milium (69) non *sit* mundum, *si* *vestes non *sint* paratæ, non audet ut faciat-cæremonias-Tsi.

Si° litteratus non-habeat agrum (70), tunc etiam non facit-cæremonias-Tsi. *Si* *victima-mactanda *vasibus*que* *et* *vestibus non paratis, non audeat ut faciat-cæremonias-Tsi, tunc non audet ut lætetur (71). *Nonne-etiam satis-est *ut* in-luctu-sit°?

ciebantur, perinde ac si illis parentassent. G, I : *Tiao,* intelligitur tantum de acerbo dolore quo ipsemet afficitur.

(65) J : Littera *i* (115) hic sumitur pro littera *thaï* (1,799) nimis, supra modum. *Vide* supra : *Mo-jou-i-meï*, cap. IV, not. 133.

(66) A : Propriis manibus nonnihil terræ arat, ac deinde plebei homines, mundi campi arationem, mutuam commodantes operam, absolvunt.

(67) H : *Sc.* Vestes in sacrificiis *Tsi* necessarias.

(68) C : Si victima pinguis non sit. — Hæc de regulo dignitate sua spoliato intelligenda sunt.

(69) J : *Tching* est oblationis milium in vase suo repositum.

(70) H : Hic *Thian* est mundus ager (*vid.* cap. V, §. 19) cujus fructuum redditu sacrificiorum *Tsi* impensæ suppeditantur. I : Mencius litteratum indicat qui munus suum amisit.

(71) I : Non potest persolutis pii filii officiis lætari. C : Enim vero

§. IX. *Tcheou siao ait :* (72) τὸ « exiens finibus semper ferebat donum », quid *significat°?*

M. t. ait : (73) Litterati° τὸ munus-obire° *est* sicut *agricolæ° τὸ arare°. *Agricola *numquid exiens finibus relinquit ¶ suum *aratrum°!

§. X. *T. s.* ait : Tsin (74) regnum, etiam (75) τοῦ munus-obire regnum *est°.* ** Nondum-audivi *viros ullos ad* munus-obeundum (76) sicut illud (77)° præcipites *fuisse. Si ad* munus-obeundum sicut illud° præcipitem *esse deceat°,* τὸ *sapientis° (78) ægre munus-obire, quomodo°?

M. t. ait : (79) *Ut* *vir natus-est°, cupiunt (80) pro eo habere uxorem; *ut* *fœmina nata-est°, cupiunt pro ea

unum e quatuor anni sacrificiis *Tsi* præ inopia omittere cogitur. Nonne illi justissima est doloris causa ?

(72) *Vide supra*, not. 62. H : Quid significant illa verba?

(73) J : Litteratus ex suo munere, velut agricola ex agricultura, vivit. Quemadmodum igitur hic sine aratro terram invertere nequit, sic nec ille sine prædicto donario (*tchi*) principem invisere potest ac proinde ad munus obeundum evehi. Hinc patet non posse litteratum e regno suo exire quin secum donarium illud ferat.

(74) J : *Tsin*, i. e. regnum *Weï*. Regnum *Tsin* olim divisum fuerat in tria regna, *sc. Han*, *Tchao* et *Weï*. Vid. cap. I, not 86.

(75) J : Aliorum regnorum sapientes regnum *Tsin* sæpe etiam adeunt, ut ibi variis administrationis muneribus præficiantur.

(76) Litteræ *jou thseu*, i. e. *tantopere*, indicant superius dicta : *San-youeï wou kiun*, etc. *Vid.* not. 60, 61.

(77) Interpret. A, E litteram *tchi* (47) particulam expletivam, litteræ *khi* (618) substituunt; illam vers. Tart. utpote inutilem, recidit.

(78) J : Tacite innuit Mencium, qui regulos invisere renuit.

(79) Sapiens non minus officium gerere quam vir et mulier nubere, exoptat, sed neque hic, læsa æquitate, ad magistratum, neque illi, spretis ritibus, ad connubium accedere debent.

(80) Perperam Noël : *Quod maxime in vita optat vir est uxorem*

habere maritum. *Hunc* patris *et* matris° animum (81) homines omnes habent°.

Si non exspectantes patris *et* matris° voluntatem, *et* *matrimonii-conciliatoris° verba, terebrent *in pariete* *foramen *ac se* invicem furtim-speculentur; *si* transiliant murum *ac se* invicem (82) sequantur, tunc pater *et* mater *ac* regni homines simul contemnunt illos.

Antiquitatis °homines **numquam-non (*i. e.* semper) cupiebant munus-obire°; (83) *sed* adhuc oderant non sequi (84) suam viam. Τὸ non sequi suam viam et ire°, cum τῷ terebrare *foramen° simile *est*°.

§. XI. Pheng keng (85) interrogans ait: Post, currus (86) aliquot decem^b, *comitantes (87) aliquot centum homines. Cum *iis* (88) circumcursando (89) ali ¶ a *regulis nonne *nimis *est* (90)° ?

ducere et mulier nubere. C, J : Litteræ *youan weï tchi* non indicant filium aut filiam qui matrimonio jungi cupiunt, sed parentes qui filio uxorem et puellæ maritum habere, i. e. invenire, cupiunt.

(81) Perperam Noël : *Innatum illud paternæ et maternæ conditionis desiderium omnes a natura habent.* C, J : Hæc a phrasi superiore fluunt : quicumque pater et mater sunt uxorem filio, maritum filiæ invenire semper exoptant.

(82) Sic J, I : Si se invicem furtim adeant (J) ad fornicandum.

(83) I : Nec liberi nubiles qui parietem terebrant (*vid. supra lin.* 4.) nec sapiens qui suam animi dignitatem, regulos adeundo, demittit, rectam æquitatis viam sequuntur. — *Khi tao,* non est simpliciter *eorum via*, sed via quam eos sequi decet..

(84) Gallice : *Obtenir un emploi par des voies illicites.*

(85) J : *Pheng keng* Mencii discipulus.

(86) I : Tres illæ phrases tacite indicant *Meng tseu.* G : Hi sunt Mencii discipulorum, non ipsius Mencii, currus.

(87) G : Mencii discipuli.

(88) *Sc.* curribus (A, H) i. e.; (I) gallice ; *Sur ces chars.* Hic præ-

Meng tseu ait : (91) Sine sua via, tunc una scutella orizæ-coctæ non debet accipi ab hominibus; si (92) sua via, tunc τὸ *ministrum* Chun accipere *imperatoris* Yao° *imperium (93) non * censetur (94) nimis. Tu *ne* * existimas *illud esse* nimis°?

§. XII. *T. s.* Ait : Minime. — Litteratus non-habet negotium (95); *si* tamen comedat (i. e. stipendia accipiat), non licet°.

M. t. ait : (96) *Si* tu non communicas (97) merita, *si non* permutas res, *ut* (98) ex superfluo suppleas *quod* non sufficit, tunc agricola habebit superfluum milium; mulier

positio *cum* (*avec*) instrumentum denotat. I : Non solum Mencius, sed etiam omnes qui eum comitabantur discipuli, communi (F) regulorum sumptu, alebantur.

(89) A : *Tchhouan*, ire et redire, undequaque ire. Sic et C (*Tcheou lieou*, 1,817, 4,977) circumquaque iter facere.

(90) Litteræ *i thaï* conjungendæ sunt, ut in unum et eumdem sensum coalescant (H).

(91) I : I. e. si æquitas oblatum donum accipi non sinat. *Vid. supra*, not. 79, 83, 84.

(92) I : Si æquitas oblatum donum accipi jubeat.

(93) I : Pro immensis meritis nimiam accepisse mercedem dici non potest.

(94) I : Litteræ *thian hia* non imperatoris sedem, sed universi imperii reditus et tributa designant. Sic et H.

(95) G : Nullatenus de regni hominibus bene meretur. C, H : Primariam præfecturam, vel præfecturam nondum exercuit, neque agricolam, neque opificem aut mercatorem agit.

(96) C : Quilibet homo in eo quod facit suum etiam habet meritum; sed litterati in omnes merita primum locum obtinent.

(97) I. e. si non efficias ut omnes omnium meritis (i. e. laboribus), mutua rerum atque officiorum permutatione, fruantur..

(98) I. e. : Ut homines, iis quibus abundant permutatis, ea coemant quibus omnino carent.

(99) habebit superfluam telam. Tu *si* communices illa, tunc *faber-lignarius *et* *curruum-artifex simul possunt ali a te.

In hoc *loco* est (100) vir°. Intus, tunc pius; foras, tunc obediens-superioribus *fuit*. Propugnat pristinorum imperatorum° (101) normam, ut exspectet (102) *eos* qui postea° studebunt; *cum* tamen non obtineat ali a te, tu quare (103) magni-facis *fabrum-lignarium *et* *curruum-artificem, ac parvi-facis *illum* qui exercet humanitatem *et* æquitatem°?

§. XIII. *T. s.*,¶ ait: *Faber-lignarius *et* *curruum-artifex: eorum intentio in-eo-est (104) ut quærant cibos°. *Sapiens° (105) *qui* exercet rectam-normam°: *an* ejus intentio etiam in-eo-est ut quærat cibos°?

M. t. ait: Tu, quare (106) *perpendis ejus intentionem°? *Ubi* ille habuit meritum (i. e. bene meruit) erga te, debet ali et alis illum°.

§. XIV. Porro, tu (107) alis *ne* intentionem°? alis *ne* meritum°?

(99) *Sc.* mulier quæ telam texit.

(100) J: Mencius se ipsum tacite indicat.

(101) J: *Sc.* humanitatem et æquitatem.

(102) H: Sperat sapientiæ alumnos, tum in præsenti, tum in futuro ævo, exemplum ab ipso sumpturos. B: Illum, multo magis quam prædictos artifices, de hominibus bene mereri patet.

(103) H: Littera *tsun* indicat τὸ obtinere cibos, *seu* stipendia.

(104) I, H: *Tsiang i*, i. e. Gallice: *Il emploie ce moyen pour.*

(105) H: Prædictum sapientem indicat. *Vid.* supra, text. *lin.* 4.

(106) A, I: Quid de viri sapientis intentione loqueris, quid (G) eam spectas?

(107) I. e. virum-ne propter intentionem, an propter meritum alis?

T. s. ait : Alo intentionem.

M. t. ait : *Ecce* est vir in hoc *loco.* Perfringit tegulas *tuæ domus, atque atris* lineis-fœdat parietum-ornamenta. *Si* ejus intentio in-eo-sit ut quærat cibos°, tunc tu alis *ne* illum° ?

T. s. ait : Minime.

M. t. ait : *Si-res-ita-sit, tunc tu non alis intentionem°, *sed* alis meritum°.

§. XV. Wan tchang interrogans ait : Soung exiguum regnum *est°.* Nunc cupit exercere *priscorum* imperatorum regimen. *Si regna* Thsi *et* Thsou oderint et armis-impetant illud, tunc ** quomodo (108) ?

§. XVI. Meng tseu ait : *Cum* Thang habitaret *regionem* Po, cum (109) *regno* Ko erat vicinus. *Cum regni* Ko regulus sine-lege-vivens°, non sacrificaret (110), Thang missis ¶ hominibus interrogavit illum dicens : *Quare non sacrificas ? — Ait : « Non-habeo unde *mihi* suppeditem *victimas° (111). Thang jussit mitti illi boves *et* oves. *Regni* Ko regulus comedit illos, *ac* iterum non *potuit* ut sacrificaret. Thang iterum, missis hominibus, interrogavit illum dicens : *Quare non sacrificas ? — Ait : « Non-habeo unde *mihi* suppeditem **oblationis*-milium°. » Thang jussit *regionis* Po multitudinem (112) ire *ut* pro

(108) H : Quid illi agendum est ut ab istis regulis non subjiciatur ?

(109) I. e. regno *Ko* vicinus erat.

(110) H : Defunctis avis sacrificia non offerebat.

(111) H : Fictam affert causam quo culpam excuset.

(112) J : *Sc.* reguli *Thang* populum.

eo ararent, *jussit etiam* senes *et* debiles (113) afferre cibos. *Regni* Ko regulus educens suum populum, (114) præclusit-iter iis qui habebant vinum, orizam *et* *milium, *ac* abstulit illis. *Eos* qui non dabant, occidebat°. Fuit *puer *qui* ex milio *et* carne cibaria-afferebat. *Regulus* occidit *eum* et abstulit illa. Chou *king* (115) ait: « *Regni* Ko regulus hostiliter-habuit annonæ-latorem. » Illud °dicit°.

§. XVII. Quia ille occiderat hunc *puerum°, *Thang* debellavit illum. *Tunc* quatuor marium° interius (116) simul ait : Non *ut* ditescat *imperio°, *sed ut* (117) pro *privato-viro *et* privata-muliere *repetat-pœnas°.

§. XVIII. « Thang (118) incipiens debellare, a *regno* Ko cœpit. *Undecim *regulis* debellatis°, *jam* non-habuit hostem *ullum* in *imperio. *Si* *ad-orientem° ¶ debellaret, occidentales barbari querebantur; *si* *ad-meridiem° debellaret, septentrionales barbari querebantur, dicentes: Quare *posteriores-facit nos?

Populi° anhelabant illum, veluti, magna siccitate-facta°, anhelant imbres°. Qui ibant-ad nundinas, non impe-

(113) J : Viris robustis impii reguli agros arantibus, cibos afferebant.

(114) Sic H, I, J, *Vide* supra, Cap. IV, *not.* 30.

(115) J : *Chou king,* capite *Tchoung-hoeï-tchi-kao* (117–9,393–41–10,089). H : Hic locus pueri necem clare indicat.

(116) I. e. omnes imperii gentes.

(117) Perperam Noël : *Sed ut privato marito et uxori qui acerbam filii sui mortem ulcisci nequeunt, debitas injuriæ illatæ pœnas repetat.*. I, C, G : Hæc verba non indicant occisi pueri parentes, sed populum universum qui immitem regni *Ko* reguli tyrannidem diu passus fuerat.

(118) Hæc superius explicata sunt. *Vid.* pag. 75, not. 186–192.

diebantur; qui zizania-evellebant *seu* arabant, non mutabantur. Interficiebat eos regulos, et consolabatur eos populos; *ita ut*, perinde-ac opportuno-tempore imbribus decidentibus, populi multum lætarentur. Chou *king* ait : Exspectamus nostrum principem ; *ubi* princeps venerit, ipsi erimus-sine (119) suppliciis. »

§. XIX. Erant (120) *viri* qui non * obediebant. *Wou wang* (121) ad-orientem *eos* debellaturus *ivit*. *Cum* tranquillaret eorum viros *et* mulieres, *illi in*-calathis-*reponentes* suum nigrum *et* flavum *sericum*, *dixerunt* : (122) Continuando-servire nostro *familiæ* Tcheou imperatori, * beneficiis-cumulati-sumus. *Statim*° (123) * iverunt-se-subjectum in (124) magna urbe *familiæ* Tcheou. »

Ejus * sapientes (125) impleverunt (126) nigrum *et*

(119) J : Tunc sævi reguli suppliciis, i. e. tyrannide, liberabimur.

(120) C : Imperatori *Thang* successit *Wou wang*. Quamvis universum imperium *Tcheou* (1,187) familiæ sese subjecisset, nonnulli remanebant qui tyranni *Tcheou* (7,750) partes olim secuti, novum imperatorem detrectabant.

(121) J : Quia nempe *Tcheou* (7,750) in oriente, ut *Wou wang* in occidente, regnabat.

(122) A : Tunc, in calathis nigrum et flavum sericum reponentes, obviam venerunt exercitui reguli *Wou wang* et dixerunt : Nos (I) cœpimus servire *Tcheou* (7,750), atque, eo sublato, alium dominum (H) statim nacti, nunc servimus *Tcheou* (1,187).

(123) A : Statim (pergit liber *Chou king*) omnes corde læto vere paruerunt, et, nemine excepto, in imperialem familiæ *Tcheou* civitatem, clientelam suam professuri confluxere. » Ita (A, B, C, H, I, J) *Chou king*; deinde loquitur Mencius. Noël totum hunc locum cum Mencii verbis imprudenter commiscuit.

(124) J : I. e. in imperiali urbe.

(125) J : Prius *Kiun tseu* indicat ministros familiæ *Chang* (1,299); posterius, imperatoris *Tcheou* (1,187) duces.

flavum *sericum* in calathis, *et* cum *his muneribus* obviam-venerunt ejus * sapientibus. Ejus (127) exigui viri *tulerunt in* cistellis orizam-coctam *et in* vasibus vinum, *ac* cum *his* obviam-venerunt ejus exiguis hominibus. Liberabat populos ex aquæ *et* ignis° medio (128); comprehendebat (129) eorum tyrannos * et-nihil-amplius°.

§. XX. Thaï chi (130) ait : « Mea formidanda-majestas *late*° diffusa-est; *ubi* impetum-fecero-in° ejus fines (131), tunc comprehendam °tyrannum. Tò occidere *et* debellare (132) inde ¶ *multum* accrescet, *atque* (133) super *ipsum* Thang habebo splendorem. »

§. XXI. *Quia* non (134) agit *priscorum* imperatorum

(126) I. e. calathos serico nigro et flavo impleverunt.

(127) J : Prius *Siao min* populum familiæ *Chang* (1,299), posterius vero regis *Tcheou* (1,187) milites indicat.

(128) J : Sævam regulorum tyrannidem indicat.

(129) J : *Wou wang* eos interficiebat qui populum immiti regimine premebant.

(130) A : *Chou king* capite *Thaï chi*.

(131) H : Fines regni *Tch ou* (7,750). Utraque littera *Iu* est particula auxiliaris. H : Innuit se regulum *Tcheou* (7,750) debita pœna mulctasse.

(132) I : Gloria quæ ex tyrannis occisis aut debellatis oritur, (A) inde (*young*) accrevit.

(133) Perperam Noël : *Nec minus quam* Thang *gloriæ decus consequar.* G vituperat interpretes qui litteram *iu* per *velut*, *similiter*, explicant, cum sæpius significet *super* (*par dessus*), *magis quam*. Igitur ait : Si me cum *Thang* conferas, eum gloria et nominis splendore longe superavi. — J : Innuit victoriam quam *Thang*, debellato *Kie* (4,220) retulit.

(134) J : Nunc vero regnum *Soung* non exercet humanum regimen, idcirco a regnis *Thsou* et *Thsi* legem accipit, atque (I) ab illis armorum vi impetitur.

regimen *ita-est. Si exerceat (135) *priscorum* imperatorum regimen, quatuor marium ° interius simul attollent caput, et longe-prospicient eum, cupientes ut sit *eorum* princeps. *Regna* Thsi *et* Thsou licet magna *sint*, numquid formidabit *illa*° ?

§. XXII. Meng tseu alloquens (136) Thaï pou ching ait: Tu cupis *ne* tuum° regem °*fieri*-bonum° ? Ego clare monebo (137) te. *En* adest *regni* Thsou *præfectus (138) in hoc *loco*. *Si* cupiat suum filium (139) ° *regni* Thsi sermonem-loqui°, tunc, jubebit*ne* *regni* Thsi hominem edocere *illum*°, jubebit*ne* *regni* Thsou hominem edocere *illum*° ?

T. p. ch. ait: Jubebit *regni* Thsi hominem edocere illum.

M. t. ait: *Si* unicus (140) *regni* Thsi homo edoceat illum, *ac interea* omnes *regni* Thsou homines (141) obstrepant illi, quamvis quotidie flagello-cædat *illum* ut quærat eum *regni* Thsi-*sermonem-loqui*°, non poterit obtinere°. *Si vero* ducat *et* collocet illum *in vici* Tchouang

(135) J: Si vero, perinde ac *Thang* et *Wou wang*, gementes populos, benigni regiminis humanitate, solari, tyrannosque debellare nitatur..

(136) J: *Taï pou ching*, minister regni *Soung*.

(137) J: Ego te clare docebo qua ratione rex ad virtutem perducendus sit.

(138) J: Mencius ministrum *Taï pou ching* cum hoc regni *Thsou* præfecto confert.

(139) J: Hac comparatione principem regni *Soung* innuit, qui rectam regnandi normam docendus est.

(140) J: Innuit unicum sapientem *Sieï kiu tcheou*. Vid. *infra*.

(141) H: Innuit omnes abjectæ indolis viros qui pessimis consiliis et sermonibus, regem virtutis amore jam captum avocant ac pervertunt.

yo* (142) medio *per* plures annos, quamvis quotidie flagello-cædat *illum*, ut quærat illum *regni* Thsou-*sermonem loqui*, etiam non poterit obtinere° (143).

§. XXIII. ¶ Tu, *domine*, dixisti Sieï kiu tcheou (144) *esse* virtute-præditum virum°, *ac* effecisti *ut* ille resideret in *regis-palatio. *Si illi* qui sunt-in *regis-palatio, seniores *et* juniores, ignobiles *et* nobiles, omnes *sint* (145) *alii* Sieï kiu tcheou°, *tunc* rex *quonam-cum *viro* faciet *malum? *Si illi* qui sunt-in *regis-palatio, seniores *et* juniores, ignobiles *et* nobiles, omnes non *sint alii* Sieï kiu tcheou, *tunc* rex *quonam-cum *viro* faciet bonum? *Si igitur* unicus *sit* Sieï kiu tcheou, solus quoad *regni* Soung regem, quomodo (146)?

§. XXIV. Koung sun tchheou interrogans ait : Non invisis *regulos : *quid-causæ *est?*

Meng tseu ait : (147) *veteres, *quando* non *egerant-magistratum, non invisebant.

(142) H : *Tchoang yo*, vicus regni *Thsi* ingenti populo frequens.

(143) J : Si ita foret de puero, quanto magis de rege!

(144) H : Erat regni *Soung* minister.

(145) H : Si huic viro virtute similes sint.

(146) I : Ille quoad regis perfectionem, quomodo? Id est : Si solus sit, tunc palatium abjectis homuncionibus pravisque præfectis scatebit. Quomodo solus contra omnes, vitia in regis animum ab illis infusa corrigere atque eradicare poterit! *Vid. supra*, *pag.* 218, *lin.* 14.

(147) Perperam Noël : *Quando nullum gerebant in regno magistratum, regulos non invisebant.* Doctus interpres scribere debebat: *quando nullum adhuc gesserant.* Secus enim, eo tantum tempore quo magistratum gerebant, regulos invisere potuissent. A, H, J : Is tantum aliorum regnorum regulos, muneris obeundi causâ, adire poterat, qui jam, in regno suo, magistratu functus fuerat.

Touan kan (148) mo (149) transiliens murum°, effugit (150) illum. Sie lieou (151) occludens fores° non admisit *illum* (152). *In* hoc (153), uterque *nimius-fuit. *Si enim* obnixe-instet *princeps*, tunc *litteratus* potest ut invisat *illum*°.

§. XXV. Yang ho (154) cupiebat videre *Confucium (155), sed oderat carere (156) urbanitate.

« *Quando* (157) *præfectus *obtulit-munus ad littera-
» tum, *si* (158) non possit ¶ accipere *illud* in sua domo,
» tunc it salutare (i. e. gratias agere) *in* ejus (159) domum. »

Yang ho exploravit *Confucii° absentiam° et obtulit *Confucio assatum porcellum. *Confucius etiam explora-

(148) Perperam Noel : *Touon yu mo.* Litteram *kan* (2,479) pro *iu* (66) temere accepit.

(149) H : Sapiens vir qui in regno *Weï* (12,764) sapientia florebat.

(150) H : *Sc. Wen heou* (3,783–217) regni *Weï* (12,764) regulum.

(151) H : Sapiens vir ex regno *Lou* (12,787).

(152) *Sc.* Principem suum *Mo-koung* (8,012–612).

(153) G : Principes *Wen heou* et *Mo koung* cupiebant hos sapientes invisere; sed neuter principem domi excipere voluit, quia magistratum in suo quisque regno nondum obierat. Illos tamen (C) nimio integritatis suæ servandæ studio peccasse patet.

(154) G : *Yang ho* erat præfectus in regno *Lou*.

(155) J : Id est : Confucium accersere cupiebat ut ab eo inviseretur.

(156) J : Timebat ne ipsum alii homines, accersito sic Confucio, ritus et urbanitatem infregisse dicerent.

(157) B : Liber Rituum ait.. A : *Yang ho* citato loco fretus, callida hac arte utitur ut Confucium, licet insalutatum, se invisere cogat.

(158) J : Si litteratus forte absens...

(159) J : *Sc.* Præfecti domum. A : Confucius par pari refert.

vit ejus absentiam°, et ivit salutaturus illum. In hoc tempore, *si* Yang ho (160) prior-*venisset*, numquid *Confucius* potuisset non invisere *illum?*

§. XXVI. Tseng tseu aiebat : *Qui* (161) contrahunt humeros *ac* assentatorie rident, (162) desudant magis quam *in* æstatis campis.

Tseu lou aiebat : *Quando* (163) nondum conjuncti-sunt°, *si* loquantur, videas eorum vultum **rubore-suffundi. Non *ii sunt* quos *ego* Yeou (164)° capiam° (165). (166) Ex iis examinando°, tunc quod *sapiens *alit potest sciri°°.

§. XXVII. Taï ing tchi (167) ait : T° (168) *ex* decem unum,

(160) Gallice : *Si* Yang ho *eût fait les premières avances.*

(161) C : *Tseng tseu* servilem assentatorum abjectionem irridet.

(162) A : Viri qui, adulandi ac (C) gratiam vel beneficium aucupandi causâ, risum et hilaritatem mentiri conantur, magis desudant quam aratores, qui, ardente æstate, agros operose colunt.

(163) C : Alios viros contemptu non minori dignos carpit. C: quando cum viris sibi nondum intima amicitia devinctis, loqui coguntur.

(164) G : *Yeou*, nomen doctoris *Tseu lou*.

(165) H : Quasi diceret : Mihi sane contemptu et odio digni videntur.

(166) G : Qui regulos, spretis ritibus, invocatus adit, non minori contemptu dignus est quam illi viri quos *Tseng tseu* et *Tseu lou* tam acerbe carpunt et irrident. — Hinc patet quos animos gerere, quam agendi rationem sapiens tenere debeat. Quasi diceret : Sapienti viro regulos (H) beneficii aut muneris captandi causâ, leviter invisere nequaquam licet. Vid. *not.* 15.

(167) G : Regni *Soung* (2,103) præfectus.

(168) A, I : Decimam frugum partem in tributum, sicut pristini imperatores, exigere.

ac τὸ abrogare regni-portarum (169) *et* (170) fori° vectigal, *nunc nondum potui. Velim imminuere illud, ut exspectem (i. e. usque ad) venientem annum, *et-deinde penitus-abstinebo; *quomodo?

Meng tseu ait: Nunc existit homo qui quotidie subripit suorum vicinorum° (171) gallinas. Quidam alloquens eum ait: Illud ¶ non *est* *sapientis° agendi-ratio. Respondet: Velim (172) imminuere illud *vitium. Singulo*-mense subripiam unam gallinam, ut exspectem (i. e. usque ad) venientem annum, *et-deinde penitus-abstinebo.

Si (173) sciat illud non *esse* æquum, tunc statim abstineat°. Quid exspectat venientem annum?

§. XXVIII. Koung tou tseu ait: Externi (174) homines simul dicunt *quod* *magister amat (*i. e.* tu amas) disputare. Ausim interrogare qua-de-causa°?

Meng tseu ait: Ego numquid amo disputare°! Ego non possum aliter-agere°. *Orbis° natus-est jam-dudum°. Modo bonum-regimen *viguit*, modo anarchia *grassata est*.

(169) H: *Kouan*, portæ seu locus ubi in regni limitibus, atque intra regnum, ad singulas vias, invectitiæ merces tributo taxabantur.

(170) H: Urbis regiæ ac minorum oppidorum nundinas intelligit.

(171) H: Hac comparatione gravia injustaque tributa innuit.

(172) J: Alludit ad principem qui molesta tributa non penitus tollere, sed tantum paulatim imminuere cogitat.

(173) Perperam Noël: *Quid tu de hujusmodi homine sentires? Si revera iniquitatem suam cognoscit*, etc. H, I, J aliique omnes interpretes hæc non de prædicto latrone, sed de principe intelligenda esse censent.

(174) I: Illos intelligit qui Litteratorum doctrinam non profitebantur.

§. XXIX. In *imperatoris* Yao° tempore, aquæ adverse fluentes *inundarant in medii regnum. Serpentes *et* dracones habitabant-in eo; populus non-habebat *locum* quo sedem-defigeret. Qui *erant* (175) infra, faciebant nidos; qui *erant* (176) supra, faciebant *cavas-habitationes (177). Chou *king* (178) ait: « Exundantes aquæ admonent me. » Exundantes aquæ° *sunt* magnæ *diluvii* aquæ°. *Cum* (179) *Chun* ¶ jussisset Yu dirigere eas, Yu excavavit terram et fluere-fecit illas *in* mare. Abegit serpentes *et* dracones et relegavit eos *in* herbosas-paludes. Aquæ (180) sequentes terræ medium fluxerunt; *Fluvii* Kiang, Hoaï, Ho *et* Han *illæ* sunt°. *Periculis *et* obicibus (181) *remotis, volucres *et* feræ° quæ nocebant hominibus, evanuerunt, *et-deinde homines obtinuerunt tranquillam terram et habitarunt-in ea.

§. XXX. Yao *et* Chun *defunctis, sanctorum virorum° doctrina (182) defecit. Sævi principes continuata-generationum-serie exsurrexerunt. Everterunt *domos ad faciendum stagna *et* lacus, *et* populus non-habuit *locum* quo *tranquille-quiesceret. Destruxerunt agros ut face-

(175) J : Qui terram planam habitabant, domunculas, nidorum instar, arboribus pendulas, confecerunt.

(176) J : Qui in locis altioribus degebant.

(177) Sic G, I, J. Aliter H : Aggerabant (*ing*) terram, atque in ea cavernas faciebant.

(178) H : *Chou king* capite, *Ta yu mou* (1,797-7,106-12,210).

(179) H, C : *Chun* (8,727) ex mandato imperatoris *Yao* jussit *Yu*, etc.

(180) H : I. e. intra ambas alveorum ripas.

(181) H, J : Intelligit exundantes diluvii aquas.

(182) J : *Sc.* humanitas et justitia.

rent hortos *et* septa, *ac sic* effecerunt *ut* populus non posset vestiri *et* comedere. Perversi sermones *et* sæva facinora adhuc exsurrexerunt; horti *et* septa, stagna *et* lacus, aquarum-lacunæ *et* herbosæ-paludes abundarunt, ac volucres *et* feræ (183) advenerunt. Ut-pervenit-ad (184) *imperatoris* Tcheou* personam, *imperium iterum valde turbatum-est.

§. XXXI. Tcheou koung adjuvans Wou wang plectit Tcheou *et* aggressus est *regnum* (185) Yan. Tribus annis *elapsis*, peremit ejus (186) principem; expulit Feï lian (187) in maris angulum (188) et occidit illum. ** Extinctis regnis *quinquaginta (189), abegit tigres, pardos, rhinocerotas *et* elephantas (190), *ac* procul-removit ¶ illos. *Tunc* *imperium valde lætatum-est. *Liber* Chou *king* ait (191) : « *Quam* mirifice (192) splenduerunt* *regis*

(183) H : Inveniebant enim densa nemora quibus latitarent.

(184) I : Quando sævus *Tcheou*(7,750) ultimus imperator e familia *Chang* (1,299) rerum summa potitus est.

(185) J : *Yan*, nomen regni quod imperatoris *Tcheou* tyrannidem, facta societate, adjuverat.

(186) J : *Sc.* Regni *Yan.*

(187) J : *Feï lian* ministrum imperatori *Tcheou* (7,750) gratiosum.

(188) J : Illum in regionem remotissimam ac mari adjacentem relegavit.

(189) J : Intelligit regulos tyranno *Tcheou* (7,750) fœdere et societate devinctos.

(190) J : I. e. bestias omnes quas *Tcheou*, oblectationis causâ, in septis alebat.

(191) H : *Chou king*, Capit. *Kiun ya* (1,150-5,639).

(192) A, C : Omnia quæ *Tcheou koung* egit ac instituit (*Sc.* ritus, musicam, administrationis leges et pœnas) clara, magna,

Wen wang consilia! *quam* mirifice subsecuta-sunt° *regis* Wou wang præclara-*merita!* Adjuverunt *et* edocuerunt (193) nostros posteros homines. Omnia juxta perfectionem *sunt, et* non-habent *ullam* mendam. »

§. XXXII. *Postea* generatio (194) decidit, recta-norma decrevit; perversi sermones (195), sæva facinora (196) iterum exsurrexerunt. Subditi qui occiderunt suum principem, exstiterunt°; filii qui occiderunt suum patrem, exstiterunt°.

* Confucius *his* exterritus fecit *librum* Tchhun thsieou, *i. e.* Ver *et* Autumnum. *Liber* Tchhun thsieou *imperatoris° res *continet°*. *Ideo * Confucius aiebat : Qui novit me, ille solum *ex* (197) *libro* Tchhun thsieou *me novit°!*

pulchra et eximia fuere. Nihil eorum splendori ac perfectioni addi potest.

(193) J : Indicat familiæ *Tcheou* (1,187) posteros.

(194) A, I, J : Postquam *Phing wang* (2,480-8,884 *bis*) e familia *Tcheou* (1,187) natus, in orientem transiit.

(195) I : Litteræ *sie choue,* litteras *tao weï,* et *pao hing*, litteras *che kiun fou* (occidere principem, patrem, etc.) indicant. Perperam Noël: *fastosa opera invehere.* Principis aut patris cædes, non *fastosum opus*, sed horribile facinus est.

(196) J : *Yeou* (4,028), i. e. *yeou* (1,089).

(197) Locus difficillimus, nec Noëlianæ versionis auxilio, ad verbum unquam intelligendus. Nitidissimam interpretis E explicationem secutus sum. G, G : Confucius librum *Tchhun thsieou*, Ver et Autumnum, seu regni *Lou* annales, composuit, ut tyrannos ab optimis imperatoribus debellatos, rectamque regnandi normam, remotissimæ posteritati transmitteret. — Ideo ait : Qui norunt me (i. e. leges, ritus, virtutum exempla, etc. quæ posteris tradidi) hanc notitiam (E) libro *Tchhun thsieou* hauserunt; rebelles subditi tyrannique me oderunt, quia ille quem conscripsi liber æternam ignominiæ notam eorum nominibus inussit.

qui accusat me, ille solum *propter librum* Tchhun thsieou *me accusat*° !

§. XXXIII. *Cum* sancti (198) reges non exsurgant, reguli * effrenæ-nequitiæ-indulgent, * privati-litterati perverse disceptant, *sectariorum* Yang tchou *et* Me ti ° sermones (i. e. dogmata) impleverunt * imperium. * Imperii ° sermones, *si* non sequantur Yang, tunc sequuntur Me. * *Secta*-Yang (198ª) causâ meî : *illud* est non-habere principem° ; * *secta*-Me *omnes* simul diligit : *illud* est non-habere-patrem °. τὸ non-habere patrem, τὸ non-habere principem, est ¶ * brutum-animal *esse* °.

Koung ming i aiebat : « *Principis* culina habet pingues carnes, equile habet pingues equos, populus habet famis colorem, campi-deserti habent homines * inedia-mortuos : illud *est* impellere feras ad devorandum homines°. »

Si sectarum Yang *et* Me° doctrina non compescatur *ac* * Confucii° doctrina non exsplendeat, isti perversi sermones decipient populum, obstruent *et* impedient humanitatem *et* æquitatem°. *Si* humanitas *et* æquitas obstruantur *et* impediantur, tunc impellent feras *ad* devorandum homines; homines *enim se* invicem * devorabunt.

§. XXXIV. Ego propter hoc exterritus, tueor pristinorum sanctorum ° doctrinam, compesco *sectarios* Yang *et* Me; propulso effrenata *eorum* verba, *ut* perversi sermones ° non possint exsurgere. *Ubi* exierunt ex eorum

(198) J : Indicat principes imperatoribus *Yao, Chun, Wen wang* et *Wou wang* similes.

(198 *a*) C, J : Gallice, *La secte Yang rapporte tout à elle ; elle s'aime uniquement, et ignore qu'il faut s'oublier soi-même et se sacrifier pour le bien public.*

corde, damnum-inferunt in eorum (199) res; *ubi* exierunt ex eorum rebus, damnum inferunt in eorum (200) regimen. *Si* sancti viri (201) iterum surgerent, non mutarent mea verba°.

§. XXXV. *Olim Yu coërcuit magnas *diluvii* aquas, et *imperium tranquillatum-est. Tcheou koung simul-*debellavit* *australes-*et*-boreales-barbaros, abegit immites feras et centum familiæ placide-quieverunt. *Postquam* Confucius *absolvit *librum* Tchhun thsieou*, turbidi subditi et *prædones contremuerunt.

¶ *Liber* Chi *king* ait: « *Occidentales-*et*-boreales-barbaros* profligavi; *regna* Hing *et* Chou° perdomui, *et* tunc nemo mihi ausus-est resistere. » *Homines* (202) *qui* non-habent patrem, *qui* non-habent principem, *sunt* ii-quos Tcheou koung (203) profligavit°.

§. XXXVI. Ego etiam cupio rectum-facere hominum cor, compescere (204) perversos sermones, oppugnare pravas actiones *et* propulsare effrenata verba, ut succedam (205) tribus sanctis *viris**. Numquid amo disputare°!

(199) H : Res i. e. mutua principis et subditi, patris et filii officia.

(200) Perperam Noël : *Totus regiminis ordo pervertitur.* H : littera *tching* non significat *regimen*, sc. *regni administrationem*, sed, legem nobis cœlitus insitam, quæ mutua principis et subditi, patris ac filii officia, definit.

(201) Perperam Noël : *Si Confucius resurgeret.* Agitur hic de priscis imperatoribus, quemadmodum idem interpres, cap. III, §. 25, pag. 258, lin. 28.

(202) H : Sectarios *Yang* et *Me* ab istis barbaris nullo modo differre ait.

(203) Vide supra, *not.* 211, Capit. V, §. 37.

(204) H : Indicat exitiosa sectariorum *Yang* et *Me* dogmata.

Ego non possum abstinere, i. e. aliter agere°. Qui potest loquendo oppugnare *sectarios* ** Yang-*et*-Me, sanctorum virorum° discipulus *est*°.

§. XXXVII. Khouang tchang (206) ait: Tchhin tchoung tseu * nonne vere *est* temperans vir°? *Cum* habitaret-in *vico* (207) Ou ling *ac* tribus diebus non comedisset, aures non-habebant auditum, oculi non-habebant visum°. * Juxta-puteum erat pyrus. Vermis qui comedebat fructum, *jam* excederat medium° (208). * Manibus-et-pedibus-reptans ivit, *ac* sumens (209) comedit illud. *Ubi* ter deglutivit, * deinde aures habuerunt auditum *et* oculi habuerunt visum.

¶ Meng tseu ait: Inter Thsi regni° viros, ego certe * existimo *illum* Tchoung tseu *esse* (210) magnum digitum°. * Attamen Tchoung tseu quomodo callet temperantiam? *Si quis velit* (211) adimplere *viri* Tchoung tseu° propositum, tunc fiat-vermis, et deinde poterit°.

(205) J: Ut continuem merita quibus *Yu*, *Tcheou koung* et *Confucius* claruere. Perperam Noël: *Et sane qui potenti sermone valuerit.* Littera *neng* verbum est, non adjectivum. B, C, H: Qui potest facere (B, instituere) sermones quibus, etc. Sic etiam versio Tartarica.

(206) J: *Khouang tchang* et *Tchhin tchoung tseu* erant ambo e regno *Thsi*.

(207) J: Regionis nomen. A: Licet nobili domo ortus, in tam vili pago habitare non refugit.

(208) I: I. e. vermis pyri fructus majori ex parte jam comederat.

(209) I: *Tsiang*, i. e. *tsiu*, capere.

(210) I: I. e. Litteratos hos omnes sane antecellit.

(211) *Meng tseu* irridet *Tchoung tseu* qui temperantiam in cibi et vitæ commoditatum abstinentia consistere, stulte putat.

§. XXXVIII. °Vermis (212) supra comedit siccam humum, infra bibit flavam aquam. Illa-quam Tchoung tseu habitat° domus, *est-ne* ea-quam (213) Pe i° exstruxit°? vel etiam *est-ne* ea-quam latro (214) Tche° exstruxit°? Illud-quod comedit° milium, *est-ne* illud quod Pe i° seminavit°? vel etiam *est-ne* illud-quod latro Tche° seminavit°? Illud nondum potest sciri°.

§. XXXIX. *Khouang tchang* ait : (215) Hoc, (216) *quid-refert°? Ille, ipsemet texit paleares-soleas, *et* uxor texit cannabem, ut permutent illud° (217).

M. t. ait : Tchoung tseu *ex regni* Thsi° *nobili-familia *natus est*°. Frater-major *nomine* Taï, *in urbe* (218) Ho, accipit-in-annuos-reditus decem-millia tchoung. *Existimans fratris-majoris °reditus non *esse* æquos° reditus°, non comedit *illos*; *existimans fratris-majoris °domum non *esse* æquam° domum°, non habitat *illam*°; fugiens fratrem-majorem *et* discedens-a matre, sedem-fixit in *vico* Ou ling. *Cum* alio die rediisset, tunc fuit *vir* qui dono-obtulerat ejus fratri-majori vivum anserem°. Ipse °contracto-supercilio ait : *Cui-usui iste **glacitans *anser* fuit (219) *datus*°?

Alio die, ejus mater occidit hunc * anserem°, *et* dedit

(212) *Supra, infra*, i. e. hinc, inde.

(213) J : *Pe i*, antiquitatis vir temperantia sua notissimus.

(214) J : *Tche*, antiquitatis vir intemperantia sua famosus.

(215) J : Littera *chi* indicat domum et victum.

(216) Ad verbum : quid lædit? quid mali est? Illud ejus temperantiæ nequaquam nocet.

(217) J : *Tchi* (41) indicat cibos. Permutet, i. e. ut, permutatione facta emat cibos,

(218) J : *Ho*, urbis nomen.

illi *ut* comederet eum. Ejus frater-major de foris veniens ait : Illud, **glacitantis [*anseris* °caro *est*°. *Tunc* exiit et evomuit illam.

XL. *Tchoung tseu*, quoad maternos *cibos*, tunc non comedit (220); quoad uxorios *cibos*, tunc comedit illos; quoad fratris-majoris• domum, tunc non habitat; quoad *vicum* Ou ling, tunc habitat illum. *An* illud (221) adhuc est *posse adimplere (222) ejus speciem°°? *Vir* qui *est* sicut Tchoung tseu, *si* fiat-vermis, tunc deinde *poterit* adimplere suum propositum°°.

(219) Ita interpres E.

(220) J : Indicat litteras *wa tchi*.

(221) J : *Chi* indicat tres supra phrases.

(222) A, C, J : Cibos ab uxore oblatos comedit, domum in vico *Ou ling* habitat. Cum igitur cibo et domo, ut vermis supra dictus, omnino carere nequeat, illum vel meram temperantiæ quam sibi proposuit (vid. *not.* 211) speciem adimplere (*tchoung khi louï*) non posse patet. Si (A) hujus propositi speciem (*l'apparence*) adimplere nequit, quanto minus integrum temperantiæ propositum ! Doctissimmus Noël toto hoc paragrapho cæcutiit.

Nota. Ad calcem secundi tomi, qui nunc prælo subjicitur, Emendationes ac Mencii Index accedent.

FINIS TOMI PRIMI.

MENG TSEU.

VENUM DATUR,

PARISIIS,	Apud Comitem DE LASTEYRIE, *rue de Grenelle-Saint-Germain*, N.° 59;
	Apud DONDEY-DUPRÉ patrem et filium, Societatis Asiaticæ typographo-bibliopolas, *rue Saint-Louis*, N.° 46, *au Marais*.
STUGARDIÆ, et TUBINGÆ,	Apud COTTA.
LONDINI,	Apud SOWERBY, N.° 33, *King street*.

Ex Typis MIGNERET, *rue du Dragon*, N.° 20.

MENG TSEU

VEL

MENCIUM

INTER SINENSES PHILOSOPHOS, INGENIO, DOCTRINA, NOMINISQUE CLARITATE

CONFUCIO PROXIMUM,

EDIDIT, LATINA INTERPRETATIONE, AD INTERPRETATIONEM TARTARICAM UTRAMQUE RECENSITA, INSTRUXIT, ET PERPETUO COMMENTARIO, E SINICIS DEPROMPTO, ILLUSTRAVIT

STANISLAUS JULIEN,

SOCIETATIS ASIATICÆ PARISIENSIS ET LONDINENSIS SOCIUS.

ACCEDUNT EMENDATIONES ATQUE INDEX LOCUPLETISSIMUS.

SOCIETATIS ASIATICÆ ET COMITIS DE LASTEYRIE IMPENSIS.

PARS POSTERIOR.

LUTETIÆ PARISIORUM.

M DCCCXXVI.

MENCII

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Tractatus Li leou pars prior.

§. I. Meng tseu ait : *Quamvis celebris* Li (1) leou° perspicacitatem, *et opificis* (2) Koung chou tseu °solertiam *habeas*, *si* non utaris circino *et* norma, non potes facere *res* quadratas *et* rotundas; *quamvis musici* (3) Sse khouang °solertem-auditum, *si* non utaris sex (4) regulis, non

Nota. Litteræ GG commentarios indicant a doctore *Tchou-hi* (4,066–5,504) editos sub titulo : *Sse-chou-tchou-tseu-i-thoung-thiao-pian* (1,511-4,019-4,066-2,059-6,216-1,140-4,273-10,980). Plerumque circa res mere philosophicas versantur, omnesque celebriorum interpretum sententias, sive auctoris menti et explicationibus congruant, sive ab iis discrepent, nitido ordine digestas doctissimaque censura excussas exhibent.

(1) E : *Li-leou* idem ac *Li-tchou* (4,066), vir apud veteres, imperante *Hoang-ti* (6,491-2,421), acutissima oculorum acie notus.

(2) E : *Koung-chou-tseu*, nomine *Pan* (5,924), artifex e regno *Lou* (12,787), ingenio et solertia celebris. C : Matri suæ ligneum hominem, aurigæ vices explentem, confecerat, ita ut, elaterio vix remisso, currus statim velocissime, quasi proprio motu, ferretur.

(3) Tart. versio : Musicæ præsidis *Khouang*. E : *Sse-khouang*, cognomine *Tseu-ye* (2,059-11,374) apud *Phing-koung* (2,480-612), regni *Tsin* (3,920) regulum, musicæ præsidis munere fungebatur.

(4) C : Indicat duodecim *liu* seu regulas ab imperatore *Hoang-ti*

potes (5) perficere quinque (6) sonos; *quamvis imperatorum* Yao *et* Chun° agendi-normam, *si* non utaris humano regimine, non potes pacifice gubernare *imperium.

§. II. Nunc, *principes* habent humanum cor *et* (7) humanam famam, et-tamen populi non percipiunt eorum beneficia, nec *ipsi* possunt esse-exemplo ad posteriores generationes, °*quia* non agunt priscorum imperatorum °agendi-normam°.

§. III. Itaque dicitur : « Sola virtus (8) non sufficit ad exercendum regimen; sola lex (9) non potest ut ex-se agat. »

inventas, quarum sex sunt *yang* (11,809) sive perfectæ, aliæ vero sex sunt *In* (11,797) sive *imperfectæ, i. e.* inter duodecim semitonos quibus constat *diapason* (*l'octave*), sex priores numeris imparibus, primo, tertio, quinto, etc., sex posteriores vero numeris paribus, secundo, quarto, sexto, etc., respondent. G : Sex *liu* perfectæ vocantur *hoang-tchoung* (13,111-11,522), *thaï-thso* (1,799-7,583), *kou-si* (1,890-4,946), *jouï-pin* (6,160-10,468), *i-tse* (1,808-7,92), *ou-i* (5,454-10,822 *bis*). Sex *liu* imperfectæ vocantur *ta-liu* (1,797-1,181), *kia-tchoung* (1,810-11,522), *tchoung-liu* (11,522-1,181), *liu-tchoung* (4,136-11,522), *nan-liu* (1,010-1,181), *ing-tchoung* (3,110-11,522). Hæc nomina symbolica sunt, variisque naturæ per duodecim lunæ cursus (*lunaisons*) operationibus respondent. Juxta Sinas, unumquodque *liu* uni menstruo lunæ cursui respondet eique suum nomen imponit. Vide *Mémoires sur les Chinois*, tom. II, p. 95-sqq.

(5) J : *Tching* (4,652), est efficere ut quinque notæ, pro sua quæque natura, consonæ sint, gratamque harmoniam reddant.

(6) G : Indicat quinque notarum sonos *koung*, *chang*, *kio*, *tchi*, *iu* (2,128-1,299-9,900-2,718-8,224).

(7) I. e. Etsi eorum humanitatis fama late diffundatur.

(8) H : Si princeps, licet eximia bonitate præditus, humanum regimen non exerceat..

§. IV. ¶ Carminum (10) *liber* ait : « Non (11) transgressus-est, non oblitus est, *quia* * egit-secundum pristina instituta. » *Vir* qui secutus priscorum imperatorum° leges* peccaverit, nondum° exstitit°.

§. V. Sancti viri *cum-exhausissent (i. e. perfecte exeruissent) oculorum vim°, continuaverunt (12) illud, utendo circino, norma, libella *et* perpendiculo, ad faciendum *res* quadratas, rotundas, planas, *et* rectas, *atque id* (13) non potuit consumi usu°? *Cum-exhausissent auris vim°, continuaverunt illud, utendo sex Liu *seu* regulis, ad perficiendos quinque sonos, *atque id* (14) non potuit consumi usu°. * Cum-exhausissent animi cogitationes°, continuaverunt illud, utendo **humano (15) regimine, et humanitas cooperuit, i. e. complexa-est *imperium.

§. VI. Itaque dicitur : « *Si* exstruis *opus* altum, debes (16) sequi colles *et* aggeres ; *si* exstruis opus depressum,

(9) H : Si princeps licet optimis legibus instructus, humanitatis sensibus careat..

(10) H : Liber Carminum, tom. *Ta-ya* (1,797-11,889), oda *Kia-lo* (3,18-4,460).

(11) H : *Yen, kouo*, gallice : *pécher par excès* ou *par défaut.*

(12) H : I. e. transmiserunt (4,08). Illud, *sc.* illam oculi vim et peritiam, qua duce, (A) res quadratas, rotundas, planas et rectas confecerant.

(13) A : *Sc.* ars omnia vasa et utensilia conficiendi, immensi usûs, immensæ utilitatis fuit.

(14) A : *Sc.* ars musicos concentus efficiendi.

(15) Ad verbum : *Pou-jin-jin-tchi-tching,* administratio non sustinens-crudeliter-tractare homines. Diction. *Khang-hi* (2,535-3,504) : Quiescere-in inhumanitate dicitur *Jin* (2,733).

(16) H : Prout in excelso loco aut humili fundamenta jacis, facilius etiam excelsam aut humilem domum struis.

debes sequi amnes *et* stagna ». Exercendo regimen, τὸ non sequi pristinorum ° imperatorum ° agendi-normam, potest-*ne* vocari prudentia °?

§. VII. * Idcirco solummodo * humanum virum decet stare-in excelsa * i. e. regia sede; *si vir* inhumanus ° stet-in excelsa sede, *id est* spargere hæc ¶ mala (17) in multitudinem °.

§. VIII. *Si* supra (18) non-sit recta-agendi-norma *et* moderamen, infra (19) non-erit lex *et* disciplina. *Si* aula (20) non (21) adhibeat-fidem rectæ-rationi, *si* minores-magistratus non adhibeant-fidem institutis, *si* sapientes (22) transgrediantur æquitatem, *si* exigui homines transgrediantur leges, * id-quo regnum ° servatur, fortunæ-casus *est* °.

§. IX. Itaque dicitur: τὸ mœnia-interiora *et* mœnia-exteriora nondum absoluta *esse* (23), arma *et* loricas non numerosa *esse*, non *est* regni ° calamitas; τὸ agros *et* campos-ab-urbe-remotos non *bene* excoli, *ac* opes *et* divitias non coacervari, non *est* regni ° ruina ». *Si* supra (24) non-sint

(17) H : Hæc immanitatis mala seu damna, *sc.* ministri et populus principis crudelitatem et nequitiam imitabuntur.

(18) H : Si superior *seu* princeps res juxta rectam-normam, non moderetur, non dirigat..

(19) GG : Littera *hia* (infra) ministros et populum indicat.

(20) H : Aulæ ministri.

(21) H : Si non credant eam esse dignam quæ in praxim redigatur, si eam (GG) flocci faciant ac sequi parum curent.

(22) H : Viros in dignitate constitutos et variæ administrationis munera obeuntes intelligit.

(23) H : I. e. firma et solida.

(24) H : Id est *wou-tao-khoueï*, vid. supra not. 18.

ritus (25), *si* infra non-sit studium, pravus populus exsurgit, *atque regni* exitium *non-abest-uno-die, i. e. jam-jam-instat.

§. X. Carminum (26) *liber* ait: Cœlum (27)° jam-jam-evertet; (28) ne-sitis **remissi (29). *Vox* * remissi (30) *est* velut *lenti-et-negligentes°. Serviendo principi, *non-sequi-æquitatem; accedendo (31) *et* recedendo *non-servare-ritus; loquendo, tunc vituperare (32) pristinorum imperatorum° agendi-normam°, *est* velut lentum-et-negligentem *esse*.

§. XI. ¶ Ideo dicitur: Suadere (33) difficilia ad principem, dicitur reverentia; proponere bonum (34), repri-

(25) H: Si non studeant ritibus. Hic locus respondet ad litteras *wou-fa-cheou*. Vid. supra not. 18.

(26) J: *Chi-king*, tom. *ta-ya*, oda *Pan* (3,247).

(27) H: Cœlum familiam *Tcheou* (1,187) evertere meditatur.

(28) H: Ministros alloquitur.

(29) G: Lege *i-i-jan*, transposita adverbiali particula *jan*.

(30) J: *I-i-jan*, locutio *Tcheou* tempore usitata. — Locutionem obsoletam recentiori explicat.

(31) *Tsin-thouï*, magistratum adire, gerere; magistratum relinquere, abdicare.

(32) *Tart. vers.* Pro nihilo ducere. Omnes interpr.: Vituperare, acriter reprehendere. J: gallice: *Calomnier la conduite des anciens rois et dire qu'elle ne vaut pas la peine d'être imitée.* Perperam Noël: *Si dicat (princeps noster) imitandæ priscorum imperatorum virtuti et regimini impar est.*

(33) I: *Tse*, non est verbis *acribus reprehendere*, sed simpliciter *verbis exponere*. H: Eum consiliis suis stimulare, ut imitetur *Yao* et *Chun*, quod (C) sane difficillimum est.

(34) J: Nitide illi aperire quid sit humanum regimen. — Pravitatem, *i. e.* inhumanitatem, sævitiam.

mere pravitatem, dicitur° (35) observantia. *Dicere*: Meus princeps (36) non potest, vocatur° furari, *i. e.* nocere (*illi*).

§. XII. Mencius ait: Circinus *et* norma *rerum* quadratarum *et* rotundarum* perfectio° (37), sanctus vir hominis ordinum° perfectio *est* (38).

§. XIII. *Si* (39) cupias, agens principem, exhaurire principis° agendi-normam, *si* cupias, agens ministrum, exhaurire ministri agendi-normam: (40) *in-his-duobus, simul imitare Yao *et* Chun et nihil-amplius*. Tὸ, non secundum *normam* (41) *qua Chun° serviit Yao, servire principi, non revereri suum principem° *est*°. Tὸ, non secundum *normam* (42) *qua Yao° rexit populum, regere populum, nocere suo populo° *est*°.

(35) H: Verus animi affectus.

(36) J: Humanitati exercendæ impar est.

(37) I: *Ki*, i. e. *tsin* (6,567), gallice: *l'épuisement*, i. e. (sensu Sinis familiari) *l'entier achèvement*. — *Effectus* pro *causa* ponitur. C: Sunt quadrationis et rotunditatis perfectus canon (792). I: Quadrationis et rotundationis ratio ita exhauritur (*tsin*), *sc.* ita perfecte-absolvitur a (*sic*) circino et norma, ut ne hilum quidem mutare vel addere aut demere queas. C: Ut sine circino nulli rei quadrationem et rotunditatem perfectam dare, sic et, remoto sancti viri exemplo, quinque præcipua humanæ societatis officia rite exsequi nullo modo potes.

(38) I: Quinque hominis officiorum ratio exhauritur (*tsin*) a sancto viro, i.e. (C) horum officiorum est perfectissimum exemplar. *Vid.* notam superiorem.

(39) Perperam Noël: *Qui vult vere imperatorem agere*. C: Littera *yo* (cupere) ad litteram *tsin* (exhaurire) referenda est. Sic et vers. Tartarica.

(40) Id est, sive principem, sive magistrum agas.

(41) E: *Sc.* reverentiam.

§. XIV. * Confucius aiebat : Viæ *sunt* duæ : humanitas et * inhumanitas, et nihil-amplius°.

§. XV. *Si princeps* sæviendo-in suum populum (43), nimius-sit, tunc ipse a-subditis-perimitur (44) *ac* regnum *ejus* perit. *Si* non sit-nimius, tunc ipse (45) periclitatur *ac* regnum *ejus* imminuitur. *Populi* (46) cognominant illos ¶ dicentes : Yeou, *i. e.* hebetes, *et* Li, *i. e.* crudeles. Licet *illis sint* pii (47) filii *et* humani (48) nepotes, *post* centum generationes non possunt immutare illud.

Carminum (49) *liber* ait : (50) « *Familiæ* In° speculum

(42) E : *Sc.* humanitatem.

(43) I. e. si multum, si parum sæviat-in.. Perperam Noël : *Maximum malum quod manere solet.. minus*, etc. Littera *chin* (multum, nimium) ad inhumanitatem, non vero ad sævorum principum pœnam referenda est. C, GG : Duplex est inhumanitatis species, sc. (9-93-4,028-5,067-5,061) levis inhumanitas (*pou-chin*) et profunda inhumanitas (*chin*). Assentiunt B, C, E, H, I et vers. Tartarica.

(44) E : Imperatores *Kie* et *Tcheou* (4,220-7,750) intelligit.

(45) E : Imperatores *Li-wang* et *Yeou-wang* intelligit. *Li-wang* in regione *Tchi* (2,652) exulavit, *Yeou-wang* in regione *Hi* (3,201).

(46) I : *Sc.* postquam obierunt, turpe illud cognomen ipsis imponitur.

(47) J : Quantumvis in avum suum pii sint.

(48) J : Quantocumque amore proavum suum prosequantur, infamiam ejus memoriæ inustam delere nequeunt.

(49) G : *Chi-king*, tom. *ta-ya*, oda *Thang* (5,124).

(50) C : *Tchou-hi*, in suis ad *Chi-king* annotationibus, odam *Thang Li-wang* principis causâ compositam fuisse censet. H : *In lan*, non est exemplum quod *In* subministrat, sed contra, (A, H, I, J) exemplum quod *Tcheou* (7,750), familia *In* ortus, ex infelici exitu imperatoris *Kie* (4,220), familiæ *Hia* (1,780) ultimo, ducere atque ob oculos habere debet, ut a tyrannide deterreatur.

non *est* procul. Est-in *familiæ-Hia° generatione (51) ». Illud° (52) dicit°.

§. XVI. Meng tseu ait : Tres (53) familiæ° obtinuerunt *imperium°, per (54) humanitatem; eorum *posteri* (55) amiserunt *imperium° per* inhumanitatem. Id-quo (56) regna° dilabuntur *et* exsurgunt (*sive* florent), conservantur *et* pereunt°, etiam sic.

§. XVII. *Si* imperator *sit* *inhumanus, non conservat (57) quatuor maria; *si* reguli *sint* *inhumani non conservant *terræ-et-frugum-Spiritus (58); *si* supremi-tribunalis-præsides *et* *magnates *sint* *inhumani, non conser-

(51) J : Littera *In* (4,750) indicat *Tcheou* (7,750) et litteræ *Hia-heou* (1,780-1,143), imperatorem *Kie* (4,220). *Vide* notam super.

(52) C : Mencius, hoc allato carmine, posteros principes terribili imperatorum *Li-wang* et *Yeou-wang* exemplo, docere atque a sævitia avertere intendit. — J : Hic locus illud (i. e. principes *yeou* et *li* dictos) intelligit.

(53) H : Familias *Hia*, *Chang* et *Tcheou* (1, 780-1,299-1,187) indicat.

(54) H : Imperatores *Iu*, *Thang*, *Wen-wang* et *Wou-wang* intelligit.

(55) H : Imperatores *Kie*, *Tcheou* (7,750), *Li-wang* et *Yeou-wang* innuit.

(56) H : Non solum imperium, sed etiam (J) exigua regulorum regna, principis humanitate florent, inhumanitate corruunt.

(57) H : Omnes imperii populos intelligit. Non conservat, *i. e.* amittit.

(58) J : Sacrificiis quæ terræ et frugum Spiritibus offeruntur, præsunt reguli. — Hi Spiritus regnum regulo ab imperatore commissum, in tutelam recipere, sed, regulo dignitate sua spoliato, statim deserere dicebantur. Unde, « amittere terræ et frugum Spiritus » idem est ac regia potestate exui.

(59) Jus parentalia sacrificia in his templis offerendi, eorum di-

vant (59) * veneranda-majorum-templa; *si* litterati *et* *plebei-homines *sint* *inhumani, non conservant (60) *sua* quatuor membra.

Nunc, τὸ odisse mortem *et* interitum et delectari * inhumanitate: illud *est* velut odisse ebrietatem et (61) niti in vinum i. e. effrene indulgere vino.

§. XVIII. Meng tseu ait: (62) *Si quis* amet homines 63) *et* non diligant illum, penitus-consideret suam humanitatem (64); *si* regat homines (65), *et* non regantur, penitus-consideret suam prudentiam; *si* ¶ urbane-tractet homines, *et* non respondeant, i. e. par pari non referant, penitus-consideret suam observantiam.

§. XIX. *Quando, dum* agit (66), est *aliquid* quod non assequitur (67), *in* omnibus, penitus-considerando, *causam* quærat in se-ipso. *Ubi* ejus persona recta *est* (68)°, * imperium se-subjicit illi.

Carminum *liber* (69) ait: *Si princeps* assidue meditetur

gnitati, tanquam necessaria prærogativa, conjungebatur. Ideo ubi illud jus, statim dignitatem amittebant.

(60) H: Id est: corpus, *seu* vitam.

(61) Gallice: *Se forcer sur le vin.*

(62) I: *Meng-tseu* suæ ætatis regulos intelligit.

(63) I: *Sc.* Ministros et populi homines.

(64) H: Timere debet ne quid suæ humanitati desit, ac proinde illos majoribus ac antea beneficiis afficere.

(65) H: Si ejus auctoritati ac regimini non pareant.

(66) I: Littera *hing* (agit), indicat tria superius dicta, sc. amare, regere, urbane tractare.

(67) J: Si non obtinet quod cupit, *sc.* Si non redametur, etc. *Vid.* supra, §. XVIII.

(68) I: Ubi summam humanitatem, prudentiam, urbanitatem, attigit, coluit...

(69) Liber Carminum, tom. *ta ya*, od. *Wen-wang* (3,783-5,884 *bis.*

se-conformare-ad *Cœli* mandatum, ipse *sibi* accersit multam felicitatem. »

§. XX. Meng tseu ait : Homines habent constantem loquendi *modum* (70). Omnes aiunt : « *Imperium, regnum (71), familia (72). »

*Imperii° radix est-in regno ; regni° radix est-in familia ; familiæ° radix est-in *hominis* persona (73).

§. XXI. Meng tseu ait : Tò exercere regimen *non est* difficile. Ne habeas, i. e. tibi accersas, crimen (74) a magnis (75) familiis. Id-quod magnæ familiæ° amant, unum regnum amat illud. Id-quod unum regnum amat, *mox** imperium amat illud. Idcirco (76), *torrentis instar, virtutis documenta inundant usque-ad quatuor maria.

§. XXII. Meng tseu ait : *Quando in* *imperio (77) est recta-norma, (78) exigua virtus (79) servit magnæ vir-

(70) H : Loquendi modum quem ab antiquitate huc usque sibi tradiderunt.

(71) E : Indicat regulorum regnum.

(72) E : Indicat supremi tribunalis præsidum et magnatum ditionem.

(73) Cf. librum *Ta-hio*, §. IV.

(74) G, H : Noli, prava agendi ratione, magnatum iram et odium in te concitare.

(75) C : Magnates altissimis muneribus ornatos intelligit. Aliter E : Intelligit summorum tribunalium præsides (*Khing*) et primarios præfectos (*ta fou*), qui ditione regulis subjecta potiuntur. *Vid.* supra, t. I, c. I., §. IV.

(76) Id est : Si princeps se ita gerat.

(77) Quando, (H) imperatore rerum summa potiente, sola (J) virtus, sola sapientia summo in honore habentur, potestasque (GG) armorum vi fulta rationi et æquitati obsequitur.

(78) H : Verba : *Magna virtus, magna sapientia,* imperatorem indicant ; *exigua virtus, exigua sapientia,* regulos.

(79) J : Ex animo ac libenter serviunt.

tuti, exigua sapientia servit magnæ sapientiæ. *Quando in* ¶ *imperio (80) non-est recta-norma, parvi (81) serviunt (82) magnis; debiles serviunt fortibus. Hæc duo *a* Cœlo *veniunt*•. Qui obsequitur Cœlo, conservatur; qui resistit Cœlo, perit.

§. XXIII. *Regni* Thsi *regulus* King koung ait: Quando *princeps* non potest (83) *aliis* jussa-dare, *si* adhuc non *velit* accipere mandata, *id est* (84) divelli-ab hominibus•. *Lacrymis-effusis°, filiam-in-uxorem-dedit ad (85) Ou.

Nunc° *cum* parva regna (86) imitentur magna regna et erubescant accipere mandata (parere)•, *id est* perinde-ac-si *discipuli° erubescerent accipere jussa a (parere) seniori magistro°.

(80) C: Quando, imperii dominium (H) inter varios regulos sibi mutuo infensos dividitur, solaque armorum potentia, virtute et sapientia conculcatis, summo in honore habetur, ut accidit tempore quo Confucius librum *Tchhun-thsieou* composuit.

(81) J: Invite et coacti serviunt.

(82) J: *Parvi*, *magni*, de territorio; *debiles*, *fortes*, de armorum potentia, dicuntur.

(83) C: Quicumque regnum suum armorum vi roborare, ac proinde aliis imperare nequit, si præterea, superbiori animo elatus, aliorum regulorum legi ac potestati se subjicere renuat, hostiles incursus, suamque et populi ruinam ultro sibi accersit.

(84) H: se a populo suo discindit, i. e. ejus concordiam, ejus amorem amittit.

(85) I. e Filiam suam uxorem commisit barbaro (J) regni *Ou* regulo, qui, denso exercitu fretus, ipsi (C) armorum potentia pene destituto, proximam ruinam minitabatur.

(86) Perperam Noël: *Suo fastu æmulantes magnorum regnorum principes.* Magna regna sunt inhumana, et parva regna imitantur illa. Sic et A, C, H, J. — A, I: Virtutem colere, regnumque, sub-

§. XXIV. Si erubescant illud, nihil *est* (87) sicut imitari Wen wang. Imitando Wen wang : magnum regnum *post* quinque annos, parvum regnum *post* septem annos, profecto *possunt* exercere regimen in * imperio °.

§. XXV. Carmen ait : *Familiæ* (88) Chang° nepotes *et* filii : eorum numerus non *est* (89) centum-millia. * Supremus-Cœli-dominus (90) postquam mandatum-dedit, • sub Tcheou se-subjecerunt. ¶ ° Se-subjecerunt sub Tcheou, *quia* Cœli mandatum (91) non *est* perpetuum. *Familiæ* In ministri (92) magni *et* perspicaces (93), vinum-odoriferum-libantes, adjuvant (94) in imperiali-palatio. »

* Confucius ait : *Cum esset* humanus, (95) non potuerunt censeri * multitudo. ° Si regni princeps amet humanitatem, *in* * imperio, non-habet adversarium.

§. XXVI. Nunc° *cum* cupiant non-habere adversarium

ditorum animis sibi devinctis, firmare nequeunt; ideo tam facile a vicinis subjiciuntur.

(87) J : Si aliorum legem subire eos pudet, optima dedecus illud effugiendi via est..

(88) J : Liber Carminum, tom. *Ta-ya*, od. *Wen-wang*.

(89) I : Gallice : *ne se borne pas à cent mille* ; i. e. hunc numerum excedit.

(90) J : Postquam in familiam *Tcheou* universi imperii dominium transtulit.

(91) C : Imperium cœlitus datum ab inhumanis principibus ad humanos transit.

(92) G : Familiæ *Chang* nepotum et filiorum ministros intelligit.

(93) I : *Kouan*, i. e. in sacrificio majoribus defunctis oblato, terram odorifero vino spargere ut Spiritus descendant.

(94) I : Imperatorem parentantem adjuvant.

(95) B, C, I : Quamvis familiæ *Chang* nepotum et filiorum numerus centum millia excederet, tanto cordis affectu ad novum im-

in imperio et non utantur (96) humanitate (97), *id est* perinde-ac-si *quis vellet* corripere *rem* calentem et non uteretur τῷ madefacere°.

Carmen (98) ait : « Quisnam potest corripere *rem* calentem° *et* non utitur τῷ madefacere ? »

§. XXVII. Meng tseu ait : ** inhumani (99) : *an* licet (100) cum illis loqui° ! (101) pro-quiete-habent sua pericula; pro-lucro-habent (102) suas calamitates; lætantur * iis-quibus (103) ipsi (104) pereunt°. * Inhumani : ° *si* (105) liceret cum illis loqui, tunc, numquid (106) *tot* pereuntia regna *et* collabentes familiæ° essent?

peratorem evolarunt, ut illa centum et amplius millium multitudo, quasi fere nulla fuisset, ab eo statim subjecta sit.

(96) Sic E : *i* (115), i. e. *young* (6,164). Aliter A, B : et non *in* (*i*) aqua abluit (*tcho*) J : Nisi prius manum frigida intingas, rem calentem corripere nequis.

(97) I. e. Si humanitatem non exerceant. E : *i*, i. e. *young* (6,164).

(98) Liber Carminum, tom. *ta-ya*, od. *Sang-jeou* (4,234-4,164).

(99) J : Flagitiosos et crudeles suæ ætatis principes indicat.

(100) J : Quamvis optima illis consilia des, nunquam tibi fidem adhibebunt.

(101) H : Voluptati, desidiæ, et insano fastui indulgendo, regnum suum maximis objiciunt periculis ; et interea dulci se quiete frui stulte arbitrantur.

(102) H : i. e. id quod ipsis et regno calamitates accersit, v. g. fœdissimas voluptates, assiduasque comessationes, etc. *Vid. tom. I, cap. I, not.* 100, 101[a], 101[b], 101[c], de *lieou*, *lian*, *hoang*, *wang* (H).

(103) H : *Sc.* solutiore vita et truci crudelitate.

(104) I : i. e. regia dignitate spoliantur. — Littera *wang*, vitæ et regni jactura etiam intelligi potest.

(105) J : Si principes inhumani æquitatis consilia docili aure accipere, mores suos emendare, virtutemque colere possent..

(106) Numquid tot regna, tot Familiæ collaberentur ? E litteras *ho* et *yeou*, apte conjungit.

§. XXVIII. Erat *quidam* * puellus cantando dicens : « (107) *Si fluvii* Thsang lang ° aqua pura *sit*°, possum in *ea* lavare meas pilei-vittas. *Si fluvii* Thsang lang° aqua turbida *sit*°, possum in *ea* lavare meos pedes. »

¶ Confucius ait : Parvi filii i. e. discipuli, audite illum : *si* pura *sit*, tunc lavat pilei-vittas ; *si* turbida (108) *sit*, tunc lavat pedes. » Ultro assumpsit illud*.

§. XXIX. ° Homines profecto (109) se-ipsos contemnunt, et deinde homines contemnunt illos ; Familiæ profecto (110) se-ipsas evertunt et deinde homines evertunt illas. Regna profecto se-ipsa aggrediuntur, et deinde homines aggrediuntur illa.

Thaï kia (111) ait : « Cœlitus factæ *seu* immissæ calamitates, adhuc (112) possunt evitari ; *in* a-te-ipso factis

(107) C : Fluvius *Han* (5,201) ad orientem fluens, fit fluvius *Thsang-lang*. Vide *Chou-king*, capit. *Iu-koung* (7,106-10,416). Perperam Noël : *ista Thsang-lang aqua limpida.. ista Thsang-lang aqua turbida..* Doctissimus interpres aquam fluvii *Thsang-lang* hic limpidam, illic turbidam eodem tempore esse innuit ; quod sinicis interpretibus displicet. I : Hujus fluvii aqua, certis temporibus, modo pura, modo turbida est. GG : puellus dum hæc dicit aquam *puram* et aquam *turbidam* ante oculos non habet.

(108) Perperam Noël : *hic puellus istam utramque disparis claritatis aquam sibi assumit.* B : aqua assumit illud. Id est : Si aqua modo nobiliorem corporis partem, modo ignobiliorem lavat, hanc usûs (C) differentiam, puritate aut sorditudine sua assumit, i. e. sibi accersit. Sic princeps humanitate gloriam, crudelitate opprobrium, sibi parat. Assentiunt A, B, C, H, I, J.

(109) E : i. e. se efficiunt contemptu dignos.

(110) I. e. Familia se efficit dignam quæ evertatur ; regnum (E) se efficit dignum quod armis ultricibus impetatur. Vid. §. XXVII.

(111) *Chou-king* seu Annalium imperialium liber, capite *Thaï-kia*.

(112) I : *Sc.* virtutem colendo, humanitatem exercendo.

calamitatibus (113), non potes vivere. » Illud° dicit (114).

§. XXX. Meng tseu ait : Kie *et* Tcheou amiserunt *imperium° *quia* amiserunt suos populos°; amiserunt suos populos° *quia* amiserunt eorum cor*.

Obtinendi *imperium est ratio *vel* ars; *quando* obtinuisti ejus populum, continuo obtines *seu* possides, *imperium°. Obtinendi ejus populum est ratio; *quando* obtinuisti ejus cor, continuo obtines populum*. Obtinendi ejus populum est ratio*; id-quod optat, (115) da illud, collige illud, (i. e. id illi suppedita); id-quod odit, ne inferas *illi*°.

§. XXXI. Populi° se-subjiciunt humanitati° veluti aquæ labuntur deorsum, *veluti* feræ* procurrunt-in deserta°.

§. XXXII. Ideo, qui in (116) aquæ-fundum propellit pisces (117), lutra (118) *est*°; qui in densas-silvas propellit aviculas (119), accipiter* *est*; qui ad Thang *et* Wou *wang* propulit populos (120), Kie et Tcheou *est*.

(113) C : supradicta intelligit, *sc.* contemptum, eversionem, hostiles incursus. Quando princeps has calamitates, suis vitiis, sua sævitia sibi accersivit...

(114) I : Hæc verba principem inhumanum suum sibi parare exitium apposite dicunt.

(115) E : Si cupias populi amorem obtinere, collige illud quod optat, et da illi. I : alimenta, vestes, commodamque habitationem habere amat (A); contra, famem, frigus, miseriam et inhumanitatem exhorret.

(116) C sic explicat *weï* (5,595) per *iu* (66) et *iu* (3,829); assentiunt I et vers. Tartarica.

(117) E : *Ta*, animal feli simile ; sub aquis vivit et piscibus vescitur.

(118) I : Lutræ pisces, accipiter aves, *Kie* et *Tcheou* populos

§. XXXIII. Nunc, *inter* *imperii principes, *si quis* esset qui amaret humanitatem, tunc reguli omnes ad illum (121) propellerent°. Quamvis vellet non regnare (122), non posset *id* obtinere°.

§. XXXIV. Nunc° qui cupiunt regnare, *sunt* veluti *vir qui, in* septem annorum° morbo (123), quærit trium annorum° (124) herbam-aï° (125). Si° (126) *jam nunc* non colligat *illam*, *usque-ad-vitæ-finem non (i. e. nunquam, obtinebit *illam*. Si *jam nunc* non applicent-animum ad humanitatem *usque-ad-vitæ-finem dolebunt *et* dedecore-afficientur, *ita* ut *tandem* decidant in mortem *et* interitum.

propellere dicuntur, quia illos, timore percitos in tutum locum se recipere cogunt.

(119) E : *Tchen* avis ex accipitris specie, corpore flavo columbas, hirundines ac passeres persequitur et devorat (*Khang-hi*).

(120) C : Quemadmodum pisces atque aviculæ profundos aquarum et silvarum recessus petunt, ut lutræ et accipitris rapacitatem effugiant, sic imperii populi, imperatorum *Kie* et *Tcheou* sævitiam formidantes, ad *Tchhing-thang* et *Wou-wang*, tanquam ad tutissimum asylum festinanter profugerunt.

(121) J : Propellerent populos suos ; i. e., ut in superiore nota, populos ab ipsis crudeliter oppressos, ad humanum illum principem, tanquam ad liberatorem, confugere cogerent.

(122) C : i. e. universi imperii dominium habere.

(123) H : inveteratam tyrannidem cum septem annorum morbo confert.

(124) E : Humanitatem saluberrimæ herbæ *'aï* confert.

(125) E : *'aï*, herba virtute caustica. Postquam tribus annis exsiccata est, multis morbis medelam afferre potest.

(126) Interprett. B, C, H, I, litteram *wei* (5,595) ut redundantem omittunt. Quibusdam verbis adjuncta nonnumquam redundat, *e. g.* *Wei-neng* (5,595-8,488) εἶναι δυνάμενοι, i. e. posse.

¶ Carmen (127) ait : « Isti *principes* quomodo possunt bonos-fieri? (128)° Mutuo (129) *immerguntur. » Illud °dicit (130)°.

§. XXXV. Meng tseu ait : Qui (131) sibimet damnum-inferunt : non est-possibile cum *illis* *loqui° (132); qui se-ipsos derelinquunt (133) : non est-possibile cum *illis* naviter-agere* (134). *In* sermone, obtrectare ritus *et* æquitatem, dicitur ° sibimet damnum-inferre°. *Dicere :* Mea persona (135) non potest habitare (136) humanitatem *et* sequi æquitatem, vocatur ° se-ipsum derelinquere°.

§. XXXVI. Humanitas, hominis° tranquilla (137) sedes°; æquitas, hominis° recta via *est*°.

(127) Liber Carminum, tom. *ta-ya*, od. *Sang-jeou* (4,234-4,164).

(128) A : Sese mutuo in naufragium (i. e. exitium, ruinam) trahunt.

(129) Editio B non habet litteram *ki* (1,092).

(130) I. e. Id quod modo dixi (*vid.* pag. 16, l. 11) libri Carminum locus clare exprimit.

(131) H : *Sc.* viri qui cupiditatibus suis, soluto freno, indulgent. Perperam Noël : *Arrogantes.*

(132) G : Licet rituum et æquitatis pulchritudinem minime noverint, ea inepte ludibrio vertunt, sanisque consiliis fidem adhibere recusant.

(133) G : Humanitatis et æquitatis pulchritudinem utique noverunt, sed turpi desidia enerves, se virtutes illas actu exsequi non posse dictitant.

(134) I. e. Ea cum illis agere quæ strenuos animi conatus requirunt. Litteræ *yeou-weï*, sensu verbi *conari*, *eniti*, sæpius apud Mencium occurrunt; Confer *t.* I, *cap.* I, *p.* 85, *lin.* 3. I : *Fa-fen* (6,482- 1,840) vires exerere.

(135) Mea persona.. i. e. ego non possum.

(136) H : *Habitare*, *sequi* (i. e. incedere in) significant *agere*, *exercere*, *actu exsequi.*

(137) Confer *t.* I, *cap.* VI, *not.* 48, seqq.

Vacuam-relinquere *illam* tranquillam domum et non habitare (138) : deserere *illam* rectam viam et non sequi : *proh-luctuosam-rem !

§. XXXVII. Meng tseu ait : Recta-norma (139) est-in *rebus* vicinis, et quæritis *eam* in remotis ; res (140) est-in facilibus, et quæritis *eam* in difficilibus. *Si* *singuli-homines diligant (141) suos parentes *et* revereantur suos seniores°, *mox* *imperium pacabitur.

§. XXXVIII. Meng tseu ait : *Si quis* (142) positus-in inferiori ordine *seu* dignitate°, non obtineat a superiore, populum non poterit obtinere (143) ut regat ¶°. Obtinendi a superiore est via *seu* ratio (144). *Si* non fidelis-sit ad amicos, non obtinet a superiore°. Τοῦ fidelem-esse ad amicos est via (145). *Si* serviendo parentibus *illos* non afficiat-gaudio, non fidelis-est ad amicos°. Τοῦ gaudio-

(138) Vid. supra, *not.* 136.

(139) C : Se conformare ad naturam suam (quæ primitus bona est, *id.*), dicitur *tao*, via *seu* regula — G : Parentes et seniores nobis maxime vicini sunt, ac proinde eos amare et revereri facillimum. Regulæ (*tao*) praxis, a principio in his tantum versatur.

(140) A : Res, i. e. exsecutio, observatio regulæ (*tao*).

(141) Priores litteræ *thsin* et *tchang* proprie significant, gallice : *avoir pour son père et pour ses aînés l'amour et le respect qui leur sont dûs ;* posteriores (J) *thsin et tchang*, patrem et fratres majores indicant.

(142) Si minister a principe gratiam non ineat. C : *Hoe-chang*, est principis animum sibi conciliare et firmiter devincire.

(143) A : Populus nonnisi invitus paret, ideoque optime eum regere non potest.

(144) H : *Sc.* fidelem esse amicis. — (145) H : *Sc.* parentes (veram illis pietatem exhibendo) lætitia afficere.

afficiendi parentes est via. *Si*, *respiciendo-in se-ipsum (146), non (147) verus (148) *sit*, non **afficit-gaudio-parentes°. Verum-efficiendi se-ipsum est via. *Si* non sit-perspicax (149) in bono *sive* virtute, non verum-efficit *se-ipsum°.

§. XXXIX. *Ideo *veritas (150) Cœli° via *est*°; cogitare (151) *veritatem, hominis° via *est*° (152).

§. XL. Qui *summe-verus (153)° non commoveat (154); nondum° exstitit°. Non verus, nondum fuit qui posset commovere°.

§. XLI. Meng tseu ait: *Cum* Pe i fugiens Tcheou ha-

(146) *Fan-chin*, Gallice: *faire un retour sur soi-même.*

(147) Hic littera *tchhing* significat, gallice: *vrai, sincère dans sa conduite, exempt de feinte ou de déguisement*, v. g. C: Filius debet esse *vere* pium in parentes, amicus *vere* fidelem amicis, minister *vere* rectum erga principem. — Infra, littera *tchhing*, in eodem plane sensu, substantive accipitur.

(148) Si *verum* (vid. *not.* 147) se non esse agnoscat, illamque *veritatem* assequi toto animo non studeat.

(149) J: *Ming-hou-chen*, est perspicue nosse qua in re virtus consistat.

(150) C, H: Illa *veritas* est recta ratio quam Cœlum nobis nascentibus indidit. GG: dicitur *veritas* quia est *falsi* expers; primitus enim homo *vere* humanus, *vere* justus nascitur.

(151) *Sse*, non est *veritatem* inaniter cogitare, sed illi sedulo studere, operam dare. Vid. supra *not.* 147.

(152) I. e. ratio, norma. J: Homo assequendæ perfectioni hujus *veritatis* (vid. supr. *not.* 147) seu rectæ rationis cœlitus infusæ, assiduo incumbere debet.

(153) Vid. supra *not.* 147.

(154) GG. I. e. hominum animos sibi non conciliet. *Id.* intelligit τὸ principis animum sibi devincire (*hoe-chang*), amicis fidelem esse (*sin-yeou*), lætitia afficere parentes (*youeï-thsin*).

bitaret borealis maris° ripas, audiens Wen wang exortum-esse (155), surgens (156) ait: Quidni *illi* obsequuturus vado° (157)? Ego audivi occidentis regulorum-ducem percallere τὸ (158) alere *senes ».

Cum Thaï koung fugiens Tcheou habitaret orientalis maris° ripas, audiens Wen wang exortum-esse, surgens ait: « Quidni *illi* obsequuturus vado°? Ego audivi ¶ occidentis regulorum-ducem percallere τὸ alere *senes ».

§. XLII. *Hi* duo *senes *imperii° magni senes (159) *erant*°. ° *Cum* se-subjecerunt illis, *id* fuit *quasi* *imperii °patres (160) se-subjecissent illis°. *Cum* *imperii °patres (161) se-subjecissent illis, eorum filii quonam ivissent?

§. XLIII. *Inter* *regulos, *si quis* esset qui exerceret *principis* Wen wang° regimen, intra septem annos°, profecto exerceret regimen in *imperio°.

§. XLIV. Meng tseu ait: Khieou (162)° *cum* ageret

(155) J : Imperator *Tcheou* (7,750) omnibus occidentalium regionum regulis præfecerat *Wen-wang*. Id. *Exortum esse*, i. e. ad hanc dignitatem erectum esse.

(156) C, J : Gallice : *se levant avec émotion.*

(157) A, B : Litteram *hou*, loco non suo positam, post litteram *laï* lege.

(158) C, J : i. e. humanum regimen exerere.

(159) H, J : *Pe-i* et *Thaï-koung* dicuntur *magni senes*, quia non tantum ob ætatem, ut vulgo senes, sed etiam ob eximiam virtutem summo honore colebantur.

(160) J : Cum ceteros senes virtutis et sapientiæ splendore longe superarent, *Pe-i* et *Thaï-koung* tanquam patres imperii habebantur, ac proinde imperii populi, tanquam eorum filii.

(161) C, J : Pater filiorum est dux et exemplar. Principibus *Pe-i* et *Thaï-koung* regulo *Wen-wang* obsequi properantibus, quemnam alium dominum adiissent populi, cuinam adhæsissent?

(162) E : *Jan* (632) *khieou*, Confucii discipulus.

apud (163) *Ki rei-domesticæ-administrum, non poterat mutare (164) ab ejus indole, et exigebat milii *tributum* duplo-majus *quam* aliis diebus.

* Confucius ait : Khieou non *est* meus discipulus• (165). Parvi pueri, i. e. discipuli, ** tympani-sonitu° impetere (166) illum decet•.

§. XLV. Ex hoc vides illud : *Si* principe non agente humanum regimen, •*ministri* ditent illum, omnes rejiciuntur a * Confucio• ¶; *quanto-magis *qui* causâ (167) illius, *armorum* vi (168) pugnant. *Si* contendas-de terra *pugnando, occisi homines implent agros; *si* contendas-de urbe *pugnando, occisi homines implent urbem. Id *est* quod vocatur (169) impellere * terram ad comedendam hominum carnem. *Illud* crimen non capitur (170) (i. e. non compensatur) a morte.

§. XLVI. Ideo qui callent τὸ pugnare obnoxii-sunt superiori i. e. gravissimæ pœnæ; τὸ fœdere-consociare

(163) E : Apud primarium regni *Lou* reguli ministrum nomine *Ki-sun-feï* (2,077-8,418), postumo nomine *Khang-tseu* (2,535-2,059).

(164) C, H : Heri sui *Ki* cupiditatem coercere, vitiaque ejus consiliis suis corrigere non poterat, sed contra ut ipsi morem gereret..

(165) Quasi diceret : *Khieou* discipulum inficior et abdico.

(166) H : I. e. alta voce ejus crimen palam facite et redarguite illum.

(167) H : Principis causâ.

(168) Sic H, J. Perperam Noël : *Qui suum principem ad arma exstimulat.*

(169) Sic H. GG : i. e. terræ causâ homines occidere, ac efficere ut eorum cadaveribus inficiatur.

(170) Quasi (H) diceret : Post inflictam mortis pœnam, multa criminis pars plectenda adhuc superest. J : Ingens crimen est, pœna vero exigua ; hominis unius (C) mors illud totum redimere (10,533)

regulos, sequitur (171) illam; τὸ, exstirpatis *herbis-sterilibus, imponere-munus (172)* terræ°, sequitur illam.

§. XLVII. Meng tseu ait : *Ex iis* quæ sunt in homine, nihil (173) bonum *est* præ *pupilla. *Pupilla non potest occultare ejus vitia. *Si* *mentis-medium *sit* rectum, tunc *pupilla pure-nitet°. *Si* *mentis-medium *sit* non rectum, tunc *pupilla tenebrescit*.

§. XLVIII. *Si* audias ejus verba°, *si* inspicias ejus *pupillam: homo, quomodo (174) occultabit*?

§. XLIX. ¶ Meng tseu ait: *Vir-comis non despicit homines; *vir-temperans (175) non vi-rapit (176) i. e. non spoliat homines.

ac (GG) compensare non potest. Perperam Noël : *Quod sane scelus ne cum ipso vitæ amittendæ periculo licet perpetrare.*

(171) J : Pœna eorum qui regulos ad mutuum bellum concitant proxime sequitur (*vient après*). Noël perperam intelligit posterius *sse-tchi* (sequitur illam), *tertii generis pœnam* significare. GG : In utroque casu litteræ *sse-tchi* indicant pœnam ea minorem quam viri pugnare docti subeunt. Sic et H, I.

(172) H : Terram populo distribuere, ac efficere ut arandi et conserendi munus obeat (*Jin... tse*, 10,427), i. e. laborem sustineat. G : jubere populum terram arare et conserere.

(173) Perperam Noël : *Ad noscendos homines nullus præstantior modus.* GG hanc interpretationem refellit. H, I : Quinque sensuum nullus, nulla variarum corporis partium pretiosior (E) est quam pupilla.

(174) H : *Sc.* mentis suæ rectitudinem aut pravitatem.

(175) C : *Kian*, i. e. qui, tributum exigendo, modum tenet.

(176) GG : *Tho*, est aliorum territorium vi auferre, i. e. occupare, invadere. Cum C, de tributis immodicis id intelligere malim.

(177) Sic H, J. Aliter GG : *Ou*, est aliis damnum, injuriam inferre, *v. g.* absque legitima causa alterius reguli regnum armis aggredi. — Interpretes H et J sequi præstat.

Despiciens (177) *et* spolians homines° princeps (178), solum timet (179) *ne* non obsequantur°: quomodo potest vocari comis *et* temperans? Comitas *et* temperantia numquid possunt in *vocis-sono *ac* ridenti oris-habitu consistere°?

§. L. Chun iu khouen (180) ait: Tò virum *et* mulierem *invicem* non dare *et* accipere propriis *manibus*, ritus-ne *est?*

Meng tseu ait : Ritus *est*°.

Ch. ait : *Si* fratris-uxor aquis-submergatur, tunc *an levir* succurret illi cum (181) manu°?

M. ait : *Si* fratris-uxori aquis-submersæ non succurrat, est *lupus° (182). Tò virum *et* mulierem non dare *et* accipere propriis *manibus*, ritus (183) *est*°; fratris-uxore

(178) J : Suæ ætatis regulos indigitat.

(179) I : Timent ne populus despectum et rapinas æquo animo sustinere repugnent; ideo, ut suis commodis consulant, fictam comitatis et temperantiæ speciem vultu et verbis mentiuntur.

(180) H : Quidam sophista e regno *Thsi.* — Mencium captiosa argumentatione irretire vult. GG (ex *Li-ki*, seu *Rituum libro*) : vir de rebus interioribus, i. e. domesticis, mulier de rebus exterioribus (v. g. magistratu, bello, etc.), non loquitur. Nisi exsequiæ faciendæ aut sacrificium majoribus offerendum occurrat, sibi mutuo vasa dare non debent. Si vir mulieri vas det, mulier arundinea cistella accipere illud debet; si absit arundinea cistella, vir vas humi collocat, et mulier, demisso corpore, illud accipit. Vid. *Khang-hi*, sub voce *Tian* (1,829).

(181) Hic præpositio *cum*, instrumentum denotat, ut non semel vidimus. Gallice : *avec la main.*

(182) J : I e. vir est immanis duritiæ.

(183) H : i. e. consuetæ urbanitatis lex, vel regula.

aquis-submersa, succurrere illi cum manu°, trutina°(184) *est.*

§. LI. *Ch.* ait : Nunc *imperium aquis-submergitur° (185). τὸ *magistrum° non succurrere (185*) : Quomodo°?

M. ait : *Imperium aquis-submersum : *oportet* succurrere illi cum recta-norma (ope rectæ-normæ); *fratris-uxor aquis submersa : *licet* succurrere illi cum manu. *An* tu vis (186) *ut* manu succurram ¶ *imperio°?

LII. Koung sun tchheou ait : τὸ *sapientem° non edocere filios (187) : *quomodo° (188)?

Meng tseu ait : *Quia* vi non (189) *potest* agere°. Qui docet debet secundum rectam-normam *docere. Si* secundum

(184) GG : I. e. exceptio qua, juxta rectissimam rationis et æquitatis *trutinam*, mortis incurrendæ periculum levis momenti ritui præponderat.

(185) G : Imperium civilibus bellis dilaceratur, populique sæva regulorum tyrannide oppressi gemunt.—*Chun-iu-khouen* imperium naufraganti comparat. *Cf.* Horat. *od.* I, 14, *O navis referent..*

(185*) Vult Mencium regulos non tantum adire vel non accersitum (*vid.* t. I, c. V, §. I), sed etiam humanitate et æquitate deserta, mentem suam ad lucri et bellicæ laudis studium transferre.

(186) G : Efficere vis ut, rectam-normam infringam, meque ad regulos accommodare studeam. Sic id quo uno naufraganti imperio succurrere possum, primum amitterem. Nonne id est velle imperium me ex anarchiæ fluctibus manu eripere?

(187) J : *Meng-tseu* solummodo de filiis a patre degeneribus et pravæ indolis loquitur. Filius enim (GG) virtute præditus patrem redarguere non audet.

(188) H, I : Quare filium ipsemet erudire non vult?

(189) A, H : Non quod, recta ratione et paterno amore ductus, filium ipsemet erudire non gestiat, sed (GG) filii improbitatis et insipientiæ *vi* (*chi*) cogitur illum alteri docendum tradere.

rectam-normam non (190) agat, *deindè *irascitur. *Si* deinde *irascatur, tunc contra (191) lædit°. « (192) *Magister docet me secundum rectam-normam, *at*° *magister nondum exiit e recta-norma°. » *Si-res-ita-sit, pater *et* filius *se* mutuo lædunt°. *Si* pater *et* filius *se* mutuo lædant, tunc malum *est*° (193).

§. LIII. *Veteres mutabant (194) filios ut docerent illos. Patrem *et* filium° inter, i. e. inter patrem *et* filium°, non *decet* corripere (195) *ad* bonum. *Si* corripiant *ad* bonum, tunc recedunt, i. e. abalienantur. *Si* recedant, tunc *ex* infaustis (196) nihil majus°.

§. LIV. Meng tseu ait : *In* serviendo (197), quidnam dicitur magnum (198)? Servire parentibus dicitur ma-

(190) H : Si filius.., deinde pater (J) non solum iram vultu prodit, sed etiam illum virgis aspere cædit.

(191) E : Ejus animum, ejus amorem lædit, imminuit.

(192) H : Filius ait : Id quod pater agit (sc. ira, verbera), rectæ virtutis viæ consentaneum non est. — *Pou-tchhou-iu*, Gallice : (*sa conduite*) *ne part pas de...*

(193) B, I : Eximia amoris et pietatis officia, quæ ipsis Cœlum indidit, perverse transgrediuntur. Aliter E : se odio prosequuntur.

(194) Perperam Noel : *Ideo prisci sapientes suum filium cum alterius filio permutabant, ut eum..* — C, I : *i*, non est *mutuo permutare*, sed tantummodo filium suum alii erudiendum tradere.

(195) C : *Tse-chen*, est correptione et monitis efficere ut quis ad virtutis studium sese transferat. — A : Nec pater filium reprehendere debet, nec filius patrem..

(196) J : *Pou-thsiang*, malum, calamitas. Aliter I : Nullum est magis infaustum præsagium.

(197) J : Parentibus, senioribus vel natu majoribus et principi servitur.

(198) Magna, i. e. maxima, præstantissima servitus. Hic, et fere

gnùm. *In* custodiendo (199), quidnam dicitur magnum (200)? Custodire se-ipsum (201) ¶ dicitur magnum. Qui non amittentes (202) *se-ipsos° potuerint servire suis parentibus : ego audivi illos *fuisse*°. Qui amittentes *se-ipsos° potuerint servire suis parentibus : ego nondum illos audivi°.

§. LV. Quidnam non dicitur (203) servitus? *Tò servire parentibus, *cujusvis* servitutis° radix *est*°. Quidnam non dicitur (204) custodia? Tò custodire se-ipsum, *cujusvis* custodiæ° radix *est*°.

§. LVI. *Cum* Tseng tseu (205) aleret (206) Tseng si, semper habebat (207) vinum *et* carnem. *Ablaturus (208), semper percontabatur cuinam daret (209). *Si* interrogaret *an quid* esset residui (210), semper aiebat : Est.

semper apud Mencium, *servire* non est *servum esse*, sed (ubi de parentibus aut senioribus agitur), venerationis (J) et obsequii officio fungi.

(199) J : Magistratus, Familia, regnum, imperium custodiuntur. H : Aliquid sine menda, defectu, aut culpa conservare (obire, gubernare) dicitur *cheou*. — Littera *cheou*, ut hic accipitur, latius patet quam verbum *custodire*.

(200) *Magnum*, i. e. maximum; *sc.* maximi momenti res.

(201) H : I. e. corpore contempto et quasi conculcato, naturam suam perfecte exhaurire.

(202) GG : amittere se ipsum, i. e. æquitatem transgredi.

(203) E : Quisnam alicui servituti obnoxius non est? *Vid.* n. 198.

(204) E : Quisnam aliquid custodiendum non habet? *Vide* supra, not. 199. — (205) H : *Sc. Tseng-sen* (1,086).

(206) H : *Sc.* patrem suum.

(207) H : Hæc apponere non obliviscebatur.

(208) H : Ablaturus fercula, mensam remoturus.

(209) E : Cuinam filiorum aut nepotum reliquias daret.

(210) H, J : *Sc.* in culina.

Tseng si defuncto, *cum* Tseng youan aleret Tseng tseu, semper habebat vinum *et* carnem. *Ablaturus, non percontabatur cuinam daret. *Si* interrogaret *an quid* esset residui, aiebat : Non-est°. Volebat (211) ut rursus apponeret°. Id *est* quod vocatur alere os *et* corpus°°. *Si quis* sicut Tseng tseu *agat*, tunc potest dici alere voluntatem° (212). Tò servire parentibus sicut Tseng tseu°, decet°.

§. LVII. ¶ Meng tseu ait : (213) homines non valent °reprehendere°; administrationem non valent (214) vituperare°. Solum magni viri *possunt cohibere principum cordis° vitia. *Si* princeps *sit* humanus, nihil non humanum *est; si* princeps *sit* justus, nihil non justum *est. Si* princeps *sit* rectus, nihil non rectum *est.* Semel recte-composito principe°, regnum stabilitur°.

§. LVIII. Meng tseu ait : Sunt *viri* *præter-exspecta-

(211) Reliquias patri suo iterum apponere cogitabat.

(212) C : Dici potest parentes vere coluisse.

(213) E : Abjectæ mentis homines, quando munera obeunt, non possunt servire principi, non valent illum peccantem redarguere; leges et statuta quæ perperam constituit et promulgat, vituperare, emendare nesciunt. Aliter C et forte melius : Nunc principes viris male utuntur (i. e. imperitos eligunt), quia hominum indolem et ingenium penetrare et discernere non valent; multimode administrando delinquunt, quia rerum momenta, recto corde, ponderare nesciunt. Porro (B) quilibet minister ita se gerit erga principem : Si viris male utatur (*i. e.* si ineptos et muneri impares eligat), non valet redarguere eum; si exercendo regimen peccet, non valet vituperare eum. Ad verbum : *quoad* homines, non valet... *quoad* administrationem, non valet..—J explicat *pou-tso*, non satagit, parum curat...

(214) G post litteram *tso* addendam censet litteram *iu* (8,703).

tionem° (215) laudati; sunt viri, *dum* quærunt (216) integritatem°, calumniis-impetiti (217).

§. LIX. Meng tseu ait: Homines° (218) faciles-sunt-in suis verbis°, *quia* non-habuerunt correptionem°° (219).

§. LX. Meng tseu ait: Hominum° ægritudo est-in τῷ amare esse hominum i. e. aliorum magistros.

§. LXI. Lo tching tseu (220), *sequutus Tseu 'ao (221), transivit-in *regnum* Thsi.

Cum Lo tching tseu invisisset Meng tseu, Meng tseu ait: Tu etiam *ne* venisti *ut* inviseres me° (222)?

L. ait: *Magister, *quid profers hæc verba°?

M. ait: Tu *ex quo* venisti, quot dies°?

L. ait: * Nudius-tertius.

M. ait: *Si* *nudius-tertius, ¶ tunc τὸ me protulisse hæc verba°, non*ne* etiam æquum *est*° (223)?

(215) G: Ubi quis nihil laude dignum agens, laudes obtinet.

(216) GG: Ubi quis calumniis impetitur, dum assiduo labore et indefesso studio, integram *seu* perfectam virtutem assequi satagit.

(217) G: Hinc patet nec laudi nec detractationi fidem esse semper adhibendam.

(218) H: Mencius loquitur de vulgari turba hominum qui multa temere effutiunt.

(219) J: Quia viros non inveniunt qui inconsulta eorum verba aspere corripiant.

(220) E: Mencii discipulus e regno *Lou* oriundus.

(221) E: *Tseu 'ao* idem ac *Wang-houan*. Vid. supra, t. I, c. IV, §. XVIII.

(222) H: Mencius discipulum occulte perstringit, quem alia de causa huc venisse nequaquam ignorabat.

(223) J: Nonne habeo justam te coripiendi causam?

L. ait: *Hospitium *meum* nondum statutum-erat.*

M. ait: Tu, *an* audivisti illud°: *sc. discipulum* *hospitio statuto, *deinde quærere invisere *seniorem° (224)?

L. ait: *Ego* Khe *peccavi.

§. LXII. Meng tseu alloquens Lo tching tseu ait: Tu° *secutus Tseu 'ao venisti, solummodo *ad* comedendum *et* bibendum*. Ego non putavi te *olim* studuisse veterum* rectæ-normæ° (225) ad comedendum *et* bibendum° (226)!

§. LXIII. Meng tseu ait: *Non-pietas (227) est triplex. Non-habere posteros est magna.

Chun non monuit (228) et matrimonium iniit, (229)

(224) I. e. Magistrum. Mencius (J) se ipsum indirecte innuit.

(225) Sic A, B, C, H, J et vers. Tart. Perperam Noël: *Non enim puto te voluisse cum illo priscorum sapientum scientiam discere.*

(226) C, J: Mencius discipulum non solum vituperat ob seram salutationem, sed quia præfectum *Wang-houan*, virum contemptu dignum, comitatus fuerat. *Vid. t.* I, *p.* 150, *not.* 117.

(227) *Pou-hiao*, Gallice, *défaut, manque de piété filiale.* J: Tria sunt, quæ vocantur pietatis defectus: parentes peccantes pravo obsequio tolerare, consiliis non emendare, primum; pauperes atque ætate provectos, rejecto magistratu, non alere, secundum; sine posteris, neglecto matrimonio, relinquere, tertium. Sed hoc ultimum duobus aliis longe gravius est. Etenim priora duo parentes tantum spectant, tertium autem penitus abrumpit seriem nepotum qui, perpetuo, defunctis majoribus sacrificia offerant.

(228) H: Matrimonii contrahendi licentiam a patre *Kou-seou* et a matre *Wou-teng* non petivit. E, H: Duas imperatoris *Yao* filias, *sc.* *'o-hoang* (1,934-6,491) et *Niu-ing* (1,843-8,877) uxores accepit. C: Mencii tempore, litterati magistratum nondum adepti fabulas spargere amabant, v. g. Confucium apud virum impetiginis ulcera curantem diversatum fuisse; *Y-yun* coquinariam artem exercuisse; *Chun*, parentibus non præmonitis matrimonium iniisse et

propter τὸ non-habere posteros°. *Sapientes *existimarunt *id esse* perinde-ac-si monuisset°.

§. LXIV. Meng tseu ait : Humanitatis° fructus (230), servire parentibus est°. Æquitatis° fructus, obedire fratri-majori est°.

§. LXV. Prudentiæ° fructus, cognoscere hæc *duo *et* non abjicere (231) est°. Urbanitatis° fructus, (232) moderari *et* ornare hæc *duo ¶ est°.

§. LXVI. Musicæ° fructus (233), lætari his *duobus

similia. Mencius hoc commentum refert, prout auditu acceperat, atque ministri *Chun* agendi rationem, juxta æquitatem, rationem et mentem suam, examinat et interpretatur.

(229) C : Verebatur ne, parentes præmonendo, hanc licentiam obtineret, ac proinde eos sine posteris relinqueret. H : Pater ejus hebes fuisse dicitur, mater fraudulenta.

(230) Perperam Noël : *vera pietas... vera æquitas... vera prudentia...* etc. GG : Gallice : *les uns traduisent* chi *par* plein, *opposé à* vide ; *les autres par* vrai *opposé à* faux ; *les autres enfin par* fruit, *répondant à* fleurs. *Ici ce dernier sens est seul admissible.* C : *Meng tseu* loquitur quasi ab arbore comparationem duceret : humanitas et æquitas, radices ; τὸ servire parentibus, obsequi fratribus natu majoribus, truncus ; benigne tractare populum, amare res (i. e. animalia), honorare viros honore dignos, revereri sapientes, rami et flores sunt.—Idem dicendum de prudentia, urbanitate et musica quæ infra sequuntur.

(231) J : i. e. pietatem et observantiam patri ac fratri natu majori debitam constanter tenere et colere.

(232) Litteras *tsie* et *wen* male interpretatur Noël : *apposite cohonestare.* H, J : Pietatem hanc et observantiam ad certam normam et regulam componere, ne in iis obeundis justos fines egrediaris, dicitur *tsie; wen* autem, est (GG) illas commode et venuste obire ; Gallice : *remplir ces devoirs avec aisance et avec grâce.*

(233) Perperam Noël : *Vera lætitia.* Littera quam interpretatur

est°. *Si* læteris *illis*, tunc (234) nascuntur°. *Ubi* nata-sunt, tunc (235) non potes cohibere°. *Quando* non potes cohibere, tunc (236) *te* (237) *inscio, pedes° saltant illa, manus° plaudunt illa (238).

§. LXVII. Meng tseu ait : *Imperio summopere gaudente et cupiente se-subjicere ipsi, aspicere *imperium summopere lætum° se-subjicere ipsi, velut *herbas°, solummodo Chun fuit sic (239). *Si quis* (240) non obtineat a (241) parentibus, non *potest *esse hominem. *Si* non *obsequatur parentibus, non potest *dici filius.

lætitia, in priori casu (A) pronuncianda est *yo* (musica), in posteriori *lo* (lætari). Assentit utraque versio Tartarica : *Goumoun*, musica.. *sepdcheletsi*, si læteris. C, H, I, præcipuus *musicæ* effectus est harmonia et concordia.

(234) J : Si ultro et libenter parentibus et fratribus majoribus obedias, tunc pietas et fratris minoris observantia ubertim pullulant.

(235) Ad verbum : quomodo potes eas sistere, cohibere ? In utroque casu, cum Tartar. interpretibus, interrogationem sustuli.

(236) Perperam Noël : *adeo ampla et integra est ista lætitia, ut... reperiatur*. Bis erravit interpres ; non enim de *lætitia*, sed de *musica* hic agitur ; *vide* sup. not. 233. Deinde (J) litteræ *tchi*, non ad *lætitiam*, seu potius *musicam*, sed ad pietatem et fratris natu minoris observantiam referendæ sunt.

(237) H : Illa pietas, illa observantia in alacri pedum incessu, in vivida manuum agitatione, i. e. (*id.*) in toto corporis atque vultus habitu, mirum in modum elucent.

(238) H : I. e. nescis quare et quomodo fit ut in pedum motu, in manuum agitatione emicent.

(239) I. e. *Chun*, licet omnes imperii populos, præ gaudio et amore sibi jam jam parituros videret, tantæ dignitatis et potentiæ splendorem, velut levem stipulam, flocci faciebat.

(240) C : *Chun* intra se dicebat, cogitabat..

(241) *Vide* supra, not. 143.

§. LXVIII. *Postquam* Chun exhausisset serviendi parentibus °rectam-normam°, Kou seou (242) attigit (243) τὸ lætari. *Cum* Kou seou attigisset τὸ lætari, ° *imperii homines (244) conversi sunt. *Cum* Kou seou attigisset τὸ lætari °, qui *in* *imperio° erant patres *et* filii (245) stabiliti-sunt. Illud° dicitur magna pietas.

(242) E : Vir oculis cassus diditur *kou*. Imperatoris *Chun* pater, licet oculos haberet, virtutem distinguere et eligere nesciebat, vitiis indulgebat. Ideo vocatus est *Kou-seou*. Littera *seou* idem significat.

(243) Perperam Noël : *Eum tandem exhilararit, ejus amorem sibi conciliarit.* Bis errat interpres. *Ti*, non significat *tandem*, sed pervenire-ad (GG), cumulum attingere. Sic G, I, J et vers. Tart; Deinde (I) *lo*, est *lætitia* quam ex ardenti virtutis studio, non vero ex suo in filium amore, persentit.

(244) J : *Hou* dicitur de corde. Parentes amorem in filios, filii pietatem in parentes, mutatis moribus, amplexi sunt.

(245) J : *Thing*, i. e. patres liberorum amori, filii pietati in parentes firmiter adhæserunt.

CAPUT II.

Tractatus Li leou pars posterior.

§. I. Meng tseu ait : Chun natus-est in (1) *regione* Tchou foung, migravit in Fou hia, obiit in Ming thiao; * orientalissimæ-regionis ° homo *est*°.

Wen wang natus-est in *regione* Khi tcheou, obiit in Pi ing; * occidentalissimæ-regionis ° homo *est*°.

§. II. Regionum° mutua (2) distantia°, mille* et-amplius li; generationum° mutua (3) posterioritas°, mille * et-amplius anni. Potiti (4) animi-voto, (5) egerunt in * medii-regno, veluti congruunt (5a) * gemellæ-regii-sigilli-tabellæ (5b).

(1) Sic optime B et I. Littera *i* proprie significat (I) urbem in finibus positam; insuper, regionem (H) desertam in extremo imperii Sinensis confinio sitam.

(2) H, I, J : Harum regionum, ab oriente ad occidentem, distantia.

(3) E : Ab imperatore *Chun* ad *Wen-wang* mille et ducenti anni effluxerunt. — Litteram *heou* (*post*), substantive hic usurpatam, vox *posterioritas* non male reddet, si hanc a propria significatione detorqueas ad significandum temporis elapsi intervallum.

(4) H : *Chun* imperator, *Wen-wang* regulorum occidentis dux, evasit.

(5) H : Suam rectam virtutis normam actu exsecuti sunt.

(5a) H : Uterque sua virtute, administratione, et legibus perfecte similes fuerunt.

Prisci sancti, posteriores sancti: eorum regula (6) una *est* °.

§. III. Tseu tchhan (7) *cum* præesset Tching regni ° administrationi, in *eo quo* ipse vehebatur curru (8) trajecit hominem in Tsin *et* Weï.

Meng tseu ait: Beneficus *erat*, et non sciebat exercere regimen.

§. IV. Singulis-annis, *undecimo mense (9), *si* peditum pontes conficiantur; * duodecimo mense (10), *si* curruum pontes (11) conficiantur, populus (12) non laborabit-in transeundo-vadum °.

§. V. ¶ *Si* *sapiens (13) coæquet (14) suum regimen,

(5b) Ad verbum: fidei testimonium (*Khang-hi*). — Olim diploma regium sculpebatur in gemina tabula onychina sibi invicem cohærente, et series litterarum, quæ in junctura utriusque tabulæ exstabat, ita sculpta erat, ut unum dimidium cujuslibet litteræ in una, et alterum ejusdem dimidium foret in altera scriptum. Ad faciendam fidem, ubi opus erat, connectebantur hæ duæ tabulæ, ut pateret utrum litteræ dissectæ sibi invicem cohærerent. *Noël.*

(6) B, H, *Khoueï*, id est *tao* (11,117).

(7) G: Primarius regni *Tching* præfectus.

(8) Perperam Noël: *Curru vectus inter amnem Chin* (leg. *Tsin*) *et Gueï conspicatus*... I: Illum ad ulteriorem fluviorum *Tsin* et *Weï* ripam curru trajecit.

(9) Sic vers. Tart. Aliter A: Olim, sub pristinis imperatoribus... conficiebantur... populus non laborabat-in..

(10) J: Undecimo mense, i. e. hodie, nono mense; duodecimo mense, i. e. hodie, decimo mense. Aliter Noël: *mense novembri, decembri*.

(11) J: *Tchhing*, i. e. absolvebantur. Aliter C: pontes, ubicumque oportebat, exstruebantur; collabentes reficiebantur, diruti de novo erigebantur.

(12) H: De peditibus et curribus pariter loquitur.

(13) H: Vir qui regno administrando præficitur, princeps, etc.

(14) *Phing*, coæquare. C: administrationem ad æquitatis et rationis trutinam componere, facienda facere, abstinendis abstinere,

incedendo removere (15) homines potest°. Quomodo posset *singulos-homines* (16) trajicere-fluvium°. Ideo qui exercet regimen, *si* *singulos homines° afficere-gaudio (17) *vellet*°, dies etiam non sufficeret°.

§. VI. Meng tseu alloquens *regni* Thsi *regulum* Siouan wang, ait: *Si* princeps° spectet (habeat) ministros tanquam (18) manus *et* pedes, tunc ministri spectant principem tanquam (19) viscera *et* cor. *Si* princeps° spectet ministros tanquam (20) canes *et* equos, tunc ministri spectant principem tanquam (21) regni hominem. *Si* princeps °spectet ministros tanquam (22) terram *et* herbas, tunc ministri spectant principem tanquam (23) prædonem *et* hostem.

res magni aut parvi æstimare, prout ingentis vel levis momenti sunt, etc.

(15) H, J: Eum transeuntes in via homines a suo conspectu removere decet, nedum id ipsi vitio vertatur. Sic et vers. Tart.

(16) Perperam Noël: *unicuique sic opem ferre.* Littera *tsi*, illo quidem sensu nonnumquam pollet; hic vero (C) significat: aliquem fluvio trajicere, Gall. *faire passer l'eau à quelqu'un.*

(17) H: illis exigua ejusmodi beneficia conferre.

(18) C: Si ipsis (H) absque ulla suspicione confidat, et munera committat; si amet eos ac sollicite timeat ne quid mali aut damni patiantur.

(19) C, I: Eum fortissimo animo tuentur, tenerrimo diligunt.

(20) C, I, H: Si ministros annuis stipendiis, velut equos pabulo, alere tantum curet, præclara eorum officia justo affectu ac debita observantia remunerandi fastidiosus...

(21) I. e. unum e vulgo. H: tantummodo principis stipendiis vescuntur, et negotia gerunt, sed eum neglectui prorsus habent.

(22) A, C, I: si eos præ contemptu et odio quasi pedibus conculcet, si suppliciis, morte afficiat...

(23) I: Ad eum accedere perpetuo timent, ne ejus sævitiæ veneno necentur; eo ab hostibus profligato aut dignitate sua spoliato, effuso exsultant...

§. VII. Rex ait : (24) Ritus : « Causa pristini principis habet (25) lugubrem-vestem. » * Quomodo (26), *ut* tunc possit agere luctum, *seu* vestem lugubrem gerere° ?

M. ait : *v. g.* monita agit, sermones audit (sequitur), * beneficia (27) descendunt in populum. *Si*, (28) occurrente causa° abeat, tunc princeps mittit homines (29) *qui* deducendo illum (30) faciant-egredi-e finibus, præterea *eum* antecedit (31) in *loco* quem ipse petit. *Si* egressus, *post* tres annos non redeat, * deinde recipit (32) ejus agros *et* domum. Id° dicitur tres (33) habuisse, i. e.

(24) Tart. versio : Rituum liber ait..

(25) H, J : Quando minister discedit e regno in quo munere fungebatur, tribus mensibus vestem lugubrem gerit.

(26) H : Dicas mihi velim, quomodo, pristinis diebus, erga ministrum se gerere debuerit princeps, ut ab eo digressus lugubria indueret.

(27) Sic J, H et *Khang-hi.* Aliter E, I, pinguia, larga (*kao*) beneficia (*tse*). — Verba *agit, audit,* ad principem, vox *abeat,* ad ministrum referenda sunt.

(28) C : Aliam intelligit causam quam culparum emendationem (*kian-hing*), vel consiliorum observationem (*yan-ting*); v. g. (C, I, GG) Cum Confucius in regno *Lou* versaretur, non abiit quod doctrinam suam in praxim non redigi videret, sed quia princeps, voluptatis amans, octoginta puellas a regno *Thsi* acceperat. Aliter I : *ta-kou* (1,797) exsequiæ, vel parentes ætate confectos sustentandi (*tchoung-yang*, 7,815–12,351) causa.

(29) J : Ut eum adversus prædonum incursus tueatur.

(30) Sic ad verbum ; i. e. qui eum deducant donec finibus exeat.

(31) C, H, J : Eum apud novum principem commendatitiis litteris præcedit, illius sapientiam et ingenium prædicat, ut amplo muneri præficiatur...

(32) C, H : Ut reditus forte redituro conservet.

(33) H, J : intelligit τὸ deducere illum (*tao*), præcedere (*sian*), exspectare (*wang*, 4,045).

exhibuisse ritus°. *Si* *ita *agat*, tunc causa illius lugubria-induit°.

§. VIII. ¶ Nunc° vero agens ministrum *si* reprehendat°, tunc non agit; *si* loquatur, tunc non audit; *beneficia non descendunt (non diffunduntur) in populum. *Si* occurrente causa° abeat (34), tunc princeps verberat (35) *et* retinet illum; præterea (36) ad-summas-angustias-adducit illum in *loco* quem ipse petit. *Ipso quo* abiit° die, statim recipit (37) ejus agros *et* domum.° Id° dicitur prædonem *et* hostem *esse*. *Causa* prædonis *et* hostis, *quomodo τὸ lugubria-induere° existeret, i. e. quomodo (38) *indueret-lugubria°?

§. IX. Meng tseu ait : *Si* *innocentes° occidat Litteratos, tunc *primarii-præfecti possunt (39) ut discedant. *Si* * innocentem° perimat populum, tunc Litterati possunt ut emigrent.

§. X. Meng tseu ait : *Si* princeps humanus *sit*, nemo *erit* *inhumanus; *si* princeps justus *sit*, nemo *erit* injustus.

(34) Vers. Tart. Si abire velit. C, J, hic locus a superiore differt; sc. Si princeps ejus consilia sequi renuat, justa ipsi abeundi causa suppetit. Sic et *Noël*. Nonnulli tamen interpretes, inter quos A, B et I, utrumque locum pariter explicari volunt.

(35) Sic B, I. Aliter H, J : *Po*, i. e. carcere includere, *tchi*, i. e. impedire, detinere.

(36) E : *Khouen-ki* (1,523-4,401). B, H, I : Efficit ut nec stipendia nec munus in alio regno obtinere possit. Aliter I : Eum persequitur usque in... Sic etiam *Noël*.

(37) C : Ejus stipendia et agrorum fructum fisco addicit, ut omnem illi reditus spem præcludat. C : prior minister de quo supra, licet a rege digressus, dignitatem stipendiaque muneri suo conjuncta utique conservat.

(38) Sic E : *Ho-yeou-sang* (1,351) *fa*.

(39) Vers. Tart. : Eos emigrare decet.

§. XI. Meng tseu ait : (40) carentem urbanitate ° urbanitatem, carentem æquitate ° æquitatem * vir-magnus non agit.

§. XII. ¶ Meng tseu ait : *Viri* recti (41)° alunt non rectos; habiles ° alunt (42) * inhabiles. Ideo homines gaudent habere sapientem patrem *et* fratrem-majorem °.

Si *viri* recti ° deserant non rectos; *si* habiles ° deserant * inhabiles, tunc sapientis *et* * insipientis ° mutua distantia * inter-eos non potest *esse* ex (43) pollice.

§. XIII. Meng tseu ait : Homines habent (44) *quæ* non agunt °, et deinde possunt ut * naviter-agant (45).

§. XIV. Meng tseu ait : *Si* narres hominum ° * vitia, ** quomodo *effugies* (46) posteras calamitates (47)?

(40) B : Veneratio est urbanitas (*Li*); si excessu peccet, urbanitatem lædit (*fei-li-tchi-li*); τὸ rem alicui dare sæpe censetur æquitas; si donum nimium (i. e. merito majus) sit, tunc æquitatem lædit (*fei-li-tchi-i*). Aliter B (*ibid.*) : speciosam, fucatam, falsam urbanitatem... æquitatem...

(41) H : Litteræ *tchoung* (*recti*), et *thsaï* (habiles) patrem et fratrem majorem; litteræ *pou-tchoung* (non recti) et *pou-thsaï* (inhabiles), filios et fratres minores indicant.

(42) A : alunt, i. e. docent. C : proprie, præceptis, consiliis alunt, imbuunt, ut cœlum pluviis et rore, ut terra fœcundo humore plantas, etc. alunt.

(43) E : Tunc sapiens et insipiens ne lato quidem pollice differunt.

(44) J : Sunt res quas facere, sunt quas non facere decet. B : qui ab inhumanitate prudens abstinet, humanitatem colere potest; qui ab iniquitate, æquitatem.

(45) Sic, A, i. e. strenuos animi conatus exerere ad magnum aliquid faciendum. *Cf.* text. sinic. *p.* 85, *lin.* 3.

(46) A, B, litteram *tang* tollunt. H supplet litteram *mian* (586), effugere, evitare. Construendum est : *tang-jou-ho-(mian)-heou-hoan?* *Cf.* supra (c. I, *not.* 157) *ho-kcueï-hou-laï*, pro (A, B) *ho-koueï laï*.

§. XV. Meng tseu ait : * Confucius (48) non agebat ** nimia.

§. XVI. Meng tseu ait : ** Vir-magnus (49), *quoad* verba : non certo-præfinit (50) veritatem ; *quoad* actiones : non certo-præfinit effectum. Solummodo æquitas *est* * id-in-quo-permanet.

§. XVII. Meng tseu ait : *esse* ** magnum-virum *est* non amittere (51) suum * infantis° animum°°.

§. XVIII. ¶ Meng tseu ait : Tò alere (52) * viventes, non potest * censeri magna i. e. maxima res ; solummodo τò comitari (53) defunctos * potest censeri magna res.

hou ? Litteræ *tang-jou-ho* hic significant, gall. *comment faire*, *quel remède y a-t-il ?* Sic J : *naï-ho* (1,814). GG ad Mencii locum : Cum jussissent., etc. *t.* II, *c.* III, §. 8, addit : *tang-jou-ho-mian-sse* (586-4,677) ? quomodo poterat (*Chun*) mortem effugere ? — Litteræ *tang-jou-tchi-*(47)*-ho* (J, ad *t.* II, *c.* III, §. 6) et *tang-ho* (E, ad *t.* II, *c.* II, §. 61) idem significant.

(47) H : Illi quorum vitia patefecit aperte aut occulto vindictam exigent, orisque temeritatem odio et damnis ulciscentur.

(48) Nulla in re, ne in virtute quidem, excessu peccabat. Confer *tom.* I, *cap.* VI, not. 153.

(49) H : Vir illibatæ æquitatis.

(50) Sic GG : *pi*, i. e. *sinn-kioue-ting*. (5,80-4,868 *bis* - 2,119). A : nonnumquam verum dicit, sed (H) ad veritatem animum non intendit ; dum agit, nonnumquam effectum assequitur, sed effectum assequi non studet. Solummodo spectat in quo sita sit æquitas, i. e. (B) quid loquendum, quid agendum sit.

(51) Perperam Noël.. *Vir magnus innocentem suæ infantilis ætatis animum numquam exuit.* C : Vir magnus ob id solum talis est, quod incorruptum infantiæ suæ candorem, animumque fuci et fraudis expertem a teneris unguiculis servat.

(52) I : Parentes amare, revereri, alere, illis obsequi, officium filii quotidianum est, ac proinde peractu facillimum.

(53) Sic ad verbum. I, J : litteræ *soung-sse* (comitari defunctos),

§. XIX. Meng tseu ait : *Sapiens (54) profunde-fodiendo *studet* pervenire-ad eam juxta regulam; *quia* cupit *in** se-ipso obtinere illam°. *Ubi in* * se-ipso obtinuit illam (55), tunc habitat (permanet) *in* ea firmiter. *Ubi* habitat-in ea firmiter, tunc (56) mutuatur (deducit) illam profunde. *Ubi* mutuatur illam profunde, tunc ac-

omnia complectuntur quæ ad feretrum, sindonem et sepulturam pertinent.

(54) *Tse*, i. e. *thsie* (9,262) vel *tsie* (298). Sic C, H, J. C : *v. g.* qui in loco depresso fossam excavat, ad eam implendam scaturientem ex editiori loco aquam deducit et quasi mutuatur (*tsie*). Si profundus sit aquæ fons, aqua jugi rivo defluit; secus, cito arescit. — Perperam Noël : *Tunc potest vasta illa scientiæ scaturigine profunde uti.* Juxta omnes interpr. de *innata ratione*, non de *scientia*, agitur. In alium errorem incidit Noël, dum interpretatur *chin-tsao* (*li*), *ad profundam virtutis cognitionem pertingere* : littera enim *chin* (profunde-fodere), ad assiduum viri sapientis laborem, non vero ad rem quam quærit, refertur. Male deinde litteram *li* (ratio) quam omnes interpretes supplent, modo *virtutis cognitionem*, modo *essentialem illius* (*cognitionis*) *rationem* vertit : nemo non videt *illam innatam rationem* (*Cf. c.* II, *n.* 150 et 147) aliquid esse ab his valde diversum. A : Mencius docet quomodo homo rationem *seu* innatam rectitudinem (*li*) assequi (*te*), perficere, queat. Primum, juxta (B) certas regulas, certum progrediendi ordinem (*i-tao*), ad illam (B, C, H, I, J) paulatim et sine ulla intermissione tendit (*chin-tsao*); v. g. B : ample studet, subtiliter interrogat, attente cogitat, nitide distinguit, strenue agit, etc.

(55) A, C : Tunc ejus cor et illa Ratio (*li*) in unum mire coalescunt; nec sexcentæ rerum humanarum vices mentem ejus labefactare, nec rerum externarum vis aut illicia e sanctissimo celsissimæ hujus Rationis penetrali abstrahere valent.

(56) C : Tunc Rationem proxime (*id est*, non procul a se, *ibid.*) depromit, uberrimosque ejus latices cunctis locis, singulis momentis haurire potest, cum eam in se possideat.

cipit illam a-dextris *et* a-sinistris, *et* (57) offendit ejus fontem. Ideo *sapiens cupit *in* *se-ipso obtinere illam°.

§. XX. Meng tseu ait : *Sapiens* (58) ample studet et clare-explicando enarrat°, *quia* *cupit *eò* redire (59) *ut* enarret (60) summam°.

§. XXI. Meng tseu ait : (61) Per virtutem subjicere homines° : nondum fuit qui potuerit subjicere homines°. *Si* per virtutem (62) alat homines, * deinde potest

(57) I. e. in eam incidit. Noël minus recte : *occurrere potest.* GG : Ubi hæc ratio in imo corde possidetur, variis modis juxta varias hominum conditiones sese prodit; principi rectum humanitatis principium suppeditat; ministro, venerationis; filio, pietatis; patri, amoris paterni; homini societatem, necessitudinem cum alio ineunti, inconcussam fidem.

(58) A : Dum antiquarum et recentiorum rerum arcana rimatur, dum litteraturæ aut politiorum artium libros perlegit, vanam eruditionem jactare, vel frivolis disceptationibus tempus terere minime cogitat..

(59) Perperam Noël : *Ut contra..* Littera *fan* (A) indicat scopum ad quem tendit.

(60) Quasi dicat : Totum scientiæ succum, totam medullam.

(61) A, C : Mencius viri vere imperatoris et regulorum ducis discrimen ostendit; ille publicæ utilitati, hic privatæ tantum consulit; prior unice studet ut omnes pariter secum virtutis cumulum attingant; posterior vero se solum virtute (GG, humanitate, æquitate) ornare satagit, ut cæteris regulis, insane superbus, superemineat. C : Littera *jin* (homines) indicat *regulos*, non vero *populos*, ut quidam (inter hos *Noël*) male interpretantur. GG : Hic *i-chen-fo-jin*, idem est ac *i-li-fo-jin*, armorum vi domare homines. Vid. *tom.* I, *cap.* III, §. 35.

(62) C : Si virtutem ipse exhauriat, hominesque suo exemplo, suis beneficiis, stimulet, foveat, alat, ita ut, animo commoti et penitus conversi, cum eo pariter virtutem amplecti gestiant.

subjicere *imperium. *Quando* *imperium non corde subjectum-est*, τὸ *regnare nondum *exstitit*.

§. XXII. Meng tseu ait: ¶ *In* verbis, nihil-est vere (62ª) *infaustum. *Infausti* veritas: τὸ occultare *sapientes conforme-est illi.

§. XXIII. Siu tseu (63) ait: *Confucius repetitis-vicibus *laudabat (64) aquam, dicens: « *O-aqua! *o-aqua! » Quid sumebat ab (65) aqua°?

Meng tseu ait: * E-fonte-scaturiens-aqua vehementer-fluens non desinit die *nec* nocte. Implet fossas et deinde procedens pervenit ad quatuor maria. *Aqua* (66)

(62ª) In hoc loco explicando valde discrepant interpretes. *Tchou-hi* (G) gravem textui mendam subesse putat, e duobusque sensibus a se allatis, uter rectior ac potior sit se nescire fatetur. Secutus sum B, I, H, J: Quæcumque verba calamitatem accersere, odia et inimicitias concitare possunt, dici solent infausta; vere tamen infausta non sunt; loquenti enim tantum nocent. Nunc si quæras quænam sic appellari debeant; ea ipsa sunt quæ sapientum famam deterunt, calumniis maculant, eosque a publicis muneribus arcent aut deturbant: talia enim verba imperio, regno, familiis, ruinam brevi invehunt.

(63) E: *Siu-tseu* idem ac *Siu-pi* (10,792).

(64) Sic utraque versio Tartarica. Assentiunt B, G, J, et GG. Perperam Noël: *eam compellabat.*

(65) H, J: idem ac sumebat aquam (*thsiu choui*), i. e. eam in medium afferebat, ab ea sermonis ansam accipiebat. Etenim (H, J) aqua res est valde tenuis, valde exigui momenti; rectamque agendi normam (*tao*) minime spectare, nec illi acquirendæ conducere videtur.

(66) Sic C, H, J. Perperam Noël: *Simili ratione vir, qui ex perenni veritatis fonte vitæ suæ cursum ordinat, potest paulatim assiduo progressu ad ultimam tandem virtutis perfectionem pertingere.*

quæ habet fontem, *sic (67) *est*°. Ideo° (68) sumpsit°.

§. XXIV. Si (69) non habeat fontem, in septimo *aut* octavo mense°, pluviis collectis, *licet* * canales-agrorum omnes impleantur, *homo* eorum siccationem° potest * stando (70) exspectare°. Idcirco, *quando* nomen *et* fama superant (71) veritatem, * sapiens erubescit (72) illud.

§. XXV. Meng tseu ait : * Id-quo homines° * discrepant a * brutis° *est* (73) tantillum. * vulgus abjicit *seu* deserit (74) illud, * sapientes conservant illud.

(67) C : Sic vehementi impetu ad quatuor maria fertur.

(68) J : Ideo Confucius aquam adduxit (*thsiu*) ac laudavit. Perperam Noël : *Id igitur instructionis ex perenni visæ aquæ cursu excerpebat Confucius.* Vide supra, *not.* 65.

(69) Vide supra, *cap.* I, *not.* 126.

(70) Perperam Noël : *In illis stare quis potest sicco vestigio, donec nova rursus pluvia decidat.* Locutio *li-eul* (stando) hic, ut, in pluribus Mencii locis, locutio *tso-eul* (sedendo), facilitatem indicat qua quis aliquid facere potest. H; J : Mencius his verbis solummodo innuit canales illos fonte carentes, pluviis interminis, facile vel cito siccari. Similem locum, *cap.* II, §. 41, bene convertit Noël : *Sedens tamen et sine negotio poteris...*

(71) J : *Thsing*, i. e. *Chi-hing* (2,169-9,658) veræ actiones; *sc.* quando ea quæ homo reipsa agit plus æquo, vel immerito celebrantur. V. g. Si vir (E) sævus egregiæ humanitatis fama ornetur. Vide supra, *c.* II, *not.* 215, 216.

(72) Quemadmodum aqua fonte carens, brevi arescit, sic et vir qui agendi rationis principium e virtute, tanquam ex jugi fonte non ducit, mox, vitiis undique irrepentibus, vincitur et deficit.

(73) Perperam Noël : *Est quid tenuissimum et subtilissimum, (subtilissimus quippe rationis usus).* Juxta C, G, GG, et J, litteræ *ki-hi*, non (rationis) subtilitatem et tenuitatem, sed levissimam differen-

§. XXVI. ¶ Chun perspicax-erat in singulis rebus, investigabat *seu* perspiciebat in *quinque* hominis officiis; ex (75) humanitate *et* æquitate agebat, non agebat humanitatem *et* æquitatem *.

§. XXVII. Meng tseu ait: Iu (76) aversabatur exquisitum vinum et amabat bona (77) verba.

§. XXVIII. Thang tenens (78) medium, collocabat sapientes absque loco (79) *sive* ordine.

§. XXIX. Wen wang spectabat populum velut (80) vulneratum; prospiciebat rectam-normam (81) quasi nondum illam vidisset.

tiam (*chao-i*, 2,204-6,226) exprimunt; quasi diceret, inter homines et animantia tenuissimum discrimen intercedit.

(74) J: *Sc.* rationem, i. e. cœlitus infusam rectitudinem.

(75) C: *Chun* ex innato sibi humanitatis et æquitatis principio agebat, non vero (A, H, J) cogitabat, neque vel minimum nitebatur illas virtutes actu exsequi.

(76) G: Cum *I-ti* vinum concinnâsset, *Iu* dulci ejus sapore affectus, exclamavit: Posteri principes vini vitio regna sua profecto perdent. Illico removit *I-ti* atque dulci vino abstinuit.

(77) H: Sive ab aulæ ministris, sive a rusticis hominibus proferrentur.

(78) H: nec nimio virtutis excessu, nec defectu peccabat.

(79) G: *Fang*, quasi diceret, *loui* (12,257) species, ordo, conditio. V. g. C: Nobiles et ignobiles, propinquos et extraneos, nulla conditionis ratione habita, ad dignitates promovebat. Aliter E: Non percontabâtur è quonam loco (*fang*) venirent.

(80) H: licet populum summa felicitate recrearet, de eo semper sollicitus erat, quasi damnis et ærumnis conflictaretur.

(81) H: Quamvis rectæ normæ fastigium attigisset... H, J, *eul*, i. e. *jou* (1,852), quasi.

§. XXX. Wou wang non despiciebat (82) vicina, non obliviscebatur remota.

§. XXXI. Tcheou koung cogitans *in se* colligere (83) trium *familiarum* imperatores°, agebat (84) quatuor res. *Si inter* illas (85) esset quæ non congrueret, *erecto-capite, cogitabat illud, *atque* *ex-nocte (86) continuabat diem. *Quando* feliciter° assecutus-erat illud, sedens ° exspectabat (87) diluculum.

§. XXXII. Meng tseu ait : *Imperatorum° vestigiis exstinctis°, carmina evanuerunt. *Cum* carmina evanuissent, *deinde *liber* Tchhun thsieou, *seu* Ver *et* Autumnus prodiit, *i. e.* compositus-fuit.

(82) Perperam Noël : *Ut sibi prope adhærentes, quales sunt domestici... non despiceret; et a se procul remotos, quales sunt reguli..., non oblivisceretur.* H, I, J et C : Mencius homines, res (v. g. vestes, gladium..), tempora et locos intelligit.

(83) I. e. Gallice : *Les imiter tous les quatre. Kian*, i. e. plura in unum connectere, conjungere.

(84) H : quatuor res supradictas quæ *Iu, Thang, Wen-wang* et *Wou-wang* agebant. Vid. supra, §. 27, 28, 29, 30.

(85) J, C : Si earum aliqua, licet pristino tempori apte congruens, præsenti non conveniret, optatum finem assequendi (i. e. eam tempori suo accomodandi) rationem sedulo quærebat.

(86) Perperam Noël : *Diem cum nocte conjungebat.* C, B, H, I, meditationes suas ab ipsa nocte (1,046–1,790) in diem producebat. Assentit utraque versio Tartarica : *Dobouritsi inenggi de isiboumbi.*

(87) J : Tanto ardore rem illam quam citissime exsequi cupiebat!

(88) G : Litteræ *ching* sensus nondum nitide explicatus est. Quidam (A, H, J) aiunt regni *Tsin* annales appellatos fuisse *Ching* seu *quadrigam*, quia libri historici res, facta et eventus, quadrigæ instar, continent ac transvehunt.

(89) C : *Thao-wo*, horrendæ belluæ nomen; veteres hoc vocabulum ad crudeles homines transtulerunt. Annalium liber sic dictus

¶ *Regni* Tsin° *liber* Ching (88), *regni* Thsou° *liber* (89) Thao wo; *regni* Lou° *liber* Tchhun thsieou (90), unum (91) *sunt*°.

§. XXXIII. Ejus (92) res: Tunc Thsi *regni* Houan *koung et* Tsin *regni* Wen *koung*° (93). Ejus stylus, tunc historicus. * Confucius aiebat: Hæc (94) æquitas: tunc *ego* Khieou privatim sumpsi illam °.

§. XXXIV. Meng tseu ait: (95) * Sapientis° beneficia (96), *post* quinque generationes° evanescunt. Exiguo-

improborum flagitia refert atque acri censura persequitur, ut infelix eorum exitus posteris exemplo sit.

(90) H: Regni *Lou* annales referunt annum, anni tempestatem, et mensem quibus res et eventus contigerunt. Ideo librum hunc Confucius *Ver* et *Autumnum* vocavit, duas præcipuas anni tempestates, pro quatuor, brevitatis causa, usurpans.

(91) H, J: Licet nomine differant illi libri, re tamen unum et idem sunt; quippe qui variorum regulorum res et facta perhibeant.

(92) H, J: Ejus, i. e. *Tchhun-thsieou*.

(93) J: Horum regulorum res gestas memorat. Istos tantum nominat utpote celebriores.

(94) Perperam Noël: *Istius libri sensum atque ordinem ego Meou aliunde excerpsi.* Littera *i* non significat *sensum*, sed (J) *justas* laudes, *justa* vituperia quibus Confucius tunc temporis homines persecutus est. C: Illa laudis et vituperii, mercedis et pœnæ *æquitas*, in memorialibus regni *Lou* libris fere obscura atque ignota jacebat. Ex quibus Confucius, varios codices digerendo et simul compingendo, pro tenui ingenio suo, ut ipse ait, illam eruit et clara in luce collocavit. — J: *Thsie*, est modeste loquendi modus.

(95) H, J: *Kiun-tseu*, i. e. vir sapiens publico munere ornatus. *Siao-jin*, i. e. vir sapiens, sed munere vacuus.

(96) H, I, J: Intelligit egregios virtutis eorum fructus qui ad posteros transmittuntur.

rum hominum° beneficia, *post* quinque generationes° evanescunt.

Ego non obtinui *seu* non potui esse *Confucii° (97) discipulus°; ego privatim *me* bonum-effeci (98) in hominibus°.

§. XXXV. Meng tseu ait : *Quando* (99) *convenit accipere *et* *convenit non accipere, *si* accipias, lædis temperantiam. *Quando* *convenit dare *et* *convenit non dare, *si* des, lædis beneficentiam. *Quando* *convenit mori *et* *convenit non mori, *si* moriaris, lædis fortitudinem.

§. XXXVI. *Cum* Pheng meng (100) discens jaculari ab I, exhausisset° τῶ I° doctrinam *seu* scientiam, cogitavit *in* *imperio solummodo I* superare ¶ ipsum. *Hinc occidit I.

Meng tseu ait : Iste *I-etiam habuit culpam°. Koung ming i aiebat : « *Videtur caruisse culpa »; *id-est (101)

(97) C, H : i. e. ipsemet ejus præcepta accipere.

(98) C, H. Cum a Confucio ad hoc usque tempus quinque generationum intervallum non expletum sit, ego Confucii documenta a philosophi *Tseu-sse* discipulis haurire, atque illis in exemplum acceptis, meam virtutem perficere potui.

(99) C, J : Si primum res accipienda videtur, ac mox attente tecum reputans, eam non esse omnino accipiendam vides, si accipias.. Eodem modo supplendæ ac explicandæ sunt duæ phrases sqq. *Kho-i-iu.. Kho-i-sse*, etc.

(100) J : *Pheng-meng*, apud *I*, regni *Yeou-khioung* (4,028-7,347) regulum, rei familiaris administrum agebat.

(101) J : *Koung-ming-i* intendebat dicere..

(102) Gallice : *En comparaison de..* A, B, C, H, J : Principis *I* culpa minor, levior erat quam administri sui *Pheng-meng* crimen,

tenuior *erat* præ °° (102); quomodo poterat carere culpa?

§. XXXVII. *Regni* Tching homines *cum* misissent Tseu cho jou tseu *ut* aggrederetur *regnum* Weï, Weï misit Iu koung tchi (103) sse *ut* persequeretur illum. Tseu cho jou tseu ait : *Hodie ** Ego-male-habeo (104), non * possum tenere arcum; ego perii °°. Interrogans suum comitem i. e. aurigam ait : Qui persequitur me, quis *est* °? Ejus auriga ait : Iu koung tchi sse °.

Ait : Ego *salvus-sum °.

Ejus auriga ait : Iu koung tchi sse, *regni* Weï ° doctissimus jaculari *est* °°. *Magister, dixisti : Ego salvus-sum; quomodo *id* ais °?

Ait : Iu koung tchi sse didicit jaculari ab Iun koung tchi to. Iun koung tchi to didicit jaculari a me °. Iun koung tchi to rectus homo *est* °. *Ille quem* ipse accepit amicum, profecto rectus *est* °.

Cum Iu koung tchi sse accessisset, ait : *Magister, ¶ *quare non tenes arcum °?

Ait : * Hodie * ego-male-habeo, non *possum tenere arcum.

Ait : *Ego* exiguus homo didiei jaculari ab Iun koung tchi to. Iun koung tchi to didicit jaculari a *magistro i. e. a te. Ego non sustineo uti *magistri ° doctrina *seu* arte, *ad* contra nocendum *magistro. Quamvis ita-sit,

(*chao-khing-iu*, 2,204-10,901-3,829.) Tantum enim imprudentia peccavit.

(103) Sic utraque versio Tartarica. Aliter I (cui favent E et J) littera *tchi* quæ hic et infra (in nomine *Iun-koung-tchi-to*) occurrit, auxiliaris particula est.

(104) Ad verbum : Mihi morbus, ægritudo exorta est. E : *Tso*, i. e. *fa* (6,482). — Cætera plana sunt nec notis egent.

*hodierni-diei * negotium, principis negotium *est* °; ego non audeo negligere *illud*. *Tum* * depromens sagittas, impegit-in rotam, ablata*que* earum cuspide, emisit quatuor sagittas, et deinde reversus-est.

XXXVIII. Meng tseu ait : (104ª) *Si* Si tseu se-cooperiat non puris, i. e. sordibus, tunc homines omnes, obturatis naribus *, prætergredientur illam.

Quamvis sit facie-turpis homo, *si* se-purificet *et* abstineat, *si* se-abluat *et* lavet, tunc potest ut sacrificet * supremo-cœli-domino.

§. XXXIX. Meng tseu ait : (105) *In* * imperio *, loquendo-*vel*-disserendo-de natura °, tunc *de* effectu (106) et nihil-amplius °. * Effectus in τῷ sequi facit, i. e. habet radicem.

(104ª) J : *Si-tseu* mulier insigni olim pulchritudine celebrata.

(105) C : Nihil pulchrius et præstantius quam naturam suam clare cognoscere. Cum vero de natura disserere difficile sit, utpote quæ sensus nostros incorporea effugiat, qui de ea scite loqui vult, varios effectus quibus sese exterius prodit, perpendere prius debet. Quid sit *natura*, quid naturæ *effectus*, sic explicat GG : Humanitas, æquitas, urbanitas, prudentia, sunt *natura*. Commiseratio est humanitatis *effectus*; pudor (quo alienis vitiis erubescimus) et odium (quod in alienam nequitiam concipimus), æquitatis; humilitas et obsequium, urbanitatis; recti et pravi sensus, prudentiæ. Perperam Noël : *Rerum natura*.

(106) GG : Mencius loquitur de naturæ *effectu*, quatenus eam sequitur (*li*), i. e. quatenus ab illa, adhuc illibata nec cupiditatibus vitiata, sponte sua, defluit; v. g. quando vir misericordiæ sensu movetur. Cf. *t.* I, *c.* III, §. 45, 46. Secus accideret si vir, innata licet humanitate præditus, nulla miseriæ alienæ misericordia tangeretur, quemadmodum ubi aqua, quæ natura sua deorsum tendit, objecta mole coercita, supra montem attollitur. Hos enim effectus,

§. XL. ¶ Id-quod (i. e. ideo) odium-habemus in *virum-prudentem (107), quia ille diverticulis-utitur (108)°. Si *vir-prudens *sit* sicut Iu° ducens aquas°, tunc non-erit odium in prudentem°. Iu° *cum* duxit aquas°, duxit qua ipse non-haberet negotium, i. e. difficultatem (109)°. Si *prudens etiam *res* ducat qua ipse non-habeat negotium, i. e. difficultatem (110), tunc *ejus* prudentia etiam magna *est*°.

§. XLI. *Licet* cœlum° *sit* altum°, *et* *stellæ° remotæ, si investiges eorum effectum (111), mille annorum° diei fastigium, i. e. solstitium (112), potest *sedendo, i. e. facillime, pertingi°.

§. XLII. Koung hang tseu (112a) *cum* haberet filii°

neque ex hominis, neque ex aquæ natura proxime oriri (*pou-li*) patet.

(107) H : Mencius de falsa prudentia loquitur.

(108) E : i. e. rerum naturam non sequitur.

(109) J : Aquas juxta naturalem earum cursum deduxit.

(110) GG, J : Si res, non obliquis viis, sed juxta naturalem earum proclivitatem, ad finem quo sponte sua tendunt, dirigere et deducere sciat..

(111) C : Cœli motus constanti regulæ seu legi obsequuntur, stellæ certas sedes occupant; id vocatur cœli et stellarum *naturalis effectus*.

(112) Noël (juxta G) : Quamvis multa annorum millia effluxerint ab illo hiberno solstitio (*toung*-6,68-*ji-tchi*) in quo antiquitus Kalendarium primo institutum est ad mediam noctem, mense lunari undecimo, dicto *Kia-tseu*, ineunte, in ipsa solis et lunæ conjunctione; sedens tamen et sine negotio poteris illud remotissimum initium assequi.

(112a) Sic legendum juxta C et utramque versionem Tartaricam. Perperam Noël : *Kum-him*. — G : *Koung-hang-tseu*, regni *Thsi* reguli primarius præfectus.

(113) exsequias, *minister-a-dextris (114) ivit parentatum. *Cum* ingressus-esset portam, i. e. aulam (115), erant qui (116) ducentes° cum *ministro-a-dextris loquebantur. Erant qui petentes *ministri-a-dextris° sedem°, cum *ministro-a-dextris loquebantur (117). *Mencius *vero* non cum *ministro-a-dextris locutus-est.

*Minister-a-dextris non gaudens, i.e. stomachatus, ait: *Cum* **sapientum-multitudo (118) omnis cum Houan locuti-sint, *Mencium solum non cum Houan loqui, est despicere Houan°!

§. XLIII. ¶ Meng tseu audiens illud, ait: (119) *In* ritibus (120): *in* *aula non *licet* transire-ad sedem (121) et

(113) Perperam Noël: *Ut justa defuncto filio suo persolveret.* H: cum patri defuncto parentaret, cum paternas exsequias, pii filii more, ageret. Assentiunt A, B, C, J et GG.

(114) Olim viri nobiles qui imperatoris primarii præfecti erant, vocabantur *thaï-sse* (1,799-2,450); ignobiles vocabantur *chao-sse* (2,204); nobiles regulorum primarii præfecti vocabantur *tso-ssè* (2,389), ignobiles vero, *yeou-sse* — Cf. t. I, c. V, §. XVIII.

(115) Perperam Noël: *Simul atque funeralem aulam ingrediebantur præfecti.* Omnes interpretes: Statim ac minister-a-dextris ingressus est.

(116) J: Cum *Wang-houan* sedem sibi destinatam nondum adiisset, multi erant qui eum ad suam quisque sedem ducebant, et.. — Hanc phrasim omisit Noël.

(117) J: Cum *Wang-houan* ad sedem sibi destinatam accessisset.

(118) J: Indicat præfectos qui secum parentaturi venerant.

(119) I: Mencius mentem suam non aperit. Cf. t. I, c. IV, not. 117, 122.

(120) H: Liber rituum ait:..

(121) G: Alludit ad *Wang-houan*, qui ab aliis præfectis ad illorum sedem se deduci siverat.

*simul loqui; non *licet* (122) transilire gradus (123) et se-invicem salutare°. *Dum* ego cupio observare *hunc* ritum, *Tseu-'ao *existimare me despicere *ipsum*, non*ne* etiam mirum *est*° ?

XLIV. Meng tseu ait: *Id-quo *sapiens differt ab *aliis* hominibus° : (124) in *eo quod* ipse conservat *in* corde°. *Sapiens (125) accipiens humanitatem, *eam* conservat *in* corde; accipiens urbanitatem, *eam* conservat *in* corde.

§. XLV. * Vir-humanus amat homines, ** vir-urbanus colit homines. Qui amat homines, homines constanter amant illum. Qui colit homines, homines constanter colunt illum.

(122) G: Alludit ad præfectos qui ad primarii præfecti sedem transierant.

(123) C: Litteræ *wei* et *kiai* inter se differunt. *Wei* est sedes quam quis solus occupat, *kiai* est locus quo multi ejusdem ordinis seu dignitatis viri consident.

(124) Perperam Noël: *Situm est in constanti cordis custodia.* C, GG: Hic litteræ *thsun-sin*, a locutione *thsun-khi-sin*, conservare suum cor, i. e. (*id*) suam naturam alere, valde differunt. B, GG: Post litteram *thsun*, addenda est littera *iu* (3,825) in. B: Longe ab aliis differt, quia id quod in suo corde conservat omnino dissimile est. Ipse humanitatem et urbanitatem, exiguus vir (*siao-jin*) animi duritiem et rusticitatem, corde defixam habent. Assentit vers. Tartarica.

(125) Quasi tantum scripsisset Mencius: Humanitatem in corde conservat. Sic interprett. et versio Tartarica. Perperam Noël: *Binæ autem virtutis auxilio, nempe pietatis et honestatis, assidue cor suum custodit et conservat.* B et GG litteram *i* (115) interpretantur per *pa* (3,267) et C similiter per *tsiang* (2,196), eodem prorsus sensu atque apud recentiores linguæ mandarinicæ scriptores accipitur. Vide Sinicam viri eximii *Abelis-Remusat* grammaticam, *p.* 131, §. 346, et 154, §. 392.

§. XLVI. *En* est vir in hoc *loco*. *Si* ille tractet me cum *inhumanitate (126), tunc sapiens debet *in-se-redire, i. e. in mentem suam introspicere°, *dicens* : Ego profecto *fui* *inhumanus°, profecto carui urbanitate°; *alioquin*, hæc res numquid debuisset *mihi* accidere°?

§. XLVII. ¶ *Si*, *ubi* ipse *in-se-descendens°, humanus[b]; *ubi* *in-se-descendens°, *urbanus (127) *fuit*°, istius *inhumanitas adhuc ita, i. e. eadem, *sit*°; *tunc* *sapiens debet *in-se-descendere°, *dicens* : Ego profecto *fui* non rectus.

XLVIII. *Si*, *ubi* *in-se-descendens°, rectus *fuit*, istius *inhumanitas, adhuc ita *sit*°, *sapiens ait : Iste etiam perditus homo *est*°°°. *Cum-ita-sit, tunc a *bruto-animali *numquid-differt°? Propter *brutum-animal adhuc quid (128) me-torquerem°?

§. XLIX. *Idcirco, *sapiens habet τὸ *usque-ad-vitæ-finem° mœrere, non-habet unius mane° (129) ærumnam. *Quoad id-quod mœreat, tunc habet illud. *Ait* : Chun *erat* homo°, ego etiam homo°. Chun fuit exemplum in *imperio, *et* potuit transmittere *illud* ad posteras

(126) Gallice : *Avec brutalité et grossièreté.* B, GG : Littera *houng* significat : durus, sævus ; littera *ni* : non sequi rationem, resistere.

(127) GG, I : Ubi se humanum, se urbanum fuisse certo agnovit. Perperam Noël : *Ubi sic secum ipse reputavit se aut in pietatem, aut in honestatem aliquid peccasse.* Noël in toto paragrapho vertendo, turpiter erravit.

(128) B : Quid iterum mentem meam molesta censura torquerem? Aliter C : Quid propter istiusmodi inhumanitatem (J) sollicitus et mœstus essem?

(129) Gallice : *Une peine, une affliction d'un matin*, i. e. *passagère.* Totâ vitâ angitur, timens ne virtutis perfectionem non assequatur.

generationes. Ego adhuc nondum cessavi esse (130) pagi homo °; *Ob* illud, tunc potest (131) dolere °. τὸ dolere ° * quomodo? *Si sit* sicut Chun °, nihil-superest (132).

§. L. Quoad ° id-quo * sapiens ærumnatur, tunc ¶ abest °. * Res-injustas non agit °, * res-inurbanas non agit °. Si habeat unius mane ° ærumnam, tunc * sapiens *eam* non existimat-ærumnam °.

§. LI. *Cum* Iu *et* Tsi incidissent-in (133) tranquillam ætatem, ter (134) transgressus-est suam portam et non introivit. * Confucius laudavit illud.

Cum Yan tseu incidisset-in turbulentam ætatem, degens in * obscuro-loco, *in* una arundinea-scutella comedebat, *in* uno ex-cucurbita-poculo bibebat. *Alii* homines non potuissent-sustinere hujusmodi mœrorem *seu* ærumnam. *At* Yan tseu non immutavit suum (135) gaudium. * Confucius laudavit illud.

Meng tseu ait: Iu tsi *et* Yan hoeï, eadem recta-norma.

§. LII. *Juxta* τὸ Iu cogitare: * *si quis in* * imperio esset * aquis-submersus, quasi (136) ipse aquis-submersisset illum °. *Juxta* τὸ Tsi cogitare: *si quis in* * imperio esset

(130) I. e. homo vulgaris.

(131) I. e. justam habet mœroris causam.

(132) B, H: Imperatoris *Chun* pietatem et humanitatem imitari studet; quandiu eam assecutus non est, gravissime contristatur; ubi vero voti compos fuit, ejus mœror evanescit.

(133) C: Gallice: *s'étant trouvés dans* (303). Cf. t. I. §. XXIX, XXX.

(134) De *Iu* tantum loquitur.

(135) E: *Sc.* gaudium quod ex constanti virtutis studio percipiebat.

(136) Aliter J: Litteræ *yeou-ki* ponuntur pro *tseu-'go* (8,664-3,177); intra se cogitans aiebat: Ego ipse (*tseu-'go*) aquis-submersi illum. Cf. t. I. c. V. §. XXIX.

*fame-enectus°, quasi ipse fame-enecuisset illum° (137). *Ideo *ita (138) illi solliciti-erant°.

§. LIII. *Si* Iu, *Heou* tsi *et* Yan tseu mutavissent locum (139), tunc uterque sic, i. e. eodem modo egisset.

§. LIV. ¶ Nunc, *si* sint ejusdem *mihi* domus ° homines qui rixentur, *ego* (140) dirimo illos. Quamvis sparsis (141) capillis, *et* *colligatis-pilei-tæniis° (142) dirimam illos, licet, i. e. decet: (143).

Si in pago *aut* vicinio (144) sint qui rixentur, *ac* sparsis capillis *et* *colligatis-pilei-tæniis°, eam dirimere illos,

(137) Quemadmodum *Iu* dirigendis et deducendis aquis, ita *Heou tsi* tradendis agriculturæ præceptis præerat. *Cf.* t. I. c. V, §. XXX.

(138) H, J : Ideo domum suam prætergredientes, non inierunt.

(139) I. e. Si *Iu* turbulento tempore, *Heou-tsi* autem tranquillo, vixisset, hic populos damnis eximere, ille (*Iu*) virtutem solitarius colere sategisset.

(140) Sic H et plerique interprett. Aliter E et utraque vers. Tart. : Illos a rixa dehortor. Noël minus bene vertit : *succurrere illis.*

(141) Littera *pi* (9,723) usurpatur pro *phi* (3,281), spargere. Apud E, littera *san* (3,756) eumdem sensum suppeditat.

(142) C : Cum capillos componendi nodoque cohibendi otium mihi non sit, solutam comam pileo tego, colligatisque tæniis, rixantes diremptürus propero.

(143) C : Quia scilicet illi genere mihi proximi sunt. Si vero rixantes non dirimerem, consanguineos alienorum loco habere merito dicerer. Imperator *Iu* et *Heou-tsi*, cum tranquillo viverent tempore, summisque dignitatibus potirentur, populos tanquam suæ domûs homines habebant; illos igitur populum omnibus studiis complecti, ac ærumnis conflictatum sublevare decebat.

(144) J : Explicat *hiang* per *li* (11,372), et *lin* per *pi* (4,774). *Khang-hi* : *lin* seu *pi* (*ibid.*) quinque familiis constat, *li* vero quinque *lin*, i. e. viginti quinque familiis. Longe aliter E : *Hiang-lin*, i. e. ejusdem pagi homines.

tunc cœcus (145) *sum*°. Quamvis occludam fores, licet°.

§. LV. Koung tou tseu ait : (146) Khouang tchang *in* toto regno omnes dicunt *non-pium° (147). *Magister, cum illo *familiariter-versaris, *ac* *deinde *observantia-colis illum : ausim percontari qua-de-causa° ?

Meng tseu ait. Quæ *hodierna-generatio vocat *non-pietatem°, quinque *sunt*. (148) Pigrescendo° (*secundum*) sua quatuor membra, non curare (149) *seu* *negligere patris *et* matris° alimoniam, prima *non-pietas°. *Ludendo-latrunculis (150) *et* amando potare vinum, *negligere patris *et* matris° alimoniam, secunda *non-pietas°. Amando opes *et* divitias, singulariter-amando (151) uxorem *et* liberos,

(145) C : i. e. quid ratio, quid ritus agendum præcipiant, non intelligere videbor. Enimvero, pagi aut vicinii homines nulla me cognatione attingunt. Cum *Yan-tseu* turbulentis temporibus viveret, animique voto nequaquam potitus (i. e. omni munere, dignitate vacuus), summa inopia circumveniretur, suæ ætatis homines tanquam concives aut vicinos (i. e. a se prorsus alienos) habebat. Eum igitur procul a rerum turbine degere solitarium, nec dulce virtutis studium intermittere decebat.

(146) G : *Khouang-tchang*, vir e regno *Thsi*. *Koung-tou-tseu*, Mencii discipulus.

(147) Cf. *t*. II. *c*. I. *not*. 227.

(148) H, J : *v. g.* Neque agros colere, neque mercaturam exercere.

(149) Ad verbum : non respicere, non curare τὸ alere patrem et matrem.

(150) Litterarum *po-i* sinicam explicationem affert *Morrison*, *Chines. dict. part.* I, *rad.* 37, *p.* 594 : *sc.* duos viros latrunculis ludere, dicitur *po-i*. Sic et J. Interpres C distinguit inter litteras *po* et *i*, quasi ludos diversos significarent, v. g. scrupos et latrunculos. Assentit vera. Tart.

(151) Sic E, I. Aliter H, J, et forte melius : Familiarius-accedendo-ad *uxorem. *Ibid.* Illud est amare voluptatem.

*negligere patris *et* matris° alimoniam, ¶ tertia *non-pietas°. Se-dando (152) aurium *et* oculorum* cupiditatibus, ° efficere-ut pater *et* mater ignominia-afficiantur, quarta *non-pietas°. Amando (153) fortitudinem, rixas, *et* iras, ° periculis-objicere patrem *et* matrem, quinta *non-pietas°. Tchang tseu *numquid* habet unum ex his *quinque*° ?

§. LVI. °Tchang tseu (154), *quia* filius, patrem *exstimulando-ad-bonum *seu* virtutem,° non mutuo (155) congruit *illi*. *Exstimulare-ad-bonum (156), *amicorum* norma *seu* munus *est*°. Τὸ patrem *et* filium *se* *exstimulare-ad-bonum, lædentium* (157) amorem maximum °(158) *est*.

§. LVII. °Tchang tseu, numquid non exoptabat ha-

(152) H : Auribus obscœnos sonos aut cantus, oculis turpes imagines admittere.

(153) Sic E et plerique interprett. H : Mencius de insana bullientis sanguinis fortitudine loquitur. *Cf. t.* I, *c.* I, *not.* 47. — Utraque vers. Tart. interpretatur *young*, vires exerere.

(154) C, J : *Tchang-tseu*, licet horum quinque vitiorum immunis, ista non-pietatis fama notatus est, quia...

(155) H, J : *Iu*, i. e. *ho* (1,136). — Sæpe adhibetur littera *siang* (*mutuo*), etiam ubi actio *mutua* non est ; eam ab altero in alterum exerceri sufficit. — Mencius hic de filio patrem admonente, redarguente, loquitur (H).

(156) Sic vers. Tart. Ut penitus intelligantur litteræ *tse-chen*, *Cf.* supra, t. I, c. II, *not.* 195.

(157) Ad verbum : beneficium. H : *'en*, innatum patris in liberos amorem, cœlitus infusam filiis pietatem indicat.

(158) I. e. Nihil patris amorem et filii pietatem magis lædit, aut exstinguit, quam si pater filium, vel filius patrem reprehendat.

bere mariti *cum* uxore, filii (159) *cum* matre° cohabitationem°? Quia **peccaverat-in-patrem, nec *ideo* poterat accedere *ad illum*, dimisit (160) uxorem, expulit filium, *atque* *usque-ad-vitæ-finem non alitus-est°. *Si* ille statuens mentem (161), *egisset non sicut illud, id tunc criminum° maximum *fuisset*°. Id (162) tunc Tchang tseu *et* nihil-amplius (163)°.

§. LVIII. *Cum* Tseng tseu degeret-in *urbe* Wou tchhing (164), existente, i. e. ingruente, *regni* Youeï prædone, quidam ait: Prædo venit; quidni abis°?

Ts. ait (165): ne ¶ collocetis homines in mea domo (166),

(159) J : Littera *tseu* (filius), viri supradicti *filium*, littera *mou* (mater), ejusdem *uxorem* indicant.

(160) J : Hæc sic intelligenda sunt : veluti se ipsum puniturus, ultro exsul a patre profugit, longeque vitam trahens, ab uxore et filiis victum accipere renuit. Quid enim (ut interpretatur Noël) uxorem missam fecisset filiumque ejecisset?

(161) H, C : Si, læsæ licet pietatis reum se agnoscens, firmo *seu* obstinato animo (*'an-sin*), victum ab uxore et filio accepisset... — *Non sicut illud*, i. e. H, I, si uxorem et filium non removisset, *vel* potius, si ab uxore et filio non secessisset.

(162) C : Id egit *Tchang-tseu* et nihil amplius.

(163) C, J : Licet illibatæ prorsus pietatis non sit, eum tamen ab iis quos vulgo pietatis transgressores vocamus, toto cœlo differre patet. Cum igitur seipsum, levis noxæ causa, tam severe punierit, nonne magis misericordia quam odio dignus est? Qua de causa amicitiam ejus discinderem?

(164) G : *Wou-tchhing*, urbs in regno *Lou.*

(165) C : *Sc.* iis quibus domûs custodiendæ cura incumbebat. — *Iu*, Gallice : *loger quelqu'un.*

(166) C : Oppidi *Wou-tchhing* præfectus *Yan* (2,583) Mencio, hospitis nomine in regno *Lou* versanti, domum docendæ sapientiæ destinatam dederat.

ne *destruant ejus (167) plantas *et* arbores. *Cum* prædo regressurus-esset, tunc ait : Reficite (168) meæ *domûs-parietes, ego *jam-jam-revertar.

Prædone regresso, Tseng tseu rediit. *Discipuli (169) dixerunt: *Cum* tractaverit, i. e. coluerit(170), *magistrum *sic, ille rectus ac-proinde urbanus *est*° ! *At vero* prædone veniente, tunc primum abire, *ac* *efficere *ut* populus (171) prospiciat; prædone regresso, tunc redire, *fortasse non decet.

Chin yeou hing (172) ait : Id non *est* quod sciatis, i. e. intelligatis°.

Olim *familia* Chin yeou *cum* haberet *seu* pateretur auferentium herbas° (173) calamitatem, *ex iis* qui sequebantur *magistrum,* septuaginta hominibus, non fuit *qui* interfuerit (174)°.

(167) Sic E, H, et utraque versio Tartarica. Noël : *ligna et trabes.*

(168) Sic A, H, I, J. Aliter E : componite, gallice : *arrangez.* Assentit vers. Tart.

(169) Sic G, H, I, J. Aliter E : magnates (*ta-fou*).

(170) J : Cum oppidi *Wou-tchhing* præfectus tanta reverentia et urbanitate magistrum prosecutus sit, hunc profecto decebat gratum illi se præbere.

(171) G : I. e. efficere ut populus ipsum fugientem respiciat atque imitetur, et sic ignavæ fugæ exemplum dare.

(172) G : Mencii discipulus.

(173) Sic ad verbum, juxta versionem Tartaricam posteriorem. Sed de *herbis auferendis* nullo modo agitur. GG : capere immensam calamitatem, dicitur *fou-thsou.* Perperam Noël : *Forte irruerunt quidam latrunculi, qui omnia resecta gramina asportarunt.* Quidam (E, H, I) litteras *fou-thsou* habent pro prædonis nomine, qui turbas ciebat, vastitatemque et stragem inferebat. Assentit versio Tart. prior.

§. LIX. *Cum* Tseu sse habitaret-in *regno* Weï, existente, i. e. ingruente, *regni* Thsi prædone, quidam ait : Prædo venit ; quidni abis* ?

Tseu sse ait : Si *ego* Ki abiero (175), princeps, *quibusnam-cum tuebitur ?

§. LX. Meng tseu ait : *Toῦ* Tseng tseu *et τoῦ* Tseu sse eadem *erat* vitæ-norma. *Cum* (176) Tseng tseu magister *esset**, pater *et* frater-major *erat*° ; *cum* Tseu sse magistratus (177) *esset**, ignobilis erat°. *Si* Tseng tseu *et* Tseu sse mutassent locum (178), tunc uterque sic, i. e. similis fuisset.

§. LXI. ¶Tchhou tseu (179) ait : Rex misit homines clam-exploraturos (180) *an* *magister revera ** differat ab *aliis* hominibus*.

(174) I. e. Qui nostræ calamitati interfuerit, atque imminentia rapinarum et cædis damna nobiscum repulerit.

(175) Sic interprett. Sinici et Tart. Perperam Noël : *Ecquis regem cum regno defendet ?* — C, I, J : Una cum rege usque ad mortem pugnando, terræ et frugum Spiritus ac populum tueri meum est. Cf. t. I, c. II, *n*. 58–59.

(176) J : Cum *Tseng-tseu* in oppido *Wou-tchhing* hospes esset, sapientiam profitebatur, quæ conditio æque nobilis est atque patris aut fratris majoris. Numquid patrem et fratrem majorem, pro liberis vel fratribus minoribus pericula adire, mortis periculum incurrere decet ?

(177) C : Magistratûs conditio (si cum paterna conferatur) valde tenuis, ac nullius fere momenti est. Imminente periculo, principis causâ vitam profundere debet.

(178) J : I. e. conditionem. Si alter in alterius conditione (i. e. si *Tseu-sse* magistratus, *Tseng-tseu* autem sapientiæ magister) fuisset..

(179) J : *Tchou-tseu*, vir e regno *Thsi*.

(180) C : Ejus oris habitum, actiones, sermones exploraturos.

Meng tseu ait : *In-quo differrem ab aliis°? *Etiam* Yao *et* Chun ad homines similes (181) *erant*°.

§. LXII. Meng tseu ait (182) : *Regni* Thsi homo (183) habebat unam uxorem-legitimam *et* unam uxorem-secundariam °quæ degebant-in *ejus* domo.

Ille *maritus *si* exiret, tunc profecto sese-explebat vino *et* carne et deinde revertebatur. *Si* ejus uxor-legitima interrogaret *de* iis-qui dederant (184) τὸ bibere *et* comedere°, tunc *aiebat* : summopere (185) divites *et* nobiles°.

Ejus uxor-legitima alloquens ejus uxorem-secundariam, ait : *Si* *maritus exeat, tunc profecto sese-explet vino *et* carne, et deinde revertitur. *Cum* interrogassem *de* iis qui dederant τὸ bibere *et* comedere, ait : Summopere divites *et* nobiles°; et-tamen nondum *fuit *ullus*

(181) J : Etiam sanctissimi imperatores *Yao* et *Chun* idem cæteris hominibus corpus, eamdem naturam sortiti sunt ; quanto magis ego exiguæ virtutis vir!

(182) Hæc addidi juxta G, qui litteras *Meng-tseu-youei* deesse censet.

(183) C : Interpres *Nan-hian-tchang* id eo tempore accidisse putat quo Mencius in regno *Thsi* versabatur ; quod mihi certo niti fundamento non videtur. Similia excogitat Mencius, quoties veritatem aliquam hominis mentibus altius imprimere vult. *Cf. l.* I, *c.* VI, §. XXVII.

(184) Sic B, C, et utraque vers. Tart. — Hic littera *iu* significat *dare*, non vero *cum*. Perperam Noël : *Quibuscum sic opipare epulatus fuisset.*

(185) Littera *thsin*, ad viros divites et nobiles non ad maritum loquentem referenda est. A, H, I : *Thsin-fou-kouei*, i. e. divitiis et nobilitate præcellentes. — Hinc litteram *thsin* superlativum gradum significare patet. Perperam Noël : *Plures proferebat... recensuit plurimos.*

* illustris (186) *qui* venerit. Ego * clam-explorabo *locos* quo * maritus ° transeat, i. e. quo vadat °.

Primo-mane surgens, furtim secuta-est * maritum° *in locos* quos petebat. ** In-toto-regno (187), non-fuit qui cum *eo* stans loqueretur. Tandem transivit-in orientale suburbium, *ubi*, * inter-sepulchra, ° *homo erat* qui faciebat-sacrificium-Tsi. Emendicavit ejus reliquias. *Cum* non satur-esset (188), iterum respexit et transivit alio. Hanc ipse *sibi* faciebat *seu* habebat se-satiandi *et* ¶ se-explendi ° normam °.

Ejus uxor-legitima reversa, alloquens ejus uxorem-secundariam, ait : ** Maritus *is erat in* quo * spem-posueramus (189) ° * ad-totam-vitam °, nunc * sic (190). Cum illa secundaria-uxore oblocuta-est suo * marito, et una fleverunt in medio conclavi. Et * maritus nondum id sciens (191) ° * læto-vultu de foris venit, *ac* se-se-jactavit (192) *ad* suam uxorem-legitimam *et* uxorem-secundariam.

§. LXIII. Ex τῷ * sapientem considerare (193) illud,

(186) H, J : i. e. vir dives et nobilis.

(187) Aliter B, J, Gallice : *il traversa le royaume.* Noël litteram *koue* urbem regiam significare putat.

(188) Juxta A, B, H, I, J, litteræ *pou-tso* non ad sacrificii reliquias, sed ad maritum referendæ sunt, ac vertendæ : *non expleri, non satiari.* Perperam Noël : *Quæ cum non suffecissent.*

(189) B, J : Maritus quem nomen sibi paraturum nostrumque columen, et præsidium tota vita fore sperabamus...

(190) J : Sic viles inter sepulcra cibos emendicat.

(191) J : Fraudem suam utrique uxori notam, easque sui causâ pudore suffusas nesciebat.

(192) J : Quasi apud viros divites et nobiles epulatus esset.

(193) Si vir (GG) sapiens attentius consideret illud, i. e. hujus hominis agendi rationem, si perpendat quibus viis nostræ ætatis

tunc, *quoad* *id-quo homines° quærunt divitias, honores, lucrum *et* promotionem°, *si* eorum *uxor-legitima *et* uxor-secundaria non erubescant° et non simul fleant *quam* *pauci *sunt*° !

homines divitias et honores quærant, profecto agnoscet perpaucos admodum esse, ne dicam nullos, quorum uxores non erubescerent, si animi abjectionem turpemque adulationem, quibus ea omnia mariti venantur, detegere, ut uxor supradicta, possent. Turpiter errat Noël, intelligens litteras *yeou-kiun-tseu-kouan-tchi* de *viris etiam honestioribus, qui honores et dignitates ambiunt,* dum contra Mencius de viro sapientiori cæterorum agendi rationem penitus pervadente et prudenter dijudicante loquitur. C : Quando stupidum vulgus aliquem divitiis aut honoribus insignem videt, splendorem ejus fortunæ vel dignitatis tantum advertit; ubi vero vir sapiens (*kiun-tseu*), recta norma instructus, puroque rationis lumine perspicax, id genus hominum considerat (*kouan tchi*), eorum opulentiam et honores turpi animi abjectione fœdissimaque assentatione esse coemptos statim agnoscit.

CAPUT III.

Tractatus Wan tchang pars prior.

§. I. Wan tchang (1) interrogans ait : *Dicitur :* « Chun (2) *quando* ibat ad agros (3), plorabat clamando ad misericors (4) Cœlum. » * Qua-de-causa clamando plorabat ° ?

Meng tseu ait : Conquerebatur (5) *et* tota-mente-cogitabat °.

§. II. ¶ Wan tchang ait : « *Si* pater *et* mater diligant

(1) *Wan tchang*, Mencii discipulus.

(2) H : Quando in monte *Li* (4,667) agros colebat, ut parentes aleret.

(3) Cum littera *iu* (ad) ad verbum *clamare* (A, B, et vers. Tart.) referatur, litteram *khi* (4,925) priore loco posui.

(4) A, I, H, J : Cœlum dicitur *min* (3,878), quia pietate protegit inferiores (i. e. homines) eorumque miseretur. *Min* (3,878) idem est ac *min* (11,664) et *min* (2,956). Aliter E : Autumnale Cœlum. Vers. Tart. : Altum Cœlum.

(5) C, B, GG : Ne dicas : *Irascebatur sibi et amabat :* in quem errorem incidit Noël. C : Cum parentum amorem non obtineret, acerbe conquerebatur ac dolebat ; cum eum obtinere quæreret (i. e. studeret), ardenter cogitabat. J : Si vero dicas : *Irascebatur sibi*, sequenti discipuli *Wan-tchang* quæstioni locus non erit.

illum, lætatur et non obliviscitur. *Si* pater *et* mater oderint illum, *licet* (6) dolorem-patiatur°, non conqueritur. »
* Si-res-ita-sit, (7) Chun conquerebatur *de illis*° !

M. ait : Tchang si *interrogans Koung ming kao ait: *Quoad* « Chun ibat in agros », tunc ego *obtinui audire *tua* documenta°. *Quoad* « *Chun* plorando clamabat ad misericors Cœlum, ad patrem *et ad* matrem », tunc (8) ego *nescio°.

Koung ming kao ait : Id (9) non *est* illud-quod tu *possis* scire, i. e. intelligere°.

° Koung ming kao (pergit Mencius) existimabat (10)

(6) A, C, I : Si eum verberibus cædant, aut ærumnis afficiant.

(7) Sic vers. Tartarica. H : *Wan-tchang*, Mencii mentem non intelligens, *Chun* de parentibus conquestum esse falso arbitratur. Perperam Noël : *Numquid ergo manifesta in patrem ira efferebat?* Particula *hou* non interrogat.

(8) Hic et plurimis locis, verba, *tunc ego nescio* (*tse-'o-pou-tchi*), nonnihil vituperii continent. H : Quasi diceret : eum de parentibus questum fuisse suspicor. *Cf. t.* I, *c.* IV, *p.* 149, *l.* 3.

(9) H : Vox *id* indicat litteras *hao* et *khi* (clamare, plorare). Sanctissimi *Chun* animi sensus non ii sunt quos tam facile scrutari et cognoscere valeas.

(10) E, J : *i* pro *i-weï* (5,595). Perperam Noël : *Videtur sapiens Kum min kao existimasse filii animum paternæ observantiæ studiosum, si in tali casu non ita se prodiisset, nimia incuria et torpore peccaturum fuisse.* Littera *kiaï* numquam significat *torpens, negligens,* sed *lætus, mœroris expers*; vid. *Khang-hi.* H : *Chun* singulis momentis parentum amorem sibi conciliare studebat. Quod cum assequi non posset, profecto ita mœroris expertem esse nequibat. Ita et B, E, I, J, GG. Quantavis auctoritate fulciatur hæc interpretatio, in litteris *weï-pou-jou-chi-kiaï* sic constructis, aliquid claudicare mihi videtur. Idem sentit B : Vulgatæ hujus loci interpretationes claritate carent. Ab illo igitur fusius explicando abstinebo, usquedum

pii filii* animum non *posse* esse *sic mœroris-expertem. (Dicebat enim) : *Dum* ego exhaurio vires *ut* excolam agros, obeo *viri* agentis filium munus (i. e. filii munus) et nihil-amplius°. *Cum* pater *et* mater° non me diligant, in me quid (criminis) *est*°?

§. III. Imperator (Yao) misit suos (11) novem filios (12) *et* duas filias, *ac jussit* centum præfectos, boves, agnos *et* *horrea complete-parari, ad serviendum Chun in (13) *agrorum* medio. *Imperii* Litterati ingenti-numero adierunt illum*.

Imperator (14) voluit (15) universe (i. e. universum)

doctior aliquis textui mendoso medelam afferat, vel perperam converso, lucem.

(11) Ad verbum : filios, novem viros.

(12) H : Misit illi suos novem filios qui res externas pro eo administrarent, uxores (*Cf.* *t.* II, *c.* I, *not.* 228) commisit illi duas filias quæ res (i. e. domesticas) curarent, addixit illi centum præfectos qui omnia (C) ejus mandata exsequerentur, tradidit illi horrea milio referta, etc.

(13) Perperam Noël : *Dum Chun inter aratra et jugerum sulcos adhuc versabatur agricola, Imperator...* C : *Meng-tseu* non loquitur de tempore quo *Chun* agros in monte *Li* excolebat. *Chun*, quando hæc ab *Yao* accepit, jam ad honores evectus, sublimi officio fungebatur. Mencius sic loquitur quia *Chun* e mediis agris modo venerat *seu* exsurrexerat.

(14) GG : *Chun*, viginti annos natus, sua in parentes pietate inclaruit. Ubi trigesimum attigit annum, *Yao* Imperator eum, commendantibus quatuor *Yo* (2,294) magistratibus, publicæ administrationi admovit.

(15) Sic A et vers. Tart. Aliter J et nonnulli interpretes nequaquam spernendi : *Siu*, est eum efficere ministrum, seu vicariæ imperii administrationi admovere; *thsian*, est eum summa potestate induere. — Hunc sensum prædicti interpretes afferunt, quod litteram *siu* (simul) tam late patere volunt quam littera *siang* (6,597) quæ gnisificat *simul*, et *adjuvare*, *ministrum agere*.

*imperium° transferre-in eum°. Quia non obtinebat-obsequium (16) a *parentibus, *erat* tanquam pauper homo non-habens quo (17) innitatur.

§. IV. ¶ Τὸ *imperii Litteratos° (18) lætari°, *est* id-quod homines° exoptant°; et-tamen non sufficiebat ad resolvendum°, i. e. leniendum, *ejus* (19) mœrorem. Formosæ° (puellæ) voluptas (20) *est* id-quod homines° exoptant. *Accepit-uxores imperatoris° duas filias, atque *id* non sufficiebat ad leniendum *ejus* mœrorem. Divitiæ *sunt* id-quod homines° exoptant : *quoad* (21) divitias, habuit *impe-

(16) Littera *chun* passive intelligi debet : Gallice : *être obéi de*. A, C : Non poterat parentes (patrem hebetem, matrem fraudulentam) rectam virtutis normam docere, ac efficere ut eorum cor obtemperaret et non repugnaret. — Aliter E : *chun-iu-thsin*, amari (*'aï*; 2,968) a parentibus.

(17) Sic I et vers. Tart. I. e. vir omni patrocinio, columine carens. Aliter E : *koueï*, i. e. *wang* (2,678) ire ; *sc.* qui nescit quo se vertat.

(18) C, H : Lætari idem innuit ac supra *tsieou, adierunt illum* (§. III, *lin.* 4); qui *lætantur* (litterati) debent *adire; qui adeunt, lætari.*

(19) Ad verbum : τὸ ejus mœrere. H : Mœrorem quem, parentibus ejus de colenda virtute consilia respuentibus, persentiebat.

(20) Sic ad verbum A. E : *hao-se*, i. e. eximiæ pulchritudinis puella. Littera *se* pro *femina* quandoque accipitur. Morrison, *Chin. dict. part.* I, *rad.* 139 : *Cheou-ki-sse, feï-ki-tche, hieou-in* (2,101-2,394-8,806-12,032-2,394-8,284-136-5,056), custodi tuas feminas; eas quæ tuæ non sunt, ne corrumpas. Hæc littera proprie significat *vultûs color*, deinde *pulchritudo*, ac tandem (ut hic loci) *voluptas*; *hao-se*, voluptas ex pulchræ puellæ conjugio (J). Inde viri venereis rebus dediti vocantur *tao-theou* (740-12,221), μαχαιροκέφαλοι (*knife-headed*), quia apex litteræ *se* (voluptas) ex littera (740) *tao* (culter), constare perhibetur.

(21) Gallice : *En fait de richesses*.

rium, atque *id* non sufficiebat ad leniendum *ejus* mœrorem. Honores *sunt* id-quod homines ° exoptant : *quoad* honores, fuit *imperator, atque *id* non sufficiebat ad leniendum *ejus* mœrorem. τὸ homines lætari°, *formosæ (puellæ) voluptas, divitiæ *et* honores non sufficiebant ad leniendum *ejus* mœrorem°. Solummodo τὸ obtinere-obsequium (21*) a *parentibus *potuisset lenire *ejus* mœrorem.

§. V. Homo *quando* parvulus *est*, tunc amat patrem *et* matrem; *ubi* scit amare voluptatem, tunc amat (22) adolescentem pulchram; *quando* habet uxorem *et* liberos, tunc amat (23) uxorem *et* liberos; *quando* magistratum-gerit, tunc amat principem. *Si* non obtineat *gratiam* a principe, tunc fervet (24) intus.

Vir magnopere (25) pius *usque-ad-vitæ-finem amat patrem *et* matrem. τὸ *usque ad* *quinquaginta *annos* ° amasse° (parentes), ego in magno Chun vidi illud °.

§. VI. Wan tchang interrogans ait: Carminum *liber* (26) ait : « *Quando* (vir) *ducit-uxorem, **quomodo? Debet monere patrem *et* matrem. » *Quoad* τὸ fideliter-exsequi (27)

(21*) Vide supra, not. 16.

(22) Sic (A) ad verbum ; i. e. formosam puellam.

(23) Sic H et plerique interprett. Noël litteram *tsi-tseu* male vertit *uxorem*.

(24) A, animo fervet, curis et anxietate hinc et inde agitatur. Aliter E : in medio corde timet, pavescit.

(25) H : Indicat *Chun*.

(26) H : Liber Carminum, tom. *Koue-foung* (1,539-12,271), od. *Nan-chan* (1,010-2,275).

(27) C : *sin*, verum-facere, Gall. *réaliser*. Aliter E : *sin*, i. e. *ho*

hæc ¶ verba°, videtur neminem æquare Chun. Chun °non monuit et uxorem-duxit : Quomodo°?

Meng tseu ait : *Si* monuisset, tunc non potuisset uxorem-ducere. Τὸ virum *et* feminam *matrimonio-conjungi, hominis° maximus (28) ordo *est*°. Si monuisset, tunc deseruisset, i. e. violasset hominis °maximum (29), ordinem, *ac* inde ad-odium-provocasset (30) patrem *et* matrem. *Ideo non monuit°.

§. VII. Wan tchang ait : *Quoad* « Chun° non monuit et uxorem-duxit », tunc ego *obtinui audire *tua* documenta°. Τὸ imperatorem° uxores-dedisse *ad* Chun et non monuisse, quomodo°?

M. ait : Imperator etiam sciebat, *se*, *si* moneret°, tunc non obtenturum (31) *illi* uxores-dare°.

§. VIII. Wan tchang ait : *Cum* (32) pater *et* mater jussissent Chun conficere horreum, sublatis scalis, Kou seou ignem-subjecit horreo (33). *Cum* jussissent effodere

(136), congruere cum, se conformare ad. J : Neminem melius quam *Chun* hoc præceptum perfecte exsequi potuisse mihi videtur.

(28) Quinque hominum societatis graduum (*lun*, 310) primus, excellentissimus.

(29) J : Si parentes monuisset, ii vero ipsi non annuissent, *Chun* parentum voluntatem transgredi non sustinuisset, nec *Yao* eum invitum cum filiis matrimonio jungere. Cf. supra, *t.* II, *c.* I, *not.* 128.

(30) C : Eos enim sine posteris relinquendo, seriem nepotum, qui parentalia sacrificia majoribus defunctis perpetuo offerrent, penitus abrupisset.

(31) Melius Græce : Οὐ δυνήσεσθαι, *qu'il ne pourrait pas.*

(32) GG : Tota hæc res pro mero commento habenda. *Wan-tchang* eam, per vulgi ora sparsam ac auditu acceptam, refert.

(33) G : Ope duarum trabecularum (Noël : et fune stramineo) corpus demittens, salvus evasit.

puteum, (34) exiit. *Statim operuerunt (35) illum.

Siang (36) ait: τὸ operuisse imperialis-palatii (37) principem, totum (38) meum meritum *est*. *Ejus* boves *et* agni patri *et* matri *cedent*, horrea *et* granaria patri *et* matri; clypeus *et* lancea mihi; cithara mihi, cælatus-arcus mihi; ambas fratris-uxores jubeo (39) ornare meum ¶ lectum.

Cum Siang veniens ingressus-esset (40) *fratris* Chun domum, Chun insidebat lecto pulsans citharam.

Siang ait: *Anxio-et-sollicito-animo (41) cogitabam-de principe, i. e. te*. *Mox* *toto-vultu-erubuit. Chun ait: *hanc *præfectorum-multitudinem (42) *tu-ipse pro me regas *velim*.

*Nescio *an* Chun *ignoraret Siang° voluisse-occidere ipsum°?

M. ait: Quomodo° *id** ignorasset*? Siang mœrente,

(34) II, G: Per lateralem cuniculum quem imo in puteo aperuerat, feliciter effugit.

(35) G: Dejecta terra, puteum oppleverunt.

(36) E: *Siang*, frater minor, alia matre genitus.

(37) E: *Chun* primo anno (a relicta agrorum cultura) matrimonium iniit, secundo, urbem condidit, tertio, imperiale palatium. Ideo dicitur *tou-kiun*. Perperam Noël: *In medio putei totam urbem et palatium imperiale abscondi*.

(38) Solus hoc consilium suggessi, omnis gloria, omne meritum ad me redundat.

(39) C, H, I, eas sibi uxores adsciscere vult.

(40) H: Ut sibi nimirum omnem fratris supellectilem nec non duas uxores vindicaret.

(41) H: *Yo-tao*, de eo dicitur qui totus alta in cogitatione defixus, vix respirare potest; metaphora translata a figulis (*tao*) qui, in officinis suis, fumo vexati, non nisi ægre spiritum ducunt. Eorum enim anhelitus stipatur (*yo*) ac fere impeditur.

(42) A: Intelligit centum præfectos de quibus supra, §. III, *not.* 12.

etiam mœrebat, Siang lætante (43), etiam lætabatur.

§. IX. *W.* ait : *Si-ita-sit, *numquid* Chun simulando, i. e. ficte, lætatus-est°°?

M. ait : Minime. *Olim fuerant dono-dati vivi pisces ad *regni* (44) Tchhing (præfectum) Tseu tchhan. Tseu tchhan jussit *piscinæ-custodes alere illos *in* lacu. *Piscinæ-custodes coxerunt illos. Referentes jussum, i. e. nuntium, dixerunt : *Cum* primum demisimus illos, **torpidi-et-pigri° *erant*; mox, tunc **expediti-et-alacres°; *tandem* *læte° procul-abierunt.

Tseu tchhan ait : Obtinuerunt suum locum°! obtinuenuerunt suum locum°!

Cum *piscinæ-custodes exiissent, dixerunt : Quisnam dicet *illum* Tseu tchhan prudentem? Nos postquam coximus et comedimus illos, ait : Obtinuerunt suum locum°! obtinuerunt suum locum°! »

Ideo ¶ *sapiens potest decipi in rebus verisimilibus (45); difficile decipitur in rebus non verisimilibus. Ille (Siang) cum amantis fratrem-majorem° ratione, i. e. specie, venerat, ideo vere fidem-habuit et lætatus-est°; quain-re simulavit°?

§. X. Wan tchang interrogans ait : Siang quotidie ex

(43) C : Litteræ *yo-tao*, quæ sollicitam animi cogitationem exprimunt, fratris minoris (*siang*) lætitiam; verba « *hanc præfectorum multitudinem*, etc. » fratris majoris (*Chun*) gaudium indicant.

(44) Perperam Noël : Viro *Chim* (leg. *tching*) *tsu chan*. — Hoc regnum *Tching*, apud Mencium non semel laudatur. E : idem *tseu-tchhan*, dicitur *koung-sun-siang* (6,12-2,077-9,806).

(45) E : *Fang*, i. e. *louï* (12,257) ; littera *tao* (vid. infra), idem significat. — A, B, C, G, H, J : *fang*, id quod est (vel videtur) rationi consentaneum. I. *fang* et *tao* significant *li* (5,936), rationem.

τῷ occidere Chun faciebat *suum* negotium (46). *Ubi Chun* *constitutus-fuit (47) *imperator, tunc, τὸ relegasse illum, quomodo°?

M. ait : Regulum-fecit illum°. Aliqui dixerunt (Chun) relegasse *illum*°.

§. XI. Wan tchang ait : Chun amandavit Kong koung (i. e. publicorum-operum-præsidem) in Yeou tchheou (48); relegavit Houan teou in Tsoun gchan; peremit (49) San miao in San weï; (50) plectit Kouen (51) in Iu chan. Quatuor castigatis (52), *imperium universum se-subjecit, *quia* punierat *viros* *inhumanos°. Siang maxime *inhumanus *erat; ut* regulum-constituerit illum *in regno* Yeou pi, *regni* Yeou pi° homines *quid-criminis *admiserant*°? *Numquid* humanus vir vere *sic *agit*°? Quod-spectat alios homines, tunc plectit illos; quod-spectat fratrem-minorem, tunc regulum-constituit illum.

(46) I. e. id unice singulis momentis cogitabat, meditabatur. J : Horrei incendium et putei effossionem indicat. Vid. supra, §. VIII.

(47) J : Quando jus vitæ et necis habebat.

(48) J : Hi quatuor loci in regionibus ad extremum imperii Sinensis confinium positis, atque ab imperiali territorio quatuor mille *li* remotis, jacent. Regio *Yeou-tchheou* ad aquilonem, montes *Tsoung-chan* ad meridiem, *San-weï* ad occidentem, et *Iu-chan* ad orientem siti sunt.

(49) C, J : Rebellem regni *San-miao* principem.

(50) Sic B, G. Perperam Noël : *Trucidavit.* C, illum carcere inclusit et ærumnis conflictavit; errant qui litteram *ki* interpretantur *cha* (4,753) occidere.

(51) H : *Kouen,* pater imperatoris *Yu* (7,106) qui diluvii aquas male deduxerat.

(52) A, I : Littera *tsouï* (crimen) verbi loco accipitur, *sc.* aliquem tanquam-criminis-reum-tractare, plectere (GG). A : Istos quatuor homines castigavit (*tsouï*). Aliter B, C : Statuit de horum quatuor (*sse*) scelestorum criminibus (*tsouï*), i. e. illos debita pœna affecit.

M. ait : Humanus vir °erga fratrem-minorem°, non occultat iram°; non fovet odium°. Diligit *et* ¶ amat illum, et nihil-amplius°.

§. XII. *Quia* diligit illum, cupit illum honoribus-insignem *esse*°; *quia* amat illum, cupit illum divitem *esse*°. *Sic* (Chun) regulum-constituendo illum *in regno* Yeou pi, ditavit *et* honoribus-insignivit illum°. *Si dum* ipse erat *imperator, frater-minor fuisset *privatus-homo, *numquid* posset dici dilexisse *et* amavisse illum°?

§. XIII. *W.* Ausim interrogare : Quidam dixerunt « *Relegavit *illum.* » *Hoc* quid significat°?

M. ait : Siang non poterat (53) *summa-potestate-uti in hoc regno. *Imperator jussit præfectum administrare hoc regnum et exigere ejus *vectigalia°. Ideo dictus-est illum relegasse. Quomodo (Siang) poterat opprimere hujus *regni* populum°? \Quamvis-ita-sit, (Chun) cupiebat *assidue* videre illum; ideo (Siang) *indesinenter* veniebat. « Non (54) exspectans tributum-accipiendi *tempus*, (55) *neque*·propter administrationis *ne-*

53) C : Jus vitæ et necis, dandi et auferendi potestatem intelligit.

(54) E : Verba hæc ex capite libri *Chou-king*, nunc deperdito, deprompsit.

(55) Clientelares principes, singuli sexto quoque anno, imperatorem, administrationis suæ rationem reddituri ac vectigal soluturi, adibant. Perperam Noël : *Sed quotiescumque sese offerebat occasio aut negotium.* C : Littera *pou* (non) ad duas simul phrases refertur. — Juxta hunc interpretem addidi *neque*, quæ quidem vox loco multam lucem affert, et ineptum sensum tollit. Repugnat enim *Siang* negotii causa adire *Chun*, qui fratrem minorem omni negotio vacuum cunctisque impedimentis liberum esse voluerat, ut eum frequentius exciperet.

gotia * excipiebat (56) Yeou pi. Hic *locus* (57) illud significat °.

§. XIV. Hian khieou meng (57ᵃ) interrogans ait: (Vetus) sermo ait: Egregii *et* virtute-præditi ° Litterati principem non possunt * efficere-subditum (58); patrem non possunt * efficere-filium. (Tamen) *quando* Chun (59), * vultu-ad-austrum-converso °, stabat, Yao ducens * regulos * vultu-ad-septentrionem-converso (60) °, honorem-exhibebat (61) ¶ illi; Kou seou etiam, * vultu-ad-septentrionem-converso °, honorem-exhibebat (62) illi. Chun videns Kou seou:

(56) I. e. regni *Yeou-pi* regulum.

(57) Vox *illud* indicat litteras *tchhang-tchhang* (assidue) et *youan-youan* (indesinenter). Vid. supra, §. XIII, *lin.* 8.

(57ᵃ) E: *Hian-khieou-meng*, Mencii discipulus.

(58) Sic septem interpretes Sinici (excepto E) et utraque vers. Tart. Perperam Noël: *Passim aiunt longo usu esse probatum, quod eximiæ virtutis vir nec possit erga Regem, ut subditum, nec erga patrem, ut filium decet, se gerere.* Litteræ *tchhin* et *tseu* significant: aliquem *tanquam subditum, tanquam filium habere, tractare.* C: Litteratus virtute licet principem superet, principem revereri tenetur, nec potest eum facere (i. e. tractare tanquam) subditum; virtute licet patrem præstet, patrem revereri tenetur, nec potest eum facere (i. e. tractare tanquam) filium. *Ibid.* Inde patet virtutem dignitati cedere. — Eo magis doctum Noël tam graviter errasse miror, quod infra (§. 16) eumdem locum optime verterit: *Cur Chun numquam imperatorem Yao ceu subditum habuerit, probe intelligo...*

(59) J: *Nan-mian*, principis sedes, dum, solio subnixus, administrandis imperii rebus solemniter præest.

(60) J: *Pe-mian*, subditi (clientelam imperatori profitentis) sedes. Id erat principem suum in subditi loco habere.

(61) G, GG: Vivente *Yao, Chun* imperatoris solium nondum conscenderat, sed imperium tantum vicarius gubernabat. Quomodo igitur imperator *Yao* subdito suo *Chun*, honorem exhibuisset?

(62) J: Id etiam erat patrem suum in subditi loco habere.

ejus vultus *contrahebatur, i. e. conturbabatur. *Confucius (63) ait : « In hoc tempore°, *imperium periclitans* (64) *situm-fuit-in-extremo° » ! *Nescio *an* hic sermo verus *sit nec ne*°°° ?

M. ait : Minime. Hic non *est* *sapientis* sermo. *Regni* Thsi orientalium agrorum (65) hominis° sermo *est*°.

§. XV. *Ubi* Yao consenuit°, Chun vicariam-administrationem-suscepit°. Yao tian (66) ait : *Cum post* (67) *viginti et octo annos, (68) Fang hioung° (69)* diem-obiisset, (70) centum familiæ quasi parentassent patri-defuncto *aut* matri-defunctæ, (eum luxerunt) tribus annis (71), *et*

(63) B : Hoc dictum, ut permulta id genus, Confucio falso adscribitur.

(64) J : Littera *taï* et litteræ *ki-ki* pariter significant *weï* (1,033), periculum, periculis obnoxium, periclitari.

(65) B : Hominem intelligit in agris, ad orientale regni *Thsi* confinium sitis, degentem.

(66) Annalium imperialium libri caput, sic dictum quia imperatoris *Yao* leges (*tian*) continet.

(67) I : *Chun* per octo et viginti annos imperatoris vice rerum summam administravit.

(68) J : *Yao* cognomine dictus *Fang-hioung*, i. e. vir immensis meritis clarus.

(69) J : *Thsou*, i. e. ascendere ; *lo*, i. e. descendere. Quando morimur, purior materia (anima) in cœlum ascendit, impurior materia (corpus, E) in terram descendit.

(70) Perperam Noël : *omnes populi.* B, C, I, H, J : Litteræ *pesing* hic et in superioribus capitibus, (GG) imperialis tantum territorii, centum *li* complectentis, populum indicant. GG : Licet cæterarum imperii partium populi per tres annos luctum non servarint, musicis tamen concentibus sese oblectare non sustinuerunt.

(71) Sic B, I, J. C vero litteras *san-nian* (tribus annis) refert ad phrasim sq. *sse-haï* (quatuor maria).

quatuor marium *accolæ* cohibuerunt *et* silentes-tenuerunt octo sonos. »

Confucius ait: Cœlum non-habet duos soles; populus (72) non-habet duos imperatores. *Si* Chun (73) * factus * imperator°, adhuc, ducens * regulos°, fecit *imperatori* Yao (74) trium annorum luctum, tunc duo * imperatores *fuerunt*°.

§. XVI. Hian khieou meng ait: *Quoad* τὸ Chun° non fecisse-subditum (75) Yao, tunc ego * obtinui audire *tua* documenta*. (76) Carminum (77) *liber* ait: « ¶ *Si* pervadas (78) ** imperium, nulla non *est* imperatoris terra; *si* sequaris terræ° ripas, nullus non *est* imperatori subditus. » Nunc Chun * ubi-fuit * imperator°, ausim interrogare: τὸ (79) Kou seou° non *fuisse* subditum, * Quomodo?

(72) I. e. non potest habere.

(73) J: Si, *Yao* nondum e vivis sublato, *Chun* imperator factus,..

(74) J: Cum ob defunctum *Yao* trium annorum luctum observari jusserit, patet eum habuisse *Yao* tanquam imperatorem.

(75) I. e. non habuisse, non tractavisse tanquam subditum. J: *Chun*, nonnisi post *Yao* defunctum, imperatorio solio insedisse, ex tuis verbis probe intelligo.

(76) J: Sed circa id quod dixisti, « *Chun* non habuisse patrem ut subditum », dubius adhuc hæreo.

(77) A: Liber Carminum, tom. *Siao-ya*, od. *Pe-chan* (953-2,275).

(78) B: Si percurras omnes oras, omnes regiones quas maria ambiunt, i. e. universum imperium.

(79) J: Quando, defuncto *Yao*, imperii habenas capessivit, nulla (C) erat regio, nullus populus, nullus homo qui imperatoris potestati non subjaceret. Licet igitur *Kou-seou* ejus pater esset, cum intra imperatoris terras degeret, eum imperatori subditum fuisse necesse est.

M. ait : Hi versus (80)° non illud° dicunt°. *Viri* operose-laborantes circa imperatoris negotia et non obtinentes (81) alere patrem *et* matrem (illos composuerunt)°; *quasi* dicerent : *in* his (82) nullum non *est* imperatoris negotium (83); nos (84) *vero* solum, ingenio-præditi, defatigamur°.

§. XVII. Ideo qui explicat versus, non *debet*, adhærendo (85) *uni* litteræ, nocere *uni* phrasi (86); non *debet*, adhærendo *uni* phrasi, nocere (87) menti. *Si* utens *sua* cogitatione, obviam-eat (88) menti, tunc *assequitur (89) illam. Si adhæreas phrasi *seu* nudis verbis, et nihil-

(80) C : Hic libri Carminum locus non ait imperatorem potuisse patrem suum in subditi loco habere.

(81) Gall. *Ne pouvant pas.* A : Præfecti qui in bellicis expeditionibus procul occupati, urgente rerum pro imperatore gerendarum necessitate, domum repetere nequibant.

(82) A : In his quæ agimus...

(83) A : Quicumque igitur intra imperatoris terras degunt, ac proinde illi, tanquam subditi parent, eosdem ac nos labores sustinere tenentur.

(84) B : Quare nos solos imperator, utpote prudentia et ingenio meliores, tanto labore defatigat? Nonne permulti alii idem præstare possunt et debent?

(85) Sic C : Duæ litteræ *i* (115) quæ laudati carminis initio occurrunt idem sonant ac *ní* (4,926).

(86) Sic C et alii multi.

(87) C : Littera *tchi*, poetæ vel auctoris mentem, littera *i* lectoris seu interpretis judicium significat.

(88) C, E : Auctoris mentem, juxta sani judicii leges e verbis elicere, eamque molliter interpretando assequi conandum est, quoties, ad verbum nimis exiliter accepta, rectæ rationi repugnat.

(89) Aliter H, tunc censetur obtinere (*v. Tart.* obtinuisse) illam.

(90) Supple : multa in libris absurde scripta tibi videbuntur.

amplius (90)°; v. g. : *odæ* Yun han ° (91) versus aiunt : « *Ex familiæ* Tcheou reliquo nigricomo populo, non existit unicus superstes (92). » *Si* fidem-adhibeas his verbis°, tunc *in* Tcheou non-est superstes populus°!

§. XVIII. *Pietatis° cumulus : nihil majus quam honore-afficere parentes (93). Honore-afficiendi parentes° cumulus : nihil majus quam ex *imperio alere. *Cum* esset *imperatoris pater, (94) *id τῶ* honorasse° cumulus *est°*. *Cum* ex *imperio (95) aluerit, *id τῶ* aluisse° cumulus *est°*.

¶ Carminum (96) *liber* ait : (Chun) assidue (97) cogitabat τὸ pium-esse°; *quoad τὸ* pium-esse°,° exemplum *fuit*. Hæc illud (98) dicunt°.

§. XIX. Chou *king* (99) ait : « *Quoties*, °reverenter ser-

(91) A : Liber Carminum, tom. *Ta-ya*, od. *Yun-han* (11,952-5,201).

(92) Inde sequeretur ne unum quidem ex populo familiæ *Tcheou* (1,187) hominem evasisse salvum. Quod quidem falsum est. E : Poeta hyperbolice sic loquitur, ut immensam hominum multitudinem fame periisse innuat.

(93) Quasi diceret : Cumulatam pietatem assequendi via est...

(94) J : Supple : et *Chun* eum, ut patrem, honore afficeret.

(95) H : Immensis imperii reditibus patrem aluit.

(96) J : Liber Carminum, tom. *Ta-ya*, od. *Hia-wou* (8-4,658).

(97) Sic A, B. Aliter vers. Tart. utraque : Assidue cogita τὸ pium-esse. Aliter C, G, I, H, J : Si quis homo cogitet, etc. — Littera *sse* est particula auxiliaris.

(98) J : Hæc carmina significant *Chun* perfectissimam patrem honorandi et alendi rationem attigisse. Quomodo vir qui omnes virtutis numeros ita impleverat, patrem tanquam subditum habere potuisset?

viens, invisebat Kou seou, *venerabundus *et** tremebundus *erat*. Kou seou etiam vere (100) obsecutus-est° (101). » Illud est (102) « patrem non potest *efficere-filium° ».

§. XX. Wan tchang ait: (103) τὸ (imperatorem) Yao ex *imperio donasse Chun, *est-ne *verum*° ?

Meng tseu ait : Minime. *Imperator non potest ex *imperio donare hominem.

W. ait : *Quamvis-ita-sit, Chun habuit *imperium°; quisnam dedit illi ?

M. ait : Cœlum dedit illi.

§. XXI. *W.* *Quoad* τὸ Cœlum dedit illi°, *numquid* ** clare-loquendo mandatum-dedit illi° ?

M. ait : Minime. Cœlum non loquitur. Per (104) actiones et res significat illud, et nihil-amplius°.

(99) J : *Chou-king*, cap. *Ta-yu-mo* (1,797-7,106-10,210).

(100) Sic vers. Tart. Aliter C : *Kou-seou* filium suum *Chun* magna pietate præditum esse credidit (*sin*). Aliter Noël : *Monitis filii fidem dare* (*sin*).

(101) C : I. e. filii de colenda virtute consilia secutus est, et prisca sævitate in lenitudinem feliciter conversa, sensus vere paternos erga filium induit.

(102) Illud confirmat quod prius (vid. §. XIV) dicebam, scilicet, etc.

(103) I. e. imperatorem *Yao* ministro *Chun* imperium dedisse.

(104) C : Littera *hing*, privatas alicujus actiones significat; littera *sse*, res in gubernando populo gestas. Cœlum, privatis ejus virtutibus vim populis convertendis idoneam, rebus gestis felicem exitum semper dando, voluntatem suam patefecit. Perperam Noël : *Ob eximias virtutes et præclare gesta quibus ornatus erat*. *I* non significat ob (*à cause, en considération de*), sed per (*par le moyen de*).

§. XXII. *W*. ait : τὸ per actiones et res significat illud *, ** quomodo ?

M. ait : * Imperator potest (tantum) proponere hominem (105) ad ¶ Cœlum, non potest jubere *ut* Cœlum det illi * imperium. * Regulus potest proponere hominem ad * imperatorem ; non potest jubere *ut* * imperator det illi * reguli-dignitatem. * Primarius-præfectus potest proponere hominem ad * regulum, non potest jubere *ut* * regulus det illi * primarii-præfecti-dignitatem.

* Olim Yao proposuit Chun ad Cœlum (106), et Cœlum accepit illum. Illustrem-exhibuit illum (107) ad populum, et populus accepit illum. Ideo dicebam : Cœlum non loquitur ; per actiones et res significat illud, et nihil-amplius *.

§. XXIII. *W*. ait : Ausim interrogare : *per* « proposuit illum ad Cœlum et Cœlum accepit illum ; illustrem-exhibuit illum ad populum, et populus accepit illum (108) », (109) * quid (intelligis) ?

M. ait : Jussit illum præesse (110) offerendis-sacrificiis,

(105) H : I. e. virum sapientem qui sibi succedat.

(106) C : Ministri *Chun* privata agendi ratio nec non res publice gestæ Cœlo placuerunt.

(107) H : Ministri *Chun* virtutem populo conspicuam reddidit, ejusque tum privatæ actiones, tum publica gesta omnium animis placuerunt.

(108) I : Loquitur de sacrificiis quæ offerebantur supremo cœli domino, sex rebus venerabilibus, (*sc.* frigori, calori, soli, lunæ, stellis et siccitati) et montium ac fluminum Spiritibus. C : Illud est « Eum proposuit Cœlo ».

(109) C : Quibus signis Cœli voluntas emicuit?

(110) J : *v. g.* Juxta litantium vota, opportuno tempore secundi venti flaverunt, fœcundæ pluviæ deciderunt, etc.

et centum spiritus grata-habuerunt° (sacrificia). *Illud* est : Cœlum accepit illum. Jussit illum præesse (publicis) rebus, et, rebus *ab eo* optime-administratis, centum familiæ (111) tranquillæ-fuerunt°. *Illud* est : ¶ populus accepit illum°. *Sic* Cœlum dedit illi, homines dederunt illi. Ideo dicebam : *Imperator non potest ex *imperio donare hominem.

§. XXIV. ¶ Chun adjuvit (112) Yao* viginti et octo annos; *id* non *est* quod homo° potuerit facere°; Cœlum° (113) *est*.

Cum Yao obiisset, trium annorum °luctu absoluto, Chun (114) secessit-a τοῦ Yao° filio in (115) australis fluvii° australem-partem. *Imperii* reguli qui vere-invisuri *et* in-autumno-invisuri *veniebant*, non adibant τοῦ Yao °filium, sed adibant Chun. Litigantes *et* accusantes° (116), non adibant τοῦ Yao° filium, sed adibant

(111) Sic vers. Tart. C : Eo administrante, pace fruitæ sunt. Idem interpres : Littera *'an* hic idem sonat ac *fo* (4,034), parere, obs equi

(112) Littera *siang* (adjuvare), hic et infra alicujus *ministrum-agere* significat.

(113) I : Poterat quidem eum in ministrum eligere, sed efficere nequibat ut tandiu (*sc.* 28 annos) in dignitate permaneret.

(114) A, J : Cum *Than-tchou* (34,4066) legitimus esset throni hæres, illi *Chun* imperium relinquens, se recepit in.. — Quandiu (C) funereis rebus parentalique luctui vacavit *Than-tchou*, vicariam imperii administrationem tenuit *Chun*, sed luctu peracto..

(115) C : *Nan-ho* (australis fluvius), sic dictus quia ad meridianam partem urbis imperialis *Ki-tchheou* (624,2381) fluit. Hujus (*sc.* crocei fluvii) pars meridiana est *Iu-tchheou* (10,365-2,381).

(116) Tart. interpres, transpositis litteris *soung-yo*, vertit : accusantes et litigantes. *Khang-hi* : pecuniæ vel opum litem agere, dicitur *soung*; de criminosa causa jure contendere, dicitur *yo*. Alii interprett. litteras *soung-yo* de iisdem viris intelligunt : viri (I) agentes suam nondum diremptam criminis-litem.

Chun. Qui (heroïcas virtutes) carmine-laudabant (117) *et* canebant, non carmine-laudabant *nec* canebant τοῦ Yao° filium, sed carmine-laudabant *et* canebant Chun. Ideo dixi : Cœlum (118) *est*°. °*Posthæc (119)° transivit in medii regnum *et* conscendit *imperatoris solium°. *Si* (120) habitans τοῦ Yao° palatium, ursisset τοῦ Yao° filium, *id* fuisset τὸ usurpasse°, non τὸ Cœlum dedisse°.

§. XXV. Thaï chi (121) ait : Cœlum videt; per mei populi *oculos* videt. Cœlum audit; per mei populi *aures* audit. Hæc illud (122) dicunt°.

§. XXVI. ¶ Wan tchang interrogans ait : Homines *dicunt : « Usque ad Iu (123)°, virtute (124) debilitata, non

(117) Sic vers. Tart.

(118) I. e. Id a Cœlo provenit.

(119) C : Deinde, populis omnibus ad eum certatim confluentibus, ex australis fluvii (*vid. n.* 115) meridiana parte, in medii regnum, quasi coactus, transiit, ut imperiali solio consideret. Quamvis ardentibus universi imperii votis responderet, revera tamen Cœli voluntati obsequebatur.

(120) C : Si antea se in meridianam crocei fluvii partem non recepisset, si non exspectans donec omnium votis ad solium capessendum vocaretur, in imperatoris *Yao* palatio substitisset, et sic legitimo hæredi vim quasi intulisset, nonne imperium magis usurpasse quam a Cœlo accepisse censeretur?

(121) *Thaï-chi*, Annalium imperialium caput.

(122) Festinus universi populi ad eum concursus, id quod modo dicebam, *sc.* Cœlum dedisse illi imperium, clare indicat.

(123) Supple : Sapientes ministri, non filii, imperii habenas susceperunt. C : *Yao* et *Chun* insigni virtute claruerunt; ideo, propriæ utilitatis obliti, filiosque degeneres a solii hæreditate excludentes, imperium ministris (*Yao*, ministro *Chun*, *Chun*, ministro *Iu*) tradiderunt.

transmisit ad sapientem, sed transmisit ad filium »; *est-ne *verum?*

M. ait : Minime; non ita *est*°. *Si* Cœlum (125) det sapienti, tunc dat sapienti; *si* Cœlum det filio, tunc dat filio.

§. XXVII. *Olim Chun proposuit (126) Iu ad Cœlum. **Decimo-septimo anno (126ᵃ), Chun obiit. Trium annorum °luctu peracto, Iu secessit-a τοῦ Chun° filio (127) *in regionem* Yang tchhing. *Imperii °populi secuti-sunt illum, veluti post Yao defunctum°, non secuti-erant τοῦ Yao° filium, sed secuti-erant Chun°.

Iu proposuit I ad Cœlum. Septimo anno (128), Iu diem-obiit. Trium annorum °luctu peracto, I (129) secessit-a τοῦ Iu° filio in *montis* (130) Ki chan° septentriona-

(124) C : Sed *Iu*, imperatoribus *Yao* et *Chun* virtute ac sapientia valde inferior, propriæ familiæ, non imperii utilitatem respexit, ideoque etc.

(125) C : Si Cœlum, populos sapientis amore captos ad eum certatim concurrere jubens, imperium se illi dare velle ostendat, tunc imperator Cœlo obsequitur, et..

(126) J : Proposuit, i. e. eum in ministrum elegit.

(126ᵃ) Sic vers. Tart. *sc.* Ex quo *Iu* ministri partes obibat... J hæc cum præcedentibus conjungit : Cum per septemdecim annos illum habuisset ministrum.

(127) J : Nomine *Chang-kiun* (1,299-1,563). — Longe recessit ut legitimo hæredi imperium cederet.

(128) Sic vers. Tart. C et J, ut supra, hæc cum præcedentibus connectunt : Postquam illum septemdecim annis habuisset ministrum. A : Sed tempore τοῦ *Iu* et *I*, idem non accidit, i. e. non ministris, ut prius, sed filio adhæserunt populi, eumque imperatorem salutaverunt.

(129) A : Ut filio throni hæredi imperium cederet.

(130) Perperam Noël : *In locum Ki-chan-chi-yn.* Littera *chi*

lem-partem. Qui (131) vere-invisebant *et* in-autumno-invisebant°, *qui* litigabant *et* accusabant, non adibant I, sed *adibant Khi, dicentes: (132) Nostri principis° filius *est*°. Qui (heroïcas virtutes) carmine-laudabant *et* canebant, non carmine-laudabant *nec* canebant I, sed canebant Khi, dicentes: Nostri principis* filius° (133) *est.* »

§. XXVIII. ¶ Than tchou* *fuit* *degener *a patre*, τοῦ Chun* filius etiam *fuit* *degener. *Cum* Chun° adjuvisset Yao, *cum* Iu° adjuvisset Chun° **multos-annos (134), spargentes beneficia in populos diu-permanserunt (135). *Cum* Khi sapiens *esset*, potuit veneranter suscipere *et* (136) continuare τοῦ Iu* normam*. *Cum* I* adjuvisset Iu° **paucos-annos, spargens beneficia in populos non diu-

(leg. *tchi*) genitivum casum denotat; littera *in* significat, gall. *le nord d'une montagne* (*Khang-hi*).

(131) Sic litteras *tchhao* et *kin* explicat *Khang-hi.* Cf. Deguignesii vel Basilii Diction. sub littera *kin.*

(132) I: Nostrum principem perfecte refert, ejus filius et successor merito dici debet.

(133) A: Inde patet Cœlum filio *Khi* imperium destinavisse; quomodo potuisset *Iu* summam illi potestatem non transmittere?

(134) C: Tam diuturnis beneficiis firmum populi amorem sibi conciliare potuerunt. Ideo populus imperatorum *Yao* et *Chun* non filiis, sed ministris (*Chun* et *Iu*) adhæsit.

(135) I. e. Beneficia in populos diu sparserant. Melius Græce: Εὐεργεσίας εἰς τοὺς λαοὺς καταλιθέμενοι πολὺν χρόνον διετέλεσαν.

(136) C: *Khi*, utpote sapiens, ac proinde paterno regimini continuando non impar, populos arcto amoris nexu sibi colligare poterat. Ideo ministrum *I* qui septem tantum annis imperii summam tenuerat, statim posthabentes, filium sceptri hæredem imperiali potestate indui voluerunt.

(137) C: Si *Chun* octo et viginti annos, si *Iu* septemdecim, et *I* septem tantum, ministri partes egerunt, si imperatorum *Yao* et

(137) permanserat. τὸ Chun, Iu *et* I mutuo differre * temporis-diuturnitate-*et*-longinquitate, τὸ eorum filios °*modo* sapientes, *modo* * degeneres *fuisse*, pariter *a* Cœlo *venit*°; non *est* id-quod homo° possit efficere°.

§. XXIX. *Quod* nemo °facit (138) et-tamen fit°, Cœlum *est; quod* (139) nemo° accidere-facit et-tamen accidit, fatum *est*°.

§. XXX. *Ut* *privatus-homo °(139ª) habeat * imperium,° *eum* virtute oportet referre Yao *et* Chun, ac insuper (oportet) esse *imperatorem qui proponat (140) illum. Ideo (141) * Confucius non habuit * imperium.

§. XXXI. *Ut princeps qui* ** hæreditario-jure habet *imperium, *fiat* is-quem Cœlum° (142) deserat, i. e. solio dejiciat, *eum* oportet referre Kie *et* Tcheou°°. Ideo (143) I¶ yun *et* Tcheou koung non habuerunt * imperium.

Chun filii *Than-tchou* et *Chang-kiun* sapientia destituti fuerunt, dum contra imperatoris *Iu* filius *Khi* virtute et sapientia claruit, id non ab homine, sed a Cœlo provenit.

(138) Alludit ad supradicta, p. 85, l. 1, 2, 3.

(139) C : Alludit ad τὸ populos non filiis hæredibus, sed sapientibus ministris, festino animi impetu, adhæsisse. Vid. *n.* 187.

(139ª) Tart. vers. præteritum habet.

(140) J : Ut *Yao* proposuit *Chun*, ut *Chun* proposuit *Iu*.

(141) Ideo Confucius, virtute licet imperatoribus *Yao* et *Chun* non cederet,..

(142) Tart. interpres præteritum posuit. C : Principem solio non facile deturbat Cœlum. Filium throni hæredem, licet non admodum sapientem, Cœlum summa potestate non spoliat, dummodo imperatores *Kie* et *Tcheou* inhumanitate non æquiparet; quanto minus si paternas virtutes perfecta imitatione referat!

(143) C : Familiarum *Iu*, *Chang* et *Tcheou* hæredes filii, veluti *Khi*,

§. XXXII. I yun adjuvando Thang effecit-ut regnaret super *imperium. Thang (144) defuncto, Thaï ting (145) nondum constituto *hærede*, (146) Waï ping, duo anni, Tchoung jin, quatuor anni. *Cum* Thaï kia (147) evertisset *ac* labefactasset *imperatoris* Thang° statuta *et* leges, I yun relegavit (148) illum in *palatio* Thoung (149) tres annos. *Cum* Thaï kia dolens culpis, sibi succensuisset (150) *et* se-ipsum composuisset (151); *cum* in Thoung

Thaï-kia et *Tchhing-thang*, sapientia præditi pariter fuerunt. Ideo *I-yun* et *Tcheou-koung*, licet *Yao* et *Chun* virtute æquarent, licet ab imperatore propositi Cœlo fuissent, usque ad vitæ finem ministros tantum egerunt.

(144) J : *Thang*, cum tredecim annos regnasset, centesimo ætatis anno obiit.

(145) J : *Thaï-ting* imperatoris *Thang* filius natu major; præmatura morte obiit, priusquam solium conscenderet.

(146) J : *Waï-ping* et *Tchoung-jin* erant τοῦ *Thaï-ting* fratres minores. Perperam Noël : *Waï-ping imperator creatus est et regnavit duobus annis... Chum-gin regnavit quatuor annis.* GG : Interpretem *Tchhing* (7,180) unice sequi oportet : quando (G) imperator *Thang* obiit, *Wai-ping* duos annos, *Tchoung-jin* quatuor annos natus erat. *Thaï-kia* cum natu major esset, statim post *Thang* defunctum imperii habenas accepit. Si vero (C) *Waï-ping* et *Tchoung-jin* sex annos regnassent, quomodo *I-yun* filium *Thaï-kia* per tres annos (ab imperatore defuncto) patri parentaturum in palatio *Thoung* postea relegare potuisset?

(147) J : *Thaï-kia*, τοῦ *Thaï-ting* filius, imperatoris *Thang* nepos erat.

(148) H : Illum relegavit in palatium *Thoung*, in quo defuncti imperatoris (*Thang*) monumentum exstabat, ut ejus memoriam præ animo habens, emendatis tandem moribus, ad virtutem colendam sese transferret.

(149) H : Luctûs peragendi spatium innuit.

(150) J : *Sc.* ob præteritas culpas.

tribus annis habitans, i. e. colens, humanitatem, *et* se-transferens-ad æquitatem, °dociliter-audiisset I yun° docentem ipsum, °iterum (152) rediit in *urbem* Po.

§. XXXIII. τὸ Tcheou koung° (153) non habuisse *imperium (154) *est* velut τὸ I° (155) sub *familia* Hia, *et* τὸ I yun° (156) sub *familia* In°.

§. XXXIV. *Confucius aiebat: (157) *quoad* τὸ *familias* Thang *et* In (ministris) tradidisse, *quoad familias* Hia, Iu et Tcheou continuasse, i. e. filiis-transmisisse, eorum æquitas una *est*.

§. XXV. Wan tchang interrogans ait: Homines *aiunt:

(151) J : Ut se virtuti in posterum colendæ idoneum præstaret.

(152) *I-yun* vitiis purgatum novisque virtutibus clarum *Thaï-kia* videns, illum in urbem imperialem *Po* fulgenti diademate regiisque vestibus ornatum reduxit, et in paterno solio ipsi destinato constituit.

(153) J : Licet *Tcheou-koung*, dum ministrum ageret, eximia virtute gestisque insignibus claruerit, imperii tamen dominio potitus non est, quia sapiens *Tchhing-wang* patri succedere poterat.

(154) Gallice : *La raison pour laquelle* Tcheou-koung *n'a pas été empereur, est la même que celle*, etc.

(155) J : *I* non evasit imperator, quia *Khi* (*Iu* filius) paternas virtutes et regimen continuare poterat.

(156) J : *I-yun* rerum summam adeptus non est, quia *Thaï-kia*, emendatis vitiis, humanitateque diligenter exculta, in imperialem dignitatem, sibi hæreditario jure debitam, restitui dignus fuit.

(157) C : Ne imperatores *Yao* et *Chun* privatæ utilitati consuluisse putes. *Yao* et *Chun* imperium ministris, necnon *Iu* filio, tradentes, eamdem æquitatis legem pariter secuti sunt, quia nimirum, in utroque casu, Cœli tantum voluntati paruêre. Quid igitur imperatorem qui dignitatem suam filio transmittit virtute defectum suspicaris ?

(158) I yun (159) per * coquinariam-artem quæsivit (160) Thang; * est-ne *verum?*

Meng tseu ait : Minime; non ita *est*•. I yun *dum* araret in *regni* Yeou sin • campis et delectaretur *imperatorum* Yao *et* Chun ° ¶ norma •, *si* abfuisset hujusmodi (161) æquitas °, *si* abfuisset hujusmodi (162) norma •, *licet* (163) donasses illum ex * imperio, *id* non respexisset °; *licet* (163) subjuncti-fuissent mille ** quadrigarum-equi, *id* non respexisset •. *Si* abfuisset hujusmodi æquitas °, *si* abfuisset hujusmodi norma °, *vel* ex una festuca non donasset hominem; *vel* (164) ex una festuca non sumpsisset ab homine.

§. XXXVI. *Quum* Thang, mittens homines, cum (i. e. oblatis) sericis-voluminibus invitaset illum, ** vultu-

(158) C : Alii aiunt : *I*, nomen est familiæ, *Yun*, nomen honorificum; alii vero : dicebatur *'O-heng* (11,762-9,677); *I-yun* est magistratûs seu præfecturæ nomen..

(159) Ad verbum : per τὸ, vel ope τοῦ in-frusta-secare et coquere carnes.

(160) Quæsivit, i. e. aditum sibi fecit ad *Thang*. J : Cum rectam normam sequi gauderet, imperatore eum ad aulam muneribus invitante, ultro venit, ideoque illum *quæsivisse* dictus est.

(161) J : Littera *i* rectæ normæ opportunitatem, convenientiam, littera *tao* rectam imperatorum *Yao* et *Chun* normam indicat.

(162) J : Quasi diceret : Si læsa æquitate, si læsa recta-norma, totius imperii dominus constitutus fuisset. Littera *lo* idem sonat ac illi magistratum, dignitatem conferre. Aliter E : Si illi totius imperii reditus dedisses.

(163) Sic vers. Tartarica. E : Ei licet equorum currui trahendo aptorum quatuor millia obtulisses.

(164) Sic H, I, i. e. E : tunc unam festucam nec alteri dedisset, nec ab eo accepisset. H : *Kiaï* (99), usurpatur pro *kiaï* (8,837).

contento-et-nihil-cupienti-similis ait : Ego *cui-usui (165) *imperatoris* Thang° invitationis-titulo-oblata serica-volumina adhibebo°? Mihi (166) numquid *est* sicut habitare-in *agrorum *medio *et* *sic (167)° delectari *imperatorum* Yao *et* Chun° norma°?

§. XXXVII. Thang ter misit (homines) *qui* irent invitare illum. *Tunc (168) *animo-commotus mutans-*que consilium* ait : (169) Quam me degere-in *agrorum° medio, *et* sic° oblectari *imperatorum* Yao *et* Chun° norma, *nonne-melius-est me efficere hunc principem esse *imperatoribus* Yao *et* Chun° *similem* principem°, *nonne-melius-est me efficere hunc populum esse *imperatorum* Yao *et* Chun° populo (similem)°! ¶ *Nonne-melius-est me per *me-ipsum propriis (170) *oculis* videre illud°!

§. XXXVIII. Cœlum (pergit I yun)° *cum* produxit hunc populum°, jussit *viros qui* (171) ante sciverunt, in-

(165) Aliter E : Quid est quod propter oblata munera agros deseram? — Vulgatam interpretationem sequi præstat.

(166) *I. e.* Nonne mihi satius est (J) placide inter agros degere quam publicæ administrationi periculis obnoxiæ admoveri?

(167) Ita vers. Tartarica. Aliter B, J : Ex (*yeou*) horum (*chi*) camporum ° medio.

(168) Sic A et vers. Tart. E : Postquam (*Ki*, 3,861) venissent et recessissent.

(169) Phrasis ordinem sic restitue : Nonne melius est me efficere etc., quam degere in..

(170) Tart. interpres vertit *thsin* per *doudsimbi*, egredi. Quæ quidem interpretatio a vulgatis longe aberrat.

(171) B : Jussit eos qui rerum cognitione alios superarent, mentem acuere iis qui ingenio tardiores illam cognitionem nondum haberent; jussit viros qui præcoci *vel* acriori intelligentia præditi, rerum rationes

telligentiam-indere *iis qui* post sciunt; jussit *viros* qui ante intellexerunt, intelligentiam-indere *iis qui* post intelligunt°. Ego *ex* *imperii populo° *ille sum* qui ante scivi°; ego volo ope hujus normæ intelligentiam-indere huic populo*; *si* non ego intelligentiam-indam illi,° quisnam *indet*°?

§. XXXIX. *Si*, *inter* *imperii° populos, *privatus-homo *aut* *privata-mulier essent qui non perciperent *imperatorum* Yao *et* Chun° beneficia (172), cogitabat *id esse* quasi ipse impellendo °immisisset illos *in-fossæ-medium. In *se-ipso (173) sustinebat *imperii °onus (174) *sic. Ideo adiens Thang, hortatus-est illum, *ac* effecit-ut debellaret (175) Hia *et* salvaret populos.

§. XL. Ego non audivi *virum fuisse* qui tortuosum-faciens (176) se-ipsum,° rectos-fecerit homines°! quanto-minus qui dedecorans (177) seipsum,° rectum-facere *imperium *possit*°.

percallerent. J: *Sian-tchi*, i. e. ante alios nosse quid facere deceat; *v. g.* oportere (B) in parentes pium esse. *Sian-kio*, i. e. ante alios intelligere qua de causa hoc illudve facere deceat; v. g. quare (B) juniores senioribus reverentiam debeant.

(172) H: *Sc.* Imperatorum *Yao* et *Chun* agendi normam. *I-yun* populum non solum docendi, sed etiam alendi curam sibi incumbere intelligit.

(173) Phrasim *khi-tseu-jin-i* etc. sic construunt A, B, C, J.

(174) J: Indicat litteras *sse-thian-hia-tchi-jin* et sqq.

(175) J: Littera *Hia* immitem imperatorem *Kie* (4,220) innuit. Efficere volebat ut princeps evaderet alter *Yao* aut alter *Chun*, ejusque populus horum imperatorum populos virtute et felicitate referret.

(176) J: Confer *tom.* I, *cap.* VI, §. I.

(177) C: *I-yun*, coquum agendo, maximum sibi inussisset op-

§. XLI. Sanctorum hominum° actiones *non sunt* similes°. Quidam (178) longe-recesserunt, quidam propius-accesserunt; quidam abierunt, quidam non abierunt. *Eo*¶ tendebant *ut* puros-efficerent* se-ipsos et nihil-amplius°.

Ego audivi illum per **imperatorum* Yao *et* Chun° normam quæsivisse (179) Thang; non audivi (180) per * coquinariam-artem°.

*I hiun (181) ait : Cœlum (182) puniens (perimens) cœpit debellare a Mou koung, ego cœpi a Po.

§. XLII. Wan tchang interrogans ait : Quidam aiunt * Confucium in *regno* Weï diversatum-fuisse-apud **virum*-ulcera-*curantem;* in *regno* Thsi diversatum-fuisse-apud eunuchum *nomine* Tsi hoan (183); * est-ne *verum*° ?

Meng tseu ait : Minime, non ita *est*°. Qui amant (184) res fecerunt-illud°.

probrium; quomodo tunc imperii homines ad virtutis perfectionem adducere potuisset?

(178) Sic vers. Tartarica. C : Alii antequam munus adepti sint, recessum petunt, ut virtuti colendæ vacent, alii ad principem accedunt, et munere publico funguntur. Quidam officium abdicant, quidam non abdicant. Aliter I : Quidam, munus adepti, in alia regna abeunt; quidam in patrio regno usque manent.

(179) I : *I-yun* non sane quæsivit *Thang*; sed quia imperatorum *Yao* et *Chun* normam perfecte callebat, *Thang* non potuit non quærere eum. Dicere vult Mencius eum sapientia sua effecisse ut *Thang* ipsum quæreret atque ad se vocaret. Melius gallice : *Il se fit rechercher de Thang*.

(180) Supple : quæsivisse *Thang*.

(181) J : Caput libri *Chou-king*, seu Annalium imperialium.

(182) A : *Thang* Cœlo tyrannos plectenti obsequens, sævum imperatorem *Kie* in aula *Mou-koung* aggredi cœpit, perinde ac ego adjuvans *Thang*, ejus res gestas inchoavi in imperiali sede *Po*.

In *regno* Weï diversatus-est-apud Yan tchheou yeou (185). *Cum viri* Mi tseu (186)° uxor et *discipuli* Tseu lou ° uxor * sorores *essent* °, Mi tseu compellans Tseu lou ait: *Si* * Confucius diversaretur-apud me, *regni* Weï primarii-præsidis-dignitatem posset obtinere °.

Tseu lou de *his* monuit. * Confucius ait : « Est fatum (187). » Confucius accedebat (188) juxta ritus, recedebat juxta ritus. *Sive* obtineret illud (189), ¶ *sive* non obtineret, aiebat : Est fatum. *Si* vero diversatus-fuisset-apud * *virum-ulcera-curantem* et *apud* * eunuchum Tsi hoan, *id* fuisset non-sequi æquitatem, non-sequi fatum °.

§. XLIV. *Cum* * Confucius non gaudens (habitare) in *regnis* Lou *et* Weï, *abiisset*, incidit-in *regni* Soung * æquitatûs-præfectum Houan (190) *qui* voluit sistere-in-via et interficere ipsum; *sed* (191) tenui veste ° *induta* °, transivit-in *regnum* Soung. *In* hoc tempore, * Confucius,

(183) A : Medicus ille et eunuchus apud regulum gratia florebant.

(184) C : Qui fabulas et commenta fingere amant, id excogitaverunt, ut, inquinata Sancti viri fama, suis commodis servirent.

(185) J : Vir e regno *Weï* sapientia clarus. G : In libro *sse-ki* (1,123-9,958) vocatur *Yan-tcho-tseou* (5,282-11,249).

(186) G : *Mi-tseu-hia* (5,971) vir apud regni *Weï* regulum *Ling-koung* (12,020-612) gratiosus.

(187) J : Tò hanc dignitatem obtinere, a Cœli decreto, non ab isto homine, pendet; quare potius apud eum quam apud *Yan-tchheou-yeou* diversarer?

(188) A : De muneribus quærendis et relinquendis loquitur Mencius.

(189) A : I. e. dignitatem, munus. — Aiebat : Ut doctrina mea floreat, vel relicta jaceat, id a Cœli decreto unice pendet.

(190) J : *Houan*, dictus *Hiang-thouï* (1,146-2,760).

(191) Sic J : Mutata veste, viliorem induit, ne forte agnosceretur.

licet * esset-in angustis-rebus (192), diversatus-est-apud * urbis-præfectum Tching tseu (193) *qui* erat *regni* Tchhin reguli Tcheou (194) minister.

§. XLV. Ego *id* audivi : Nosces proximos ministros ex (195) *viris* quorum ipsi sunt hospites; nosces remotos ministros ex *viris* quos ipsi faciunt-hospites. Si * Confucius diversatus-fuisset apud **virum*-ulcera-*curantem* et *apud* * eunuchum Tsi hoan, * quomodo *posset* dici Confucius ?

§. XLVI. Wan tchang interrogans ait : Quidam aiunt: Pe li hi (196) *cum* se-ipsum vendidisset ad *regni* Thsin

(192) J : *Houan-thouï* ipsum occidere volentem innuit Mencius.

(193) C : Si Confucius, vel periculis circumventus, apud virum virtutis fama insignem hospitium elegit, quanto magis quando in regnis *Thsi* et *Weï*, quieto tempore, versabatur.

(194) J : Ille *Tching-tseu*, vir sapiens, in regno *Soung*, magistratum olim, urbici præfecti nomine, summa cum laude egerat; tunc vero..

(195) Sic A : Gallice : *D'après les personnes qu'ils reçoivent chez eux*, et infra : *d'après les personnes chez qui ils logent.* Aliter C et nonnulli : Si nosse vis utrum regiæ aulæ minister rectus sit necne, vide quosnam viros hospitio excipiat; si minister e longinqua regione advectus, vide apud quos hospitium eligat; siquidem simile simili gaudet.

(196) G : *Pe-li-hi* sapiens e regno *Iu.* C : Cum *Pe-li-hi*, ad principem accedere cupiens, nulla id ratione assequi posset, se quinque ovium pellibus vendidit apud regiorum armentorum præfectum, tantaque emicuit diligentia, ut *Mou-koung* eximia illum sapientia præditum videns, publicæ administrationi admoverit. C : Alii aiunt : Princeps *Mou-koung* eum in regni *Thsou* (4,379) hominum manus forte delapsum, quinque ovium pellibus redemit, regnique administrationi applicuit, addito titulo *Ou-kou-ta-fou*, alludens scilicet ad quinque pelles de quibus supra.

hominem qui alebat pecudes quinque ovium °pellibus, pascendo boves,° quæsivit *regni* Thsin *regulum* Mou koung; *verum-ne *est*°?

Meng tseu ait : Minime, non ita¶ *est*°; qui amant-res fecerunt illud°.

§. XLVII. Pe li hi *regni* Iu homo *erat*°. *Regni* Tsin (197) homines *postquam* cum *regionis* Tchhoui ki °gemmis et *in regione* Kiu natis° equis, quæsivissent iter ab Iu ut aggrederentur *regnum* Koue, Koung tchi ki admonuit. Pe li hi non admonuit.

Sciens *regni* Iu principem° non posse (198) admoneri,° egressus transiit-in *regnum* Thsin; *tunc* annos ** septuaginta-*natus erat*°. *Si* *nondum scivisset *habere τὸ, pascendo boves, quærere *regni* Thsin *regulum* Mou koung°, *ut quid* sordidum, i. e. probrosum°, posset-*ne* dici prudens°? *Cum* (princeps) non posset admoneri,° non admonuit; potest-*ne* dici *non prudens°? Sciens *regni* Iu principem° *jam-jam-periturum,° prius reliquit illum (199); non potest dici *non-prudens°.

§. XLVIII. *Cum* tunc promotus-fuisset a Mou koung, sciens (200) Mou koung °posse *secum* *naviter-agere°,

(197) C : Quo tempore ministrum ageret in regno *Iu*, regni *Tsin* (3,920) homines qui regna *Iu* et *Koue* simul invadere et communi ruina involvere cupiebant, subtili artificio usi, regni *Iu* regulo pretiosa obtulerunt munera ut sibi transeundi in regnum *Koue* licentiam concederet. Regulum minister *Koung-tchi-ki* consiliis dehortatus est ne id faceret. Quo obsurdescente, *Pe-li-hi* illico abiit.

(198) J : Cum principem sanis consiliis impervium videret.

(199) J : In regnum *Thsin* abiit.

(200) Aliter vers. Tart. Sciens se cum regulo *Mou-koung* posse agere. I : Vidit regni *Thsin* regulum eum esse qui suam doctrinam actu exsequi posset.

adjuvit illum; potest-*ne* dici *non-prudens°? Adjuvando Thsin,• illustrem-exhibuit suum principem in *imperio, *et* potuit (201) transmitti ad posteras generationes. *Si* non sapiens *fuisset*•, *numquid* potuisset illud°? Se-ipsum vendere ad perficiendum suum principem, *pagi homines (202) qui se-ipsos amant, non facerent; •dices-*ne* *sapientem facere illud°?

(201) J: Supple: hujus reguli nomen, fama.
(202) J: *Sc.* vulgi homines exigua prudentia præditi.

CAPUT IV.

Tractatus Wan tchang pars posterior.

§. I. Meng tseu ait : *Viri* Pe i oculi non aspiciebant turpes colores; aures non audiebant turpes sonos. Nisi (1) digno principi non serviebat, nisi dignum populum non regebat. Pace-vigente, tunc accedebat; anarchia-grassante, tunc recedebat. *In locis* (2) *e* quibus prava administratio° exibat, *in* quibus pravus populus° habitabat, non sustinebat sedem-figere°. *Si* cum rusticis hominibus versaretur, cogitabat, *id esse* perinde-ac-si cum aulica veste *et* aulico pileo sedisset in luto *aut* carbonibus°.

In *imperatoris* Tcheou° tempore, habitans borealis maris° ripas,° exspectavit *imperii° serenitatem°. Ideo qui *postea* audierunt *viri* Pe i° famam, stupidi homines *facti sunt* (3) judicio-præditi, debiles homines habuerunt firmum animum.

§. II. ¶ I yun aiebat : Cuinam servies, nisi principi? Quemnam reges nisi populum?

Pace-vigente (4) etiam accedebat; anarchia-grassante, etiam accedebat.

(1) *Cf. tom.* I, *cap.* III, §. LII.

(2) J : *Sc.* in aula, in palatio.

(3) Perperam Noël : *Hebetes modestiam servare contenderunt.* J : Litteræ *wan* et *lian* de prudentia dicuntur. Id. *lian*, i. e. habere vim discernendi.

(4) C, J : Loquitur Mencius. Noël hæc ab *I-yun* dici perperam intelligit.

Aiebat : Cœlum ° *ex quo* produxit hunc populum °, jubet *eos qui* prius (5) sciverunt, intelligentiam-indere posterius scientibus; jubet *eos qui* prius intellexerunt, intelligentiam-indere posterius intelligentibus. Ego, *ex hoc* Cœli populo °, *ille sum* qui prius intellexi °; ego volo per hanc normam intelligentiam-indere huic populo °.

Si inter * imperii ° populos * privatus-homo *aut* * privata-mulier essent qui non acciperent *imperatorum* Yao *et* Chun ° beneficia, cogitabat *id esse* quasi ipse impellendo ° immississet illos *in* fossæ medium, *quia* per * se-ipsum sustinebat * imperii ° onus °.

§. III. Lieou hia hoeï non erubescebat *servire* vili principi, non recusabat exiguum magistratum. *Si* accederet, non occultabat (6) *suam* sapientiam; semper sequebatur rectam normam. *Licet* neglectus *et* relictus, ° non succensebat; *licet* in-angustias-compulsus *et* inopia-exhaustus, ° non angebatur. *Si* cum rusticis hominibus versaretur, ** vultum-contentum-præferens, non sustinebat abire °. *Aiebat :* Tu (7) causa tuî; ego causa meî. Licet * brachiis-nudus *et* * detecto-corpore *sedeas* ad ¶ meum latus, tu quomodo potes inquinare me °?

Ideo qui audierunt *viri* Lieou hia hoeï ° famam : pusillanimi homines, magnanimi *facti sunt*; (8) exiles homines, densi.

(5) *Cf.* supra, *cap.* III, *not.* 171.

(6) Sic C et plerique. Perperam Noël : *In magistratu constitutus sapientes viros, ut ad dignitates promoverentur, omnis individiæ expers prorsus non abscondebat. Cf. tom.* I, *cap.* VI, *not.* 234.

(7) Perperam Noël : *Ista abjectio est tantum tua, non mea.* Littera *weï* significat *causâ*, gall. *pour.* Cf. *tom.* I, *cap.* III, *not.* 235.

(8) Sic ad verbum juxta interprett. et vers. Tart. II : Litteræ *po*

§. IV. *Cum* * Confucius° abiret-e *regno* Thsi, manu-cepit orizam-aqua-dilutam et profectus-est. *Cum* abiret-e *regno* Lou ait : « * Lente ego abeo°. » Relinquendi patris *et* matris regnum° norma *est*°. *Quando* festinare (9) * oportebat, ° festinare; • *quando* (10) diu-commorari * oportebat, • diu-commorari ; *quando* privatum-vivere * oportebat, ° privatum-vivere ; *quando* magistratum-gerere * oportebat, ° magistratum-gerere ; *en* * Confucius°.

§. V. Meng tseu ait : Pe i *e* sanctis° * purissimus (11) *erat*° ; I yun, *e* sanctis ° * munerum-patientissimus (12)• ; Lieou hia hoeï, *e* sanctis° * commodissimus (13)° ; * Confucius • *e* sanctis ° * animum-ad-tempora-flectere-peritissimus (14)•.

§. VI. * Confucius ° *potest* vocari conjunctorum *sono-*

(exilis) et *heou* (densus) de cordis affectu dicuntur. Melius gallice : *les cœurs froids et insensibles devenaient aimans et affectueux.* Perperam Noël : *Parci ad liberalitatem sese exstimulant.*

(9) I. e. Propere abire e magistratu.

(10) I. e. Magistratum diu retinere.

(11) G : Prædictos viros, *Pe-i, I-yun* et *Lieou-hia-hoeï* intelligit. *Pe-i* servandæ animi sui integritati consulebat. Cf. supra, §. I, et *tom.* I, *cap.* III, §. LII, *not.* 227.

(12) Quolibet tempore munus admittendum esse judicabat. Cf. supra, §. II ; et *tom.* I, *cap.* III, §. LIII.

(13) *Lieou-hia-hoeï* nullius hominis societatem respuebat, adeo commodis moribus erat. Cf. supra, §. III, et *tom.* I, *cap.* III, §. LIII.

(14) Hi tres viri suum quisque meritum habebat ; nullus tria hæc merita simul possidebat. Quod quidem in Confucio mirum in modum elucebat. Sive perversum sæculum fugere mentisque puritati consulere oporteret, sive munus obire, sive aliorum studiis morem gerere, ad tempora sese accommodabat.

rum magnus (15) finis. *In* conjunctorum *sonorum* magno fine°°, æneum-instrumentum profert-*sonos*, et lapideum-instrumentum colligit illos°. Æneum-instrumentum quod profert-*sonos*°, inchoat *concentum°; lapideum-instrumentum-quod colligit illos°, terminat *vel* absolvit* concentum°.

§. VII. ¶ Inchoare *concentum°, prudentis° res *est;* terminare *concentum°, sancti° res *est*°.

§. VIII. Prudentiam *si cui rei* compares, tunc solertiæ *vel* dexteritati°. Sanctitatem *si cui rei* compares, tunc viribus°. Veluti *vir* qui jaculatur *extra centum passus°; ille *si* perveniat°, (16) vis *est*°; ille *si* attingat (scopum) non °vis *est*°.

§. IX. Pe koung ki interrogans ait : Tò Tcheou familiam ordinasse (17) dignitates, *et* stipendia, ** quomodo?

Meng tseu ait : Horum singula non potui audire, *quia* *reguli exosi illa (statuta) molesta sibi°, °simul destruxerunt hos codices. *Verumtamen° *ego* Kho°, *audivi eorum compendium°.

(15) Sic G et plerique, nec non vers. Tart. Id ipsum est quod liber *Chou-king* vocat, Gallice : *les neuf finales de la musique Siao-chao* (7,610-12,172). Cf. Gaubil, trad. du *Chou-king*, p. 39. Noël : Confucius octo instrumentorum musicorum concentui comparari potest. H sic explicat *ta-tching :* Omnes octo instrumentorum sonos concorditer modulari, ex iisque conjunctis unum *liu* (2,387) elicere. C : Confucius in se uno singula trium sanctorum merita simul possidebat, quemadmodum musicus concentus ex singulorum instrumentorum sonis harmonice conjunctis constat.

(16) Quidam (A, J) litteram *eul* explicant tu; cæteri ut particulam habent.

(17) I. e. quomodo ordinaverit, etc.

§. X. * Imperator : Una (1.ª) dignitas ; (18) : Koung : una (2.ª) dignitas ; Heou : una (3.ª) dignitas Pe : una (4.ª) dignitas ; Tseu *et* Nan : una (5.ª) dignitas ; universim quinque gradus °.

Princeps : una dignitas ; supremorum-tribunalium-præsides : una dignitas ; * primarii-præfecti : una dignitas ; primarii litterati : una dignitas ; medii, i. e. secundarii, litterati : una dignitas ; infimi litterati : una dignitas. Universim sex gradus.

§. XI. ¶ * Imperatoris° constituta *ditio* : (19) terra in-circuitu mille li *habens ;* Koung *et* Heou, pariter in-circuitu centum li ; Pe, * septuaginta li ; Tseu *et* Nan * quinquaginta li. Universim quatuor gradus. Qui non possidebat * quinquaginta li, *per se* non penetrabat ad * imperatorem. *Qui* adhæserant ad * regulos dicebantur (20) Fou young.

§. XII. *Ab* imperatoris ° summorum-tribunalium præsidibus accepta terra æquabat (21) Heou ; *a* * primariis-præ-

(18) Noël hos quinque dignitatis gradus Europæis reddit titulis, qui mea quidem sententia Sinicis minus respondent : *Khoung*, dux (*duc*) ; *Heou*, princeps (*prince*) ; *Pe*, comes (*comte*) ; *Tseu*, marchio (*marquis*) ; *Nan*, baro (*baron*).

(19) J : Territorium mille *li* in circuitu complectens. Imperator decies mille belli quadrigas habebat, *Koung* et *Heou*, mille ; *Pe*, centum, *Tseu* et *Nan*, decem.

(20) C, J : Minores reguli qui ingentibus impensis sive ad imperatorem sexto quoque anno invisendum, sive ad solemnem congressum cum aliis regulis celebrandum faciendis impares erant, majorum regnorum patrocinio nitebantur. Ideo dicebantur *fou-young*, i. e., ope meritorum (*young*) in populo optime regendo partorum, adhærentes (*fou*) regulis potentioribus ad conveniendum imperatorem.

fectis accepta terra æquabat (22) Pe; *a* primariis litteratis accepta terra æquabat Tseu *et* Nan.

§. XIII. *In* magno regno *ubi* terra in-circuitu centum li (habebat), princeps (23), decies supremorum-tribunalium-præsidum stipendia; supremorum-tribunalium-præsides, quater *primariorum-præfectorum (stipendia); *primarii-præfecti duplo-superabant primarios litteratos; primarii litterati duplo-superabant medios, i. e. secundarios, litteratos; medii litterati duplo-superabant infimos litteratos; infimi litterati et *plebei-homines qui erant-in, i. e. occupabantur-in, magistratu, æqualia-habebant stipendia; stipendia sufficiebant ad supplendam eorum agriculturam °.

§. XIV. *In* secundario regno (24), *ubi* terra in-circuitu septuaginta li (habebat), princeps (25), decies supremorum-tribunalium-præsidum stipendia; supremorum-tribunalium-præsides, ter *primariorum-præfectorum;

(21) I. e. Ditio eorum qui in imperiali aula supremis tribunalibus præerant, æquabat ditionem reguli dicti *Heou*.

(22) I. e. Ditionem reguli dicti *Pe* æquabat, etc.

(23) Melius et clarius gallice : Dans un royaume qui avait en tous sens cent *li* d'étendue (celui du *Koung* et du *Heou*), le prince avait dix fois autant de revenu que les présidens des cours suprêmes; ceux-ci quatre fois autant que les *primarii præfecti*; ceux-ci deux fois autant que les lettrés de première classe; ceux-ci deux fois autant que les lettrés de seconde classe; ceux-ci deux fois autant que les lettrés de troisième classe. Ces derniers avaient les mêmes appointemens que les hommes du peuple qui étaient employés dans les bureaux administratifs; ces appointemens étaient destinés à leur tenir lieu des produits agricoles que leurs occupations les empêchaient de recueillir.

(24) J : Regnum reguli dicti *Pe*.

(25) J : Littera *Kiun* indicat *Pe*.

*primarii-præfecti ¶ duplo-superabant primarios litteratos; primarii litterati duplo-superabant medios, i. e. secundarios, litteratos; medii litterati duplo-superabant infimos litteratos; infimi litterati et *plebei-homines qui erant-in, i. e. occupabantur-in, magistratu, æqualia-habebant stipendia; stipendia sufficiebant ad supplendam eorum agriculturam°.

§. XV. *In* parvo (26) regno, *ubi* terra in-circuitu *quinquaginta li (habebat); princeps, decies supremorum-tribunalium-præsidum stipendia; supremorum-tribunalium-præsides duplo-superabant *primarios-præfectos; *primarii-præfecti duplo-superabant primarios litteratos; primarii litterati duplo-superabant medios, i. e. secundarios, litteratos; medii litterati duplo-superabant infimos litteratos; infimi litterati et *plebei-homines qui erant-in magistratu æqualia-habebant stipendia; stipendia sufficiebant ad supplendam eorum agriculturam°.

§. XVI. Id-quod *agricolæ° (27) obtinebant (28) *hoc erat:* unusquisque vir (accipiebat) centum jugera. Centum jugeribus° bene-excultis, primarii (29) agricolæ° alebant novem homines; *a* primariis secundi (30) alebant octo viros; medii (31) alebant septem homines; *a* mediis se-

(26) J : Regnum regulorum *Tseu* et *Nan.*

(27) C : Hæc explicant *lou-tso-i-taï-khi-keng*, stipendia sufficiebant ad supplendam eorum agriculturam.

(28) J : De agrorum reditibus loquitur Mencius.

(29) H : i. e. primæ notæ, *seu* diligentissimi.

(30) H : Qui diligentissimos illos agricolas subsequebantur.

(31) H : Agricolæ remissiores, parum diligentes.

cundi (32) alebant sex homines; infimi (33) alebant sex viros. *Plebei-homines qui erant-in magistratu, eorum stipendia in hoc (34) *differebant.

§. XVII. Wan tchang interrogans ait : Ausim interrogare-de τῷ amicitiam-inire.

Meng tseu ait : *Si* non nitaris, i. e. glorieris, *tua* ætate-majori, *si* non nitaris honoribus, *si* non ¶ nitaris (35) fratribus°, amicitiam-inire *potes*. ** Amicitiam-inire (cum aliquo), *est* amicitiam-inire-cum ejus virtute°. Non *licet (36) esse *rem qua* innitaris°.

§. XVIII. Meng hian tseu, centum curruum° familia, i. e. regulus, *est*°. Erant amicitia-conjuncti quinque viri°, Yo tching khieou *et* Mou tchoung; *quoad* alios tres viros, tunc ego oblitus-sum eos°. Hian tseu° cum illis quinque *viris amicitiam-junxerat°, *quia* *minime-spectabant (37) τοῦ Hian tseu° *familiam (38)°. Hi quinque *viri, *si* etiam° spectavissent τοῦ Hian tseu° familiam, tunc non cum illis junxisset-amicitiam°.

§. XIX. Non solum centum quadrigarum° familia

(32) H : Qui remissiores illos agricolas subsequebantur.

(33) H : Qui omnium negligentissimi erant.

(34) H : Prout agri majori vel minori diligentia exculti fuerant, majora quoque aut minora erant stipendia.

(35) Si non glorieris quod fratres opulentos vel honoribus insignes habeas.

(36) I. e. virum amicitiam cum alio inire volentem, nulla de re gloriari licet.

(37) C : Quia quinque isti viri semetipsos, ob virtutem, magni facientes, nec auctoritatis, nec lucri desiderio tangebantur.

(38) Familiam, i. e. potentiam. Littera *kia* hic de primarii præfecti (*Khing*, 1,048) regno intelligenda est. Cf. *tom.* I, *cap.* I, §. II. etc. Primarii præfecti, exiguorum regnorum principes, a regulis, quemadmodum reguli ab imperatore, pendebant.

i. e. regulus, fuit sic (39)°; licet parvorum regnorum° principes etiam habent illud.

Regni Pi *regulus* Hoeï koung aiebat : Ego quantum-ad Tseu sse, tunc *meum* magistrum-feci illum°; ego quantum-ad Yan pan, tunc amicum-feci illum°. Wang chun *et* Tchhang si, tunc *sunt ii* qui (40) serviunt mihi°.

§. XX. ¶ Non solum parvi regni° princeps fuit sic°, licet magnorum regnorum° principes etiam habent illud.

Regni Tsin *regulus* Phing koung°, quantum-ad Haï thang°, *ubi* ingredere, dixerat (Haï thang), tunc ingrediebatur; *ubi* sede, dixerat, tunc sedebat; *ubi* ede, dixerat, tunc edebat. *Quamvis* *crassior-oriza *aut* olerum juscula *essent*,* numquam non se satiabat : quia non audebat *iis* non se-satiare°. Verumtamen (41) constitit in hoc et nihil-amplius°. Non cum *eo* communem-fecit (42) Cœli dignitatem°, non cum *eo* obiit Cœli munus°, nec cum *eo* comedit Cœli reditus°; *id more* litterati° honorare (43) *sapientem°

(39) J : Litteræ *weï-jan* et *yeou-tchi* indicant τὸ non gloriari suis honoribus, sua dignitate.

(40) Quia hisce sapientibus virtute multo inferiores sunt, administros meos agere eos jussi.

(41) E : *Phing-koung* exteriorem hanc urbanitatem prædicto sapienti exhibere tantum noverat; sic et permulti. Noël hæc et seqq. de quibuslibet principibus generatim dici perperam intelligit.

(42) E, J : Munus, dignitas, stipendia, homini a Cœlo conferuntur; ideo ait : Cœli munus, Cœli dignitas, Cœli stipendia. J : Non vult Mencius (ut perperam vertit Noël) principem regiæ dignitatis communitatem sapienti dare. Loquitur de dignitate, officio, stipendiis quæ regulus viro regendi artis consulto committere et impertiri potest.

(43) Hoc modo litteratus, dignitate aut officio vacuus, sapienti honorem exhibet, non imperator nec regulus.

est, non imperatoris *aut* reguli• *more* honorare sapientem°.

§. XXI. Chun *cum* promotus invisisset imperatorem, imperator hospitio-excepit generum *suum* in secundo palatio, *ac* etiam comedit (subditi) Chun (dapes). Mutatis *partibus*, agebant (44) diversorem *et* hospitem. Sic *imperator° familiariter-utebatur *privato-viro°.

§. XXII. Cum (45) inferiori revereri superiorem, dicitur• honorare honoratum; cum superiori revereri inferiorem, dicitur° colere sapientem. Honorare honoratum, ¶ colere sapientem : eorum æquitas (46) una *est*•.

§. XXIII. Wan tchang interrogans ait : Ausim interrogare (47) : T• *ad* ineundam amicitiam munera-dare, quonam animo° ?

Meng tseu ait. Reverentiæ•?

W. t. ait : Repetitis-vicibus (47*) recusare°, censetur *irreverentia; qua-de-causa°?

M. t. ait : *Viro* *honorato dante°, *si* dicas : id-quo ipse acquisivit illud•, *æquum-ne *est*, iniquum-ne *est?* Et

(44) C, J : Quando *Yao* excipiebat *Chun*, *Chun* erat *diversor*, *Yao hospes*; quando autem *Yao* apud *Chun* epulabatur, *Yao* erat veluti *diversor*, *Chun*, *hospes*.

(45) Ubi quis in inferiori gradu positus reveretur.. ubi quis in superiori gradu positus..

(46) Inferiores non minus honoratos viros (*i. e* superiores) quam superiores revereri sapientes (subditos) tenentur ; hoc una et eadem æquitatis lex præcipit.

(47) Sic Vers. Tartarica. Mencius loquitur de regulis, sapientes viros donis et splendida urbanitate, invitantibus.

(47*) Ad verbum, *recusare°*, *recusare°*. G : seu *Tchou-hi*, nescire se fatetur quare hæc littera repetita sit; C vero illam firmius recusandi causa bis adhibitam censet.

(48) deinde accipias illud, id * habetur * irreverentia (49); quamobrem noli recusare°.

§. XXIV. *W. t.* ait : *Dic* velim, non per verba recuso°, *sed* in corde recuso°; *si* (intra me) dicam : « Ipse extorsit *illud* a populo°; non æquum *est*° », et per alium prætextum, non accipiam, *an* non licet° ?

M. t. ait : Is *si* amicitiam-ineat (50)° juxta rectam-normam°, is *si* munus-offerat° juxta urbanitatem, tunc* Confucius accipit (i. e. accepisset) illud°.

§. XXV. Wan tchang ait : Nunc est *vir* qui (51) retinuit (i. e. compilavit) homines * extra regni (52) portas°. Ille *si* amicitiam-ineat° juxta rectam-normam°; ¶ ille *si* munus-offerat° juxta urbanitatem, *an* tunc licet accipere (53) furto-rapta° ?

M. t. ait : Non licet. Khang kao ait : *Eos qui* occidentes (54) sternunt, *vel* abjiciunt, homines *ut* rapiant divitias, stupide non timentes mortem, *in* universo populo non-

(48) H : Et deinde, munus illud justis viis acquisitum agnoscens, accipias... *Subaudi :* vel, injuste comparatum deprehendens, rejicias..

(49) H : Ista recusatio, irreverentiæ signum habetur, si quidem, hujusmodi agendi ratione, tum donum, tum donatorem parvi facere et contemptui habere videris.

(50) Sic Vers. tart. et permulti. Aliter E : Si veniat me invitatum.. Si me excipiat, tractet..

(51) Sic ad verbum. H : gall. *arrêter les voyageurs pour les tuer et les piller, les dépouiller.*

(52) Latina consuetudo impedit quin litteræ *iu.. waï* ad verbum reddantur. Melius gallice : *Au dehors des portes de la ville* (H).

(53) H : Adverbum : Divitias quas viatores sistendo (*iu*) comparavit.

(54) H, J : Projecto eorum cadavere, opes, divitias rapiunt.

est *qui* non oderit. » *Ii* sunt *quos* non exspectando τὸ admonere°, morte-plectunt°(55), nec consumunt sermones. In (hanc legem) accepit ab Hia, Tcheou accepit-ab In; * huc-usque fuit illustris. ** Quomodo ipse acciperes (56) illud?

§. XXVI. *W. t.* ait : Hodierni ° reguli extorquentes illud a populo °, *sunt* velut *qui* latrocinatus-est°. « *Si* ille rite * exhibendo reverentiam munus-offerat°, statim * sapiens accipit illud ». Ausim interrogare : *Hoc* * quid-significat°?

M. t. ait : Tu, * putas-*ne*, *si* esset * imperator exortus, *eum* * collecturum * hodiernos° regulos et interfecturum illos°, *vel* eum admoniturum illos, *ac postquam* non emendavissent (se-ipsos)°, deinde interfecturum illos°? °Vocasse (57) latrones *eos* qui *id quod* ipsi non *debent* habere°, capiunt°°, *est*, extendendo (iniquitatis) speciem, pervenisse-ad (severioris) æquitatis° apicem.

§. XXVII. * Confucius° *olim* obibat-magistratum in

(55) Sic J et permulti obscurum hunc locum explicant. Gall. : *le prince les fait mourir de suite, sans attendre ni interrogatoire* (B, E), *ni explication.* Litteras *so-pou-thse*, juxta J, post *tchu-tche-ye* collocandas puto. De loci sensu celeberrimi interpretes valde ambigunt ; G : sensus quatuordecim litterarum *chang-cheou* usque ad *wei-lie*, male cohæret. Interpres *Ki* (2,072) textum mendosum putat; mihi vero quatuordecim illæ litteræ redundare videntur.

(56) H : Opes furto, latrocinio partas quomodo acciperes?

(57) E : Gallice : *Comparer aux voleurs de grand chemin, comme vous venez de le faire, ceux qui prennent ce qui ne leur appartient pas, c'est pécher par un raffinement d'équité.* G : *tchhoung louï*, idem ac *tchhouï-louï* (3,447). Morris. syllab. Dict. *To extend a principle to objects of the same class or species.*

regno Lou°. *Regni* Lou hominibus (58) venando contendentibus, ¶ *Confucius etiam (59) venando contendebat. *Si* venando contendere adhuc liceat, ° quanto-magis accipere eorum munera°?

§. XXVIII. *W. t.* ait : *Si-ita-sit, *Confucius° magistratum-gerendo°, *an* non *intendebat* agere (60) doctrinam°?

M. t. ait : (Intendebat) agere doctrinam°.

W. t. ait : (Si intendebat) agere doctrinam, qua-de-causa venando contendebat°?

M. t. ait : *Confucius *cum* (61) prius libro recte-præscripsisset sacrificiorum-tsi vasa, non ex quatuor partium° cibis implebat *vasa* libro præscripta.

W. t. ait : Quare non abibat°?

M. t. ait: *Id* erat (62) °initium.° *Si*, (postquam homines) initium *posse agere *putaverat*°, °non egissent, ° tunc abibat. *Ideo *numquam fuit *regnum in* quo usque ad-finem trium annorum remanserit.

(58) C : Quoties sacrificium *Tsi* offerendum occurrebat, regni *Lou* homines feras venatu quærere, captasque sibi invicem auferre solebant.

(59) C, J : i. e. Confucius hunc morem non prohibebat; non enim dicere vult Mencius Confucium pravam hanc consuetudinem fuisse secutum.

(60) Sic vers. Tart. C, J : *sse-tao*, ad verbum : ex τῷ agere doctrinam, i. e. rectam normam, rem (*sse*), negotium suum facere.

(61) G : Litteras *sian-pou-tching-khi* nemo adhuc clare explicuit. Interpres *Siu* (2,689) ait: Primum libro composito, sacrificiorum Tsi vasa præscripsit; effecit ut numerum certum haberent; neque ex (H) prædis quæ non nisi difficillime ex quatuor regni partibus (C) venatu suppeditabantur, ea vasa instruebat vel replebat; effecit ut certæ et definitæ speciei semper essent.

§. XXIX. * Confucius quando videbat (doctrinam) agi posse°, magistratum-gerebat; quando urbane-excipi poterat°, magistratum-gerebat; quando *publicis-sumptibus-ali (poterat)°, magistratum-gerebat.

Quantum-ad *regulum* Ki houan tseu, videns (doctrinam) agi posse°, magistratum-gessit°; quantum-ad *regni* Weï *regulum* Ling koung, *cum* urbaniter-tractari posset°, magistratum-gessit°; quantum-ad *regni* Weï *regulum* Hiao koung, *cum* *publicis-sumptibus-aleretur°, magistratum-gessit.

§. XXX. Meng tseu ait: ¶ Tò magistratum-obire, non (63) causa paupertatis°; sed sunt tempora ubi (64) causa paupertatis. Tò *uxorem-ducere, non causa (65) alimonii°; sed sunt tempora ubi causa (66) alimonii. Qui (67) causa paupertatis, recusat honorificam (dignitatem) *et* habitat-in humili, recusat divitias *et* habitat-in paupertate.

(62) Sic B, C, H, J. C: Doctrinam suam in praxim redigendi *principium* paulatim experiri volebat, ut illam observatu haud ita difficilem esse ostenderet. Interpres A litteram *tchao* vertit *omen*, *præsagium*. *Tchao* proprie significat: ustulati testudinis tegumenti ope, divinare, præsagia ducere: hic tropice accipitur.

(63) J: Litteratus, officium obeundo, rectam normam alios docere, populosque sublevare (E), solummodo intendere solet.

(64) J: Quando egestate premitur, vel senes parentes alendos habet.

(65) E: Vir uxorem ducere solet, ut filios sui nominis hæredes habeat.

(66) Melius Græce: ἕνεκα τοῦ τρέφεσθαι.

(67) J: Virum qui officium, non paupertatis causa, obit, clara dignitate potiri, ingentesque reditus accipere licet; si vero paupertatis causa munus publicum gerat,..

§. XXXI. Qui recusat honorificam (dignitatem) *et* habitat-in humili, *qui* recusat divitias *et* habitat-in paupertate, *quomodo (68) oportet°? Circumeat (i. e. custodiat) urbis-portas *aut* pulset (69) ligneum-crepitaculum.

* Confucius *fuit horrei-publici-præfectus°. Aiebat : *Dum* (70) *summam-pernumero, *si* (computatio) congruat° (71), nihil (72) superest°. Fuit *agrorum-præfectus°. (73) Aiebat : *Si* boves *et* oves *sint* pingues, validi *et* grandes°, nihil-restat° (72).

§. XXXII. *Si* dignitas *tua* humilis *sit*, et loquaris (74) grandia, peccatum *est*°; *si*, *te* stante in principis° (75) *palatio, °recta-norma non agatur, probrum *est*°.

§. XXXIII. Wan tchang ait : Litteratum° (76) non inniti (77) *regulis, quomodo *fit*°?

Meng tseu ait : *Quia* non audet°. ¶ *Regulos, *quando*

(68) J : I. e. quodnam officium obire debet?

(69) E : Lignum quod viri nocturnas excubias agentes identidem pulsabant.

(70) Sic Tart. vers. H : *Khouaï*, i. e. totam summam, *ki*, i. e. summæ aliquam partem, ad calculos vocare.

(71) H : Gall. *si mes comptes sont clairs et exacts.*

(72) Nihil mihi superest agendum.

(73) J : Hortorum, septorum et pascuorum præfectus.

(74) J, H : Loqui de iis quæ ad excelsam regni aut Domûs administrationem pertinent.

(75) Sic B. Tart. vers. : in regno.

(76) J : Mencius de eo loquitur qui magistratum nondum adeptus est.

(77) J : I. e. licet magistratum non obeat, annuos reditus a principe accipere.

amiserunt regnum°, deinde * inniti * regulis, ritus *est*•; litteratum° inniti * regulis, non ritus *est*°.

Wan tchang ait: *Si* princeps det illi milium, tunc accipit-*ne* illud•?

M. t. ait: Accipit illud.

W. t. Tò accipere, * qua-æquitate• (78)?

M. t. ait: Princeps° erga populum° (79): debet (80) opitulari illi.

§. XXXIV. *W. t.* ait: Principe opitulante°, tunc accipere; dante•, tunc non accipere, quomodo°?

M. t. ait: *Quia* non audet°.

W. t. ait: Ausim interrogare: Eum non audere, quomodo *fit*•?

M. t. ait: Qui circumit (i. e. custodit) urbis-portas, *qui* pulsat ligneum-crepitaculum, uterque, *quia* habent perpetuum officium, comedunt° (reditus datos) a superiore, i. e. principe; qui, carens perpetuo officio, donatur (80[a]) a superiore, * censetur * expers-reverentiæ•.

§. XXXV. *W. t.* ait: *Si* princeps det (milium), tunc accipit illud; * nescio *an* possit semper continuare° (81)?

M. t. ait: Mou koung° erga Tseu sse°, sæpe (82) in-

(78) Si litteratum munus a principe accipere æquum est, cur non stipendia? Quomodo fit ut munus, illæsa æquitate, accipere queat? Aliter J: I. e. quid intelligis?

(79) J: Litteratus qui magistratum nondum obiit, unus e plebe habetur.

(80) Sic B, C. Alii vertunt *sane, profecto*.

(80[a]) Qui, ministri dignitate vacuus, ministri stipendia accipere non erubescit.

(81) J: Continuare hujusmodi munera.

(82) J: Mittebat homines qui percontarentur utrum valeret, necne.

terrogabat, sæpe dabat *coctam-carnem. Tseu sse non gavisus-est. *Tandem° (83), manu-innuens ¶ *viris-missis, *eos* exire-fecit *extra (84) magnam portam•; *tum* *vultu ad-boream-converso (85), *demisso*que*-in-terram-capite, bis salutans et non accipiens, ait: *Nunc-demum scio principem° *instar* canis *aut* equi alere Ki, i. e. me. » Porro *exinde præfecti non-amplius obtulerunt (cibos)°. *Si* amans sapientes, non-possit *eos* promovere, *et* præterea non possit alere•, potest-*ne* dici amare sapientes°?

§. XXXVI. *W. t.* ait: Ausim interrogare: *Si* regni princeps cupiat alere *sapientem, *quomodo *ut* continuo possit dici aluisse•?

M. t. ait: *Si* ex principis mandato offerant°, bis salutans, *demisso*que*-in-terram-capite, °accipit. *Postea *regii* *horrei-custodes continuant (86) milium, culinæ homines continuant carnem, nec *amplius* ex principis mandato offerunt• (87).

Tseu sse *existimabat: « *Si ob* *coctas-carnes faciat me *molestum-in-modum sæpius salutare•, *id* non *est* alendi *sapientem° norma•. »

§. XXXVII. Yao° erga Chun°: jussit (88) suos filios, novem viros, servire illi; duas filias *illi* dedit-uxores°; centum præfectos *accingi*, boves, agnos, horrea com-

(83) H: Gall. *à la fin*, i. e. quando cibos oblaturi ultimo venerunt.

(84) Idem ac *iu* (3,829)-*ta-men-tchi-waï*. Cf. supra, *not.* 52.

(85) J: Quasi coram principe esset.

(86) I. e. subministrare pergunt.

(87) J: Ne sapiens crebris salutationibus, gratias toties agendo, defatigetur.

(88) Cf. supra, *cap.* III, §. III, *not.* 12.

plete-parari *jussit*, ut aleret Chun in *agrorum° medio; deinde promovit illum et dedit ¶ illi excelsam dignitatem. Ideo dicitur imperatoris *aut* reguli more honoravisse (89) *sapientes°.

§. XXXVIII. Wan tchang ait : Ausim interrogare : *Sapientem* (90) non invisere *regulos, *quomodo°?

M. t. ait : *Si* sit-in regno dicitur (91) fori *et* putei° subditus; *si* sit-in agris, dicitur *herbarum-silvestrium° (92) subditus : uterque vocantur *plebei-homines. Plebeios-homines, *quando* (93) non fuerunt ministri, oblato *prius* munere (94), non audere *invisere *regulos, ritus *est*°.

§. XXXIX. Wan tchang ait : *Plebeios-homines, *si* (princeps) advocet illos *ad* operam-tributariam, ire-ad operam-tributariam; (litteratum), *si* princeps, cupiens videre eum, advocet eum, tunc non ire visum illum, quomodo *fit*°?

M. t. ait : Ire-ad operam-tributariam (94[a]), æquum *est*°; ire visum, non (95) æquum *est*°.

(89) Cf. supra, *not.* 43.

(90) Innuit Mencium.

(91) Aliter versio Tart. : Itineris et viæ subditus. J : Vir muneris expers ad publicum puteum itare ac sæpius in foro versari solet; ideo sic vocatur. — E : Regnum, i. e. urbs regia.

(92) Aliter vers. Tart. : Herbarum silvestrium instar subditus.

(93) Sic vers. Tart. Aliter nonnulli : Qui non obtulerunt munus ut essent ministri.

(94) J : Munus quod litteratus, officii obtinendi cupidus, principem invisendo offerebat.

(94[a]) J : Plebeii hominis officium est principi tributariam operam navare.

(95) J : Litteratus magistratum non adeptus, regulos sponte invisendo, conditionis suæ terminos excedit.

§. XL. Porro principem °cupere videre illum°, *quade-causa°° ?

W. t. ait : Quia ille multum (96) audivit°, quia ille sapiens *est*°.

M. t. ait : *Si* quia ille multum audivit° (97), tunc *imperator non advocat magistrum *suum;* *quanto-minus *regulus° ! *Si* quia ille sapiens *est* (98), tunc ego nondum audivi (principem) cupientem videre sapientem° advocasse illum ¶.

§. XLI. Mou koung *cum* sæpius *invisisset Tseu sse, ait : Antiquitatis mille quadrigarum° principes° amicitiam-junxisse-cum litteratis, *quomodo° ?

Tseu sse *stomachatus ait : *Antiquitatis *homo **dixit : (100) Serviat illi°° ! Numquid dixit : Amicitiam-nectat-cum illo°° ?

Tseu sse° *stomachatus-est°; *nonne (quia intra se) dixit : Quantum-ad dignitatem, tunc tu princeps *es*°, ego subditus°; quomodo ausim cum principe amicitiam-nectere°; quantum-ad virtutem, tunc tu *ille es* qui servis mihi; quomodo *posses *mecum amicitiam-nectere°? » *Si* mille quadrigarum° principes, quærentes cum illis (101)

(96) J : I. e. quia multa didicit, quia multa scientia instruitur. Melius græce : Διὰ τὸ αὐτὸν πολλὰ ἀκηκοέναι, διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι σοφόν.

(97) J : Adde : eum magistri loco habet.

(98) J : Suæ potentiæ oblivisci, eumque invisere debet; ego enim..

(99) J : Hinc patet principem non posse litteratum accersere, nec litteratum, muneris adhuc vacuum, adire principem.

(100) J : Princeps litteratum virtute insignem ut magistrum suum habere et revereri tenetur.

(101) C : Cum illis litteratis de quibus modo locutus est *Moukoung*.

amicitiam-jungere°, non poterant *id* obtinere°, * quanto-minus potuissent advocare° ?

§. XLII. *Regni* Thsi *regulus* King koung (102) venaturus, advocavit *regii-septi-præfectos cum * vexillo. *Quum* non venissent, * jam-jam-occisurus-fuit illos.

« * Recti-tenax-vir non obliviscitur *se projiciendum* fore-in fossam *aut* montis-canalem ; fortis vir non obliviscitur *se* perditurum suum caput. »

* Confucius quare assumpsit (103)°? Assumpsit *quia* (accersiti) non ¶ sua *ipsorum* accersitûs-tessera, non venerunt °.

W. t. ait : Ausim interrogare : *Ad* accersendum * regii-septi-præfectos, * qua-re-utitur ?

M. t. ait : Utitur pellito pileo. *Quoad* * privatos-viros, utitur vexillo-serico-flammei-coloris-absque-ornatu ; *quoad* litteratos, utitur vexillo-duobus-draconibus-intertextis-ornato ; *quoad* * primarios-præfectos, utitur vexillo-plumeis-globulis-quinquecoloribus-in-summo-hastili-pendentibus-ornato.

§. XLIII. *Cum* utendo * primariorum-præfectorum ° accersitûs-tessera accersivisset * regii-septi-præfectos, * regii-septi-præfecti, *vel* morte *instante*, non ausi-sunt ire ; *si* utendo litteratorum° accersitûs-tessera accersivisset * privatos-viros, * privati-viri numquid ausi-essent venire ° ? * Quanto-minus *si*, utendo * insipientis (104) viri ° accersitûs-tessera, accersat sapientem virum ° ?

§. XLIV. *Si* cupiens videre sapientem virum °, non

(102) *Cf.* supra, *tom.* I, *cap.* VI, §. I, et *not.* ibid.

(103) H : In medium adduxit τὸ eos non venisse.

(104) A : Si eum, tanquam virum ignobilem, nullo prius oblato munere, arcessat.

utatur idonea (105) norma, *id est* quasi cupiens eum ingredi°, occluderet° portam°. °Æquitas, via *est;* urbanitas, porta *est* °. Solum *sapiens potest incedere hac via, exire et ingredi hac porta°. Carmen (106) ait: « Magna (107) via *est* (plana) sicut molaris-lapis (108); illa *est* recta sicut sagitta; *est* ea-quam *sapientes sequuntur, ea-quam exigui homines (109) ¶ a-longe-prospiciunt. »

§. XLV. Wan tchang ait : *Confucius, *si* principis mandato accerseretur, non exspectans currum°, ibat. *Si ita-ita-sit, *numquid* *Confucius male *agebat*°?

M. t. *Confucius *cum* tunc, ad-magistratum-evectus, haberet præfecturæ munus, °propter ejus præfecturam accersebat eum°.

§. XLVI. Meng tseu alloquens Wan tchang ait: Unius pagi° probus (i. e. probissimus) litteratus, statim amicitiam-jungit-cum unius pagi° probis litteratis; unius regni° probus litteratus, statim amicitiam-jungit-cum unius regni° probis litteratis. *Imperii° probus litteratus, statim amicitiam-jungit-cum *imperii° probis litteratis.

§. XLVII. *Existimans τὸ amicitiam-jungere-cum *imperii° probis litteratis non sufficere, adhuc altius-ascen-

(105) C : Si sapiens prope habitet, eum ipsemet invisere debet princeps; si procul, legatos eum suo nomine invitaturos mittere; hæc est idonea arcessendi norma.

(106) Liber Carminum, tom. *Ta-ya*, od. *Ta-toung* (1,797-899).

(107) Sic H et utraque versio Tartarica. Noël litteram *tcheou* perperam vertit *familiam Tcheou*, dum contra adjectivi vice fungitur. H : Magnam (*tcheou*) æquitatis et rituum viam intelligit Mencius.

(108) Perperam Noël : *Ut pumex*.

(109) J : Eam ante oculos assidue habent ut exemplum quod imitentur.

dens perpendit antiquitatis° homines, concinit eorum versus, legit eorum libros. *Si* non nosset illos viros (110), posset-*ne*°°? *Ideo perpendit eorum sæculum°. *Illud* est ascendendo (111) amicitiam-jungere°.

§. XLVIII. ¶ *Regni* Thsi Siouan wang *cum* (112) interrogasset-de primariis-præfectis, Meng tseu ait : Rex dequibusnam primariis-præfectis° interrogas°?

Rex ait : Primarii-præfecti *an* non *sunt* similes?

M. t. ait : Non *sunt* (113) similes. Sunt nobiles *et* consanguinei° primarii-præfecti ; sunt (114) diversæ familiæ° primarii-præfecti.

Rex ait : Velim interrogare-de nobilibus *et* consanguineis° primariis-præfectis.

M. t. ait : *Si* princeps habeat magnam culpam (115), tunc admonent. *Si* *sæpius-iterata (reprehensione), non audiat, tunc mutant *ejus* (116) dignitatem.

§. XLIX. Rex *commotus **mutavit-vultûs-colorem.

(110) C : Si veterum dicta factave tantummodo perpenderet, nec intimos eorum animi sensus sciret penetrare, numquid illustres hos viros, quasi coætaneus, examinare (*chang-lun*) dici posset?

(111) J : Illud est, cum veteribus amicitiam inire, eorumque virtutes suas facere.

(112) J : Rogavit quodnam foret primarii præfecti munus, qua potissimum causa constitueretur.

(113) J : Primarii præfecti non omnes ejusdem gradûs et ordinis sunt.

(114) J : Quando princeps ad hoc munus non consanguineos, sed sapientes sibi sanguine alienos promovet.

(115) J : Gravem culpam quæ regni ruinam invehere potest.

(116) J : Peccantem principem dignitate exuit, eamque in virum sapientem transfert, qui ejus loco frugum et terræ sacrificiis præsit.

M. t. ait : Rex ne miretur°; *cum* rex interrogaverit subditum, subditus non ausus-est non * juxta-veritatem respondere.

Rex colore stabilito, i. e. vultu serenato, * deinde voluit interrogare-de diversæ familiæ primariis-præfectis.

M. t. ait : *Si* princeps habeat culpam, tunc admonent; *si* * sæpius-iterata (reprehensione) non audiat, tunc abeunt, i. e. abdicant.

MENG TSEU.

EX TYPIS EBERHARTI,
COLLEGII REGII GALLIÆ TYPOGRAPHI,
Viâ dictâ du Foin S.-J. n. 12.

MENG TSEU

VEL

MENCIUM

INTER SINENSES PHILOSOPHOS,

INGENIO, DOCTRINA, NOMINISQUE CLARITATE,

CONFUCIO PROXIMUM,

EDIDIT, LATINA INTERPRETATIONE, AD INTERPRETATIONEM TARTARICAM UTRAMQUE RECENSITA, INSTRUXIT, ET PERPETUO COMMENTARIO, E SINICIS DEPROMPTO, ILLUSTRAVIT

STANISLAUS JULIEN,

SOCIETATIS ASIATICÆ PARISIENSIS ET LONDINENSIS SOCIUS.

SOCIETATIS ASIATICÆ ET COMITIS DE LASTEYRIE IMPENSIS.

PARTIS POSTERIORIS CONTINUATIO.

LUTETIÆ PARISIORUM.

M D CCC XXIX.

MENCII

LIBER SECUNDUS.

CAPUT V.

*Tractatûs Kao tseu pars prior.**

§ I. ¶ KAO TSEU ait : natura veluti salix viminalis *est;* æquitas, veluti poculum. Hominis naturam facis humanitatem *et* æquitatem, quemadmodum salicem viminalem facis poculum.

Meng tseu ait : tu potes-ne (1) sequi salicis viminalis naturam et eam facere poculum ? Necesse est lædere *et* damno afficere salicem viminalem, ut deinde eam facias poculum. Si necesse sit lædere *et* damno afficere salicem viminalem ut eam facias po-

* In hac ultima parte asteriscos, circulos, etc., quorum usum vide, Libr. I, p. xxxj, consulto sustuli, non ut me levi sane difficultate liberarem, sed ne viros qui, primum Mencii librum et mediam secundi partem legendo, jam multum in linguæ sinicæ studio profecerunt, veluti rudes adhuc tirunculos habere viderer. Paucas etiam perbrevesque notas hic sufficere putavi, utpote qui præcipuas Mencii difficultates in præcedentibus capitibus fuse explicuerim. Si quid forte desideretur, id locupletissimus index, in dictionarioli morem dispositus, abunde suppeditabit.

(1) A, C, H, J : Salicis ramusculos, quales natura sunt, intactos relinquere, videlicet eos nec resecare, nec contorquere, ut texendo poculo idonei fiant.

culum, tunc num etiam necesse est lædere *ac* damno afficere hominis naturam, *ad* illam faciendam humanitatem *et* æquitatem? Tò inducere (2) imperii homines ad (3) subvertendam humanitatem *et* æquitatem, profecto *in* tuo sermone *est*.

§. II. Kao tseu ait: natura *est* velut rapide fluens aqua. *Si* derives illam ad orientem, tunc ad orientem fluit; *si* derives illam ad occidentem, tunc ad occidentem fluit. Hominis natura non distinguit inter bonum *et* malum, veluti aqua non distinguit inter orientem *et* occidentem.

¶ Meng tseu ait: aqua profecto non distinguit inter orientem *et* occidentem; numquid non distinguit inter (4) sursum *et* deorsum? Hominis natura bona *est*, veluti aqua it (*i. e.* fluit) deorsum. Homo nullus est non bonus; aqua nulla est non *fluens* deorsum.

§. III. Nunc aqua, *si* percutiendo facias subsilire illam, potes efficere *ut* transcendat frontem; *si*, objecta mole cohibendo, facias ire (refluere) illam, potes

(2) J: Istis verbis, quibus humanitatem et æquitatem non homini innatas, sed ex ejus natura, educationis ope, conflari asseris, homines ad hoc induci possent, ut has virtutes, tanquam sibi non omnino necessarias, cæca mente, negligerent.

(3) J: *Ho* significat *abjicere* (*Khi*, 4, 291). Alii, quibus assentit Tartaricus interpres, vertunt *destruere*, *perimere*.

(4) J: Aqua profecto vel ad orientem, vel ad occidentem, fluere potest; sed locos declives, neutiquam vero arduos, natura petit.

efficere *ut* ascendat montem. Illud numquid aquæ natura *est?* Ista (5) vi, tunc sic *accidit.*

Homines possunt (6) adduci *ad* agendum malum. Eorum natura etiam *est* sicut (7) illud.

§. IV. Kao tseu ait: vitam (8) voco naturam.

Meng tseu ait: an vitam vocas naturam, veluti album (9) vocas album?

K. t. ait: ita.

M. ait: An albæ plumæ albedo *est* velut albæ nivis albedo? *an* albæ nivis albedo *est* velut albi iu (10) albedo ¶?

K. t. ait: ita.

§. V. *M.* si ita sit, an canis (11) natura *est* velut bovis natura; bovis natura, velut hominis natura?

(5) H : Aqua, non sponte sua nec prono impetu, sed ista vi qua eam percutis vel mole objecta coerces, frontem tuam transcendit aut supra montem attollitur.

(6) J : Homines pariter, cæca cupiditatum *vi* impulsi, innatam cordis bonitatem, humanitatem et æquitatem deserere cogi possunt.

(7) C : Homines, veluti aquæ, de quibus supra, in ea quæ naturæ suæ repugnant, sæpius, sui obliti, nituntur.

(8) J : Intelligit *Kao tseu* id quo homines sentiunt et se movent.

(9) J : Quamlibet rem albam, vel cujuslibet rei albedinem, indicat.

(10) C: *Iu*, nomen lapidis pretiosi, quo Sinæ imagines sculptas, vasa, musica instrumenta, *etc.*, conficiunt.

(11) J : *Natura* hic dicitur de ea facultate, qua, sensuum ope, pecudes, haud secus ac homines, percipiunt, sentiunt, moventur. A : sic, quantum ad principium vitale, animantia quidem ab hominibus nullo modo differunt. Si vero innatam hominis naturam spectes, quæ humanitate, æquitate, urbanitate et prudentia, cælitus illi inditis, constat, nonne a brutis animantibus, quorum natura in cæca sentiendi ac se movendi facultate mere versatur, toto cælo differt?

§. VI. Kao tseu (12) ait: esus *et* color, natura (13) *est.* Humanitas *est* interior, non exterior; æquitas *est* exterior, non interior.

Meng tseu ait: quomodo ais humanitatem *esse* interiorem, æquitatem exteriorem?

K. t. ait: *si* ille senior *sit*, nos seniorem dicimus illum; non existit senectus in nobis; perinde ac *si* ille *sit* albus, nos album dicimus illum: quia ejus albedo exterius *existit*; Ideo voco illam (14) exteriorem.

§. VII. *M. t.* ait: (15) *Si* albi equi albedo non differat ab albi hominis albedine, nescio an *dices* τὸ (16) senem dicere equum senem, non differre à τῷ senem dicere hominem senem! Porro dices-ne ¶ *in* seniori homine (17) æquitatem esse, *an in* τῷ senem revereri æquitatem *esse*?

(12) *Kao tseu* errorem suum effutire pergit.

(13) J: Facultatem qua cibis aut coloribus delectamur, nascendo habemus; ideo eam voco naturam. Humanitas, quæ in cordis amore consistit, veluti ciborum et colorum amor (*sic*), e nostro corde emanat, ideo illam voco interiorem. Ciborum sapor, et colorum nitor, quibus cibos dulces, colores vero pulchros dicimus, non in nobis, sed in externis rebus, versantur. Judicium illud nobis prolatum de rebus externis quibus delectari *æquum* putamus, est quædam *æquitatis* species; ideo dico: *æquitas* est *extrinseca*, hoc est *extrinsecus* oritur.

(14) H: Illam, i. e. æquitatem.

(15) Litteras *i iu*, omnium interpretum sententia, redundantes ac mendosas, sustuli.

(16) J: Ubi senem dicimus equum, ejus senectutem ac annos tantum spectamus; ubi vero hominem dicimus senem, etiam inviti, venerationis sensu movemur.

(17) C: Dices ne illam æquitatem qua senes reverentia dignos habemus, in eorum ætate, quæ nobis extrinseca est, non vero in intimo cordis sensu,

§. VIII. *K. t.* ait: meus frater minor: tunc diligo illum; *regni* Thsin hominis frater minor: tunc non diligo illum. Quia (18) ex me *hoc* affectu moveor. Ideo illam voco interiorem.

Veneror *regni* Thsou hominis senem, etiam veneror (19) meî senem; quia ex senectute *hoc* affectu moveor. Ideo illam voco (20) exteriorem.

M. t. ait: τὸ libenter comedere *regni* Thsi (21) hominis tostam carnem, non differt à τῷ libenter comedere (22) meî tostam carnem. Hæ (23) res, tunc etiam habent similitudinem. Cum res ita sit, numquid τὸ libenter comedere tostam carnem etiam exterius est?

§. IX. Meng ki tseu interrogans Koung tou tseu ait: quare (Meng tseu) vocat æquitatem interiorem?

residere! Porro, cum illa reverentiæ æquitas in nobis vigeat ac reperiatur, sequitur illam esse nobis intrinsecam, hoc est, veluti humanitatem, e nostro corde oriri.

(18) Tartaricus interpres: Ex me uno oritur hic animi affectus. J: Hic animi affectus à me uno pendet; nemo illum a me extorquere valet, i. e. ad hunc potius quam illum amandum me cogere nemo potest.

(19) Id est: meum patrem, vel aliquem e mea familia qui mihi annis senior est.

(20) J: Æquitatem.

(21) I. e. Carnem a regni Thsi homine tostam.

(22) I. e. Carnem a me tostam.

(23) J: Utriusque ferculi tosta caro meum appetitum, quemadmodum utriusque senis provectior ætas meam venerationem, movet. Quia videlicet gustus quo tostam carnem palato meo jucundam, ac animi sensus quo senem veneratione dignum, judico, mihi sunt intrinseci. Unde patet æquitatem nobis esse intrinsecam.

K. ait: expromimus *corde* nostram reverentiam, ideo illam vocat interiorem.

§. X. *M. k. t. ait: Si* pagi homo uno anno senior *sit meo* fratre natu majore, tunc utrum reverebor?

K. t. Ait: revereberis fratrem natu majorem.

M. k. t. Si vinum infundam, tunc utri prius?

¶ *K.* Ait: prius infundes vinum pagi homini.

M. k. t. ait: *Si* τὸ revereri (24) sit in hoc, *si* τὸ honorem exhibere sit in illo, revera est in extrinseco, non est ab intrinseco.

§. XI. Koung tou tseu non potuit respondere. Illud dixit Mencio.

Meng tseu ait: (quære ab eo) « an revereris patruum, an revereris fratrem minorem »?

Ille profecto dicet: revereor patruum.

Dic *illi*: *si* (25) frater minor avi spiritum repræsentet; tunc utrum revereberis?

Ille profecto dicet: reverebor fratrem minorem.

Si tu quæras (26) in quo situm sit τὸ eum revereri patruum.

Ille profecto dicet: quia (27) stat in sede.

(24) A: Si a fratris majoris conditione ... si ab hospitis conditione pendeat, revera a rebus externis, non a me ipso, sive a meo corde, hæc reverentia, hic honor exhibendus, venit.

(25) C, J: Si in parentalibus majorum defunctorum cæremoniis, vel frater minor avi personam agere jubeatur, eum omnes haud secus ac ipsum avum revereri debent, quia nempe ipsius avi locum tenet eumque repræsentat.

(26) J: Qua de causa jam non patruum, sed fratrem minorem revereatur.

(27) C: Fratrem minorem revereri antehabeo, quia avi, cujus majori quam patrui reverentia tangor, personam repræsentat.

Tu etiam dic *illi:* quia (28) stat in sede. Tò constanter (29) revereri est in fratre majore; τὸ brevi momento revereri est in pagi homine.

§. XII. Ki tseu audiens illud ait: (cum debeo) revereri (30) patruum, tunc revereor, revereri fratrem minorem, tunc revereor. Revera est in extrinseco, non oritur ab intrinseco.

Koung tou tseu ait: hyemis tempore, tunc bibo calidam, æstatis tempore, tunc bibo frigidam. ¶ Cum ita sit, numquid τὸ bibere et τὸ comedere etiam sunt in extrinseco (31)?

§. XIII. Koung tou tseu ait: Kao tseu ait: natura (32) non bona, non mala *ẻst.*

(28) H: Nuper homini alienigenæ, prius quam fratri majori, vinum obtuli, quia hospitis agebat personam, quæ fratris conditioni, in convivio, longe præstat. *Stat in sede,* i. e. hospitis locum tenet.

(29) H: Sed fratrem majorem, aut patruum reverentia constanti ac perpetua prosequimur, dum contra non nisi brevem ac quasi temporaneum honorem viro alienigenæ, ut pote hospiti, fratri minori, ut pote avi spiritum repræsentanti, exhibemus.

(30) H: *Ki tseu,* ex his Mencii documentis, quæ ejus captum superant, vitiose concludit illam venerationem tum e fratris, tum ex patrui conditione oriri.

(31) A: *Koung tou tseu,* Mencii mentem assecutus, propositam difficultatem facile expedit. H: Quamvis aqua sive calida sive frigida mihi extrinsecâ sit, tamen id quod deliberat an hanc vel illam bibere oporteat, mea mens est. Quamvis meus patruus sive meus frater minor mihi sint extrinseci, tamen id quod deliberat an hunc vel illum revereri me oporteat, mea mens est. Ideo æquitas, quæ ex intimo mentis meæ judicio nascitur, mihi intrinseca est.

(32) A, J: Hominem nascentem nemo bonum, nemo malum dicere potest; sed virtutem aut vitium ex educatione et aliorum exemplis haurit.

Quidam aiunt : natura potest fieri bona, potest fieri mala. Ideo *ubi* Ven (33) *et* Wou exsurrexerunt, tunc populus amavit bonum; *ubi* Yeou *et* Li exsurrexerunt, tunc populus amavit (34) sævitiam.

§. XIV. Quidam aiunt : existit (35) natura bona, existit natura mala. Itaque *cum* Yao esset princeps tamen exstitit Siang ; *cum* Kou seou esset pater, tamen exstitit Chun ; *cum* Tcheou esset (36) fratris majoris filius, ac præterea esset princeps, tamen exstiterunt Weï tseu ki, *et* regia stirpe ortus Pi kan.

Nunc ais naturam *esse* bonam. Si res ita sit, an illi (37) omnes errant?

§. XV. Meng tseu ait : *si* (38) sequatur animi affectum, tunc potest esse bonus. Ideo dico, (39) bona *est*. ¶ Si agat malum, non *est* cælitus inditæ facultatis culpa.

(33) *Wen wang* et *Wou wang*, optimi imperatores fuere, quemadmodum *Yeou wang* et *Li wang* pessimi et sævissimi.

(34) E et G litteram *pao* interpretantur *turbas, tumultus*. E, alio loco : *pao* significat, *malum*, *nequitia*.

(35) A : Quidam nascuntur ita boni, alii ita pravi, ut nec hi bonorum exemplo meliores fieri, nec illi pravorum societate depravari queant. Imperator *Yao* (E) subditum suum *Siang* ad virtutis studium convertere non potuit ; improbus pater *Kou seou* filium suum *Chun* pervertere nequivit.

(36) G : *Wei tseu ki* et *Pi kan*, nefandi imperatoris *Tcheou* patrui erant. Idem interpres aliquid mendæ huic Mencii loco subesse putat. J : Vel grassante imperatoris *Tcheou* tyrannide, *Weï tseu ki* et *Pi kan* virtutibus suis claruerunt.

(37) H, J : Tres illi viri de quibus supra, nempe *Meng ki tseu, Koung tou tseu* et *Kao tseu*.

(38) Si homo innatis animi motibus obtemperet etc.

(39) A : hominis natura, bona est.

§. XVI. Misericordiæ animum homines omnes habent; pudoris (40) *et* odii animum homines omnes habent; observantiæ *et* reverentiæ animum homines omnes habent; (41) approbationis *et* vituperationis animum homines omnes habent.

Misericordiæ animus, humanitas *est*; pudoris *et* odii animus, æquitas *est*; observantiæ *et* reverentiæ animus, urbanitas *est*; approbationis *et* vituperationis animus, prudentia *est*. Humanitas, æquitas, urbanitas, prudentia, non ab extrinseco conflatæ sunt in nobis; nos ab-initio habemus illas: solummodo non (42) cogitamus.

Ideo dicitur: *si* quæras, tunc assequeris illas; *si* relinquas, tunc amittis illas. Quidam (43) alii-ab-aliis (discrepuerunt) duplo, quintuplo, (44) *quidam* inexputabili numero, qui non potuerunt exhaurire suam cælitus-inditam-facultatem (45).

(40) Pudor quem ex propriis culpis, persentimus, odium quod aliena nequitia in nobis movet.

(41) Sic ad verbum, juxta utramque versionem Tartaricam. *Chi*, est bonum, virtutem *probare*, *laudare*, *fei* vero vitium, improbitatem *vituperare*.

(42) A, C: Non cogitamus nec in nostro corde quærimus eas virtutes, (humanitatem, æquitatem, urbanitatem et prudentiam) quas, ab initio cælitus inditas, possidemus.

(43) C: Ubi has virtutes amisere, continuo in malum delapsi, a viris bonis plus minusve differunt.

(44) Alii, a viris bonis immensum quantum distant.

(45) J: Ex qua misericordiæ, pudoris et odii sensus (vide supra), velut e fonte defluunt.

§. XVII. Chi king (46) ait: *A* cælo producta multitudo populi habet materiam (47), habet formam *seu* regulam. Populo cælitus indita natura *est*. Amat hanc pulchram virtutem.

Confucius ait: qui fecit hos versus, ille noverat (48) viam! Itaque *si* habeat materiam, necessario habet formam *seu* regulam. *Hæc est* ¶ populo (49) cælitus indita natura; ideo amat hanc pulchram virtutem.

§. XVIII. Meng tseu ait: divitibus annis, *e* populo multi boni (50) *sunt; in* infelicibus annis, *e* populo multi improbi. Non *quod* cælitus demissa (insita) facultas ° differat, *sed quia* illi præcipitarunt *et* immerserunt (51) suum cor, sic (52) *accidit.*

§. XIX. Nunc triticum seris *ac* humo cooperis. Hæc terra eadem, sationis tempus præterea idem *fuit.* Abundanter crescit *et* quando venit (53) solstitii tempus, simul maturum est. Quamvis existat inæ-

(46) A: Liber Carminum, tomo *Ta ya* (1,797 - 11,889), oda *Tching min* (5,431 - 4,822).

(47) J: Materiam, i. e. corpus; formam, i. e. rectam rationem. *Tse* est *regula* (4,917); homo enim actus suos, recta ratione, tanquam *regula*, (I: 9,866) dirigit.

(48) A, H, J, Z: Noverat hominis viam, i. e. hominis affectus perfecte noverat.

(49) Sic Tartarici interpretes. J: *ping*, i. e. tenere, custodire, *i*, i. e. constans. Quasi dicas (Z) illa natura quam homo nascens semper accipit, tenet, habet, fovet.

(50) E: *lai*, i. e. *chen* (1,322) bonus.

(51) Z: Cor suum in cæcis cupiditatibus demerserunt.

(52) J: Sic in vitium nititur.

(53) J: Ea anni tempestas qua terræ fruges maturitatem assequuntur.

qualitas (54), tunc terra habuit *hic* pinguitatem; *illic* sterilitatem, pluviæ *et* roris alimonia *ac* hominis labor non *fuerunt* æquales.

§. XX. Idcirco quæcumque ejusdem speciei *sunt*, *hæc* omnia mutuo similia (55) *sunt*. Quare solummodo, quoad hominem, dubitas de hoc. Sancti viri nobis specie similes *sunt*.

§. XXI. Ideo (56) Loung tseu aiebat: *si* (quis), non noscens pedem, faciat (57) calceamen, ego scio eum non facturum cophinum. Calceamina ¶ mutuo (58) similia sunt, imperii hominum pedes similes sunt.

§. XXII. Os, quoad sapores, habet similem (59) appetitum, *quia* I ya (60) prius invenit id quod nostrum os amat.

Si, quoad sapores, ejus oris natura ab hominibus discrepuisset, veluti (*os*) canum *et* equorum *qui* nobis non ejusdem speciei *sunt*, tunc (61) imperii homines,

(54) J: Si multam hic, exiguam illic segetem colligis, id inde venit quod.

(55) J: Eamdem naturam habent. Quare igitur solum hominem ejusdem ac alii homines naturæ esse dubitas?

(56) E: *Loung tseu*, vir inter veteres sapientia clarus.

(57) J: Calceamen palea seu textili herba confectum.

(58) C: Omnes calcei pedis formam habent, omnes similiter ad pedem apti sunt.

(59) J: Litteræ *chi* proprie significat gallice: *trouver un mets de son goût, le goût qu'on a pour tel ou tel mets.*

(60) E: *I ya* erat magistratus in regno *Thsi*, sub principe *Wan koung* (4,235-612). Arte coquinaria famosus evasit.

(61) Tartaricus interpres: Tunc imperii homines qui amant sapores, quomodo τοῦ *I ya* sapores sequerentur?

(dum cibos) appetunt, quomodo omnes (62) sequerentur I ya quoad sapores.

Quoad sapores, imperii homines necessario appetunt (dapes conditas juxta) I ya, quia imperii hominum ora mutuo similia sunt.

§. XXIII. ° Auris etiam sic. Quoad sonos, imperii homines necessario amant (63) musicæ præsidis Kouang *melodiam*, quia imperii hominum aures mutuo similes sunt.

§. XXIV. ° Oculus etiam sic. Quoad (64) Tseu tou, imperii hominum nullus non sentit ejus pulchritudinem. Qui non sentit ¶ τοῦ Tseu tou pulchritudinem, cæcus est.

§. XXV. Ideo dicam: os, in saporibus, habet similem appetitum; auris, in sonis, habet similem auditum; oculus, in coloribus, habet similem pulchritudinem. Quoad cor, an solum non habet quod similiter (65) approbet (atque amet)?

§. XXVI. Id quod similiter approbat, quid est? Dicitur ratio et æquitas. Sancti viri solummodo primi

(62) I. e. Dapes condire juxta eam artem quam invenit *I ya*. J: *thsoung* gallice: *suivre, se modeler sur, se conformer à*.

(63) Sic Tartaricus interpres; alii legunt *Sse kouang*. E: Meng tseu intelligit *Tseu ye* (2,059-11,374) qui in regno *Thin* (3,920) musicæ præses fuerat.

(64) E: Pulcherrimus juvenis, cujus formæ decorem eximium laudat Liber Carminum, libro *Koue foung* (1,539-12,271) oda *chan yeou fou sou* (2,275-4,028-3,250-9,312).

(65) Sic G, H, J, Z. Perperam Noël.

assecuti sunt id quod nostrum cor similiter approbat. Itaque ratio *et* æquitas recreant nostrum cor quemadmodum caro pecudum (66) recreat nostrum os.

§. XXVII. Meng tseu ait : *montis* (67) Nieou chan arbores fuere pulchræ. Quia illæ confines erant magni regni, ascia *et* securis impetiverunt illas. Possuntne dici pulchræ? Tunc illæ quæ diu noctuque creverant, quas pluvia *et* ros irrigaverant, non caruerunt stolonum *et* surculorum pullulatione. Boves *et* oves insuper deinde depasti sunt (68) illos. ¶ Ideò (mons) sic denudatus est. Homo videns illum *sic* denudatum, putat illum nunquam habuisse arbores. Id numquid montis natura *est?*

§. XXVIII. Quamvis (69) *sic*, quod servatur (i. e. inest) in homine, nonne *est* humanitatis *et* æquitatis

(66) J. *Thsou*, boves et agni qui herbis vescuntur. *Hoan*, canes et porci qui granis vescuntur.

(67) J : *Nieou chan*, mons in regno *Thsi*, ad Euronotum surgens.

(68) J : littera *tchi* ad stolones et surculos refertur.

(69) B : Quamvis forte usque ad vitæ finem, in virtute excolenda, perseverare non possit homo, (quemadmodum prædictæ arbores, quæ tum secure succisæ, tum pecudum morsu depastæ, diu crescere ac pullulare nequiverunt, dices-ne humanitatis et æquitatis sensus homini nascenti non fuisse cœlitus datos? E : *thsun*, i. e. *tsaï* (1,552), inesse. I : Homo pravus evadit, ut primum nativam exuit bonitatem, perinde ac mons denudatus videtur, postquam lignatorum secures virentem ejus silvam demessuerunt. Sed licet naturalis bonitas, diu neglecta aut vitiis contaminata, ex hominis corde penitus evanuisse videatur, nunquam tamen ita exstinguitur ut repullulare non possit.

animus? τὸ eum deseruisse suum natura bonum cor, etiam *est* veluti erga arbores ascia *et* securis *quæ* quotidie impetunt illas. Potest-ne dici (70) pulchrum?

§. XXIX. Quod *ubi* (71) diei nocte (72) repullulavit, *sub* (73) placidam diluculi auram, *quoad* τὸ amare *et* odisse, ad hominem mutuo illud accedit (74) tantillum.

Tunc id quod interdiu (75) agit insuper impedit (76) et perimit (77) illud.

§. XXX. *Postquam* impedivit illud repetitis vicibus, tunc hujus noctis aura vitalis non potest illud conservare. *Ubi* noctis aura vitalis non potest illud conservare, tunc (78) illud distat a brutis non longe i. e. non multum.

Homines videntes illud simile brutis, illud pu-

(70) J: Quasi diceret: cor, cupiditatibus misere lacessitum ac percussum, omne decus amisisse.

(71) Sic J. et plurimi: i. e. nocte quæ diei transacto succedit. Aliter H: de die usque ad noctem. C: loquitur de corde cœlitus dato.

(72) J: Nativam bonitatem revixisse indicat.

(73) C: Quando scilicet mens, sedato cupidinum tumultu, quiescit.

(74) C: Illo tempore, naturalis bonitas sensim emicat, optimæ mentis cogitationes pullulant, atque, si spectes amorem quo virtutem, et odium quo vitia prosequitur homo, ejus mens aliorum hominum menti jam tantillum accedit.

(75) H: Intelligit actiones quæ tum humanitati, tum æquitati repugnant.

(76) *Kao* est proprie alicujus manus manicis impedire.

(77) H: Tantillum illud redivivæ virtutis germen perimit et enecat.

(78) Tunc a brutis, quæ ratione carent, bonumque et malum distinguere nesciunt, non multum differt.

tant nunquam habuisse innatam facultatem. Id numquid *est* hominis *naturalis* (79) affectus?

§. XXXI. ¶ Ideo si obtineat suum alimentum (80), nulla res non crescit; si amittat suum alimentum, nulla res non decrescit, i. e. non perit.

§. XXXII. Confucius aiebat: *si* custodis, tunc remanet, *si* dimittis, tunc perdis. Exeunti, intranti non est *fixum* tempus. Nemo novit ejus directionem. *De*° corde loquitur (81).

§. XXXIII. Meng tseu ait: nolite mirari regem (82) non prudentem (83) *esse*.

Quamvis sit imperii facile crescens (84) res, *si* uno die sole calefiat, *et* decem diebus frigeat, nulla est quæ possit crescere.

Tò meum invisere etiam (85) rarum *erat*. Me regresso, qui (86) frigefaciebant, veniebant.

(79) H: Humanitas et æquitas, natura est; mali amor (*sic*), est affectus; potestas amandi malum, est innata facultas.

(80) H: De montis arboribus ac de hominis corde loquitur.

(81) H: Itaque homines cor suum sedulo curare, fovere, alere debent. Inde (C) accidet ut in omnibus quæ interdiu agent, non nisi nativa bonitas emicabit.

(82) H: Regni *Thsi* regem intelligit.

(83) H: Non posse viros sapientes, mente perspicaci, distinguere, illisque varia administrationis munera committere.

(84) H: Planta, ex omnibus quas imperium vel orbis complectitur, facillime crescens.

(85) H: Hæc respondent verbis: *si uno die.*

(86) A, H: Ut primum a rege discesseram, assentatores et obtrectatores, turmatim ingressi, principis animum, jam virtutis igne paulisper incales-

Ego natis *vel* existentibus germinibus (87) quid (prodesse poteram)?

§. XXXIV. Nunc latrunculorum ludi ars, exigua ars *est*. *Si* non unice applicas animum, *si non* maxime contendis voluntatem, tunc non (88) assequeris. I thsieou universi regni optimus est latrunculis ludere. Si, *dum* I thsieou docet duos homines latrunculos, hic ¶ unus homo, unice applicans animum *ac* maxime contendens voluntatem, solummodo (magistrum) I thsieou audit, (89) alius *vero* homo, licet audiat illum, toto animo arbitretur esse anseres jamjam accedentes, *et* cogitet, tenso arcu *atque* alligata serico fune sagitta, jaculari illos, quamvis cum illo homine simul studeat, numquam æquabit illum. An, propter illud, ejus prudentia non (90) adæquat? Respondeo: (91) non ita. i. e. non ea de causa.

§. XXXV. Meng tseu ait: piscis *est* id quod ego appeto; perna ursina etiam *est* id quod ego appeto.

centem, pravis sermonibus pessimisque consiliis frigefaciebant. I: Hæc respondent verbis: *et decem diebus*, etc.

(87) C: Virtutis germina in regis corde aliquantisper, me adhortante, suborta, illico enecabantur. Numquid prudentiam et virtutem regis improborum societate ita corrupti, perficere adhuc poteram?

(88) H: *Te*, i. e. hanc artem, hunc ludum callere.

(89) H: Mencius regni *Thsi* regulum perstringit, qui sapientiæ præcepta aure tantum, non corde, accipiebat.

(90) *Sc.* alterius viri prudentiam, seu innatam solertiam.

(91) H: Sed quia acri et intento animo non audit.

Cum ambos non possim simul obtinere, relinquo piscem et capio (92) pernam ursinam.

§. XXXVI. Tò vivere etiam *est* id quod ego appeto; æquitas etiam *est* id quod ego appeto. *Quando* utrumque non possum simul obtinere, relinquo τò vivere et capio æquitatem.

Tò vivere etiam *est* id quod ego appeto. *Cum* id quod (93) ego appeto majoris momenti *sit* quam τò vivere, ideo (94) præter fas (vitam) non * obtineo.

¶ Tò mori *est* etiam id quod ego odio habeo. *Cum* id quod (95) odio habeo gravius *sit* quam τò mori, ideo *in* calamitate (periculo), non * fugio.

§. XXXVII. Si eorum quæ homines exoptant nihil superaret τò vivere, tunc omnia quibus possent obtinere vitam numquid non adhiberent?

Si eorum quæ homines oderunt nihil superaret τò mori, tunc omnia quibus possent effugere *mortis* calamitatem, numquid non facerent?

Cum res (96) ita sit, tunc *licet* viveret, tamen

(92) H: Quæ piscem exquisito sapore multum superat.

(93) H: *Sc.* æquitas.

(94) Malo, æquitatem amplexus et secutus, mortem oppetere, quam, eam transgressus, vivere.

(95) H: *Sc.* iniquitas. Cum iniquitas periculo mortis præponderet, ingruente leto, fugere nolim.

(96) R: Cum hominis cor solam æquitatem amet, tunc, vitam, læsa æquitate, servare non sustinet; cum hominis cor solam iniquitatem

(97) non * adhibet. Cum res ita sit, tunc (licet) posset *sic* effugere calamitatem, tamen non * adhibet, *vel* non * facit.

§. XXXVIII. Itaque τὸ (98) optare vehementius quam vitam, τὸ odisse vehementius quam mortem, non solum sapientes habent hos animi sensus, *sed etiam* homines omnes habent illos. Solummodo sapientes possunt non perdere *illos*.

§. XXXIX. ¶ Unam (99) scutellam orizæ coctæ, unum (100) vasculum jusculi *si* obtineat (101), tunc vivet, *si* non obtineat, tunc peribit.

Si, alta voce vocando, des illi, *vel* incedens *in* via homo non accipiet; *si* postquam pedibus conculcaveris *illa*, des illi, mendicans homo nihili faciet, i. e. respuet *illa*.

§. XL. « Decem (102) millia tchoung : tunc, *si*, non distinguens ritus *et* æquitatem, accipiam illa, decem millia tchoung mihi quid addent ? An propter palatiorum *et* domuum splendorem, *an* (propter) uxoris

oderit, tunc iniquitatis limen ingrediendo, mortis periculum vitare non sustinet.

(97) C : I. e. iniquitate, ut vitæ servandæ vel mortis vitandæ ansa, uti refugit.

(98) I. e. non solum sapientes, sed etiam omnes homines æquitatem magis quam vitam amant, iniquitatem vero magis quam mortem oderunt.

(99) H : *Tan*, vas arundineum.

(100) H : *Teou*, vas ligneum.

(101) J : *Sc.* homo fame laborans.

(102) H : Intelligit dignitatis stipendium. Quamvis, inquit *Meng tseu*,

et concubinæ sustentationem, *an ut* illi quos cognosco pauperes *et* egeni obtineant (103) me?

§. XLI. Nuper propter (104) τὸ ipsum perire, tamen non accipit, nunc, propter palatiorum *et* domuum splendorem, ago illud!

Nuper, propter τὸ ipsum perire, tamen non accipit, nunc, propter uxoris *et* concubinæ sustentationem, ago illud.

Nuper, propter τὸ ipsum perire non accipit, nunc ut illi quos cognosco pauperes *et* egeni obtineant me, ago illud. *Ah* (105) hoc num etiam non possum abstinere?» Id dicitur amisisse suum innatum cor.

§. XLII. Meng tseu ait: humanitas, hominis cor *est;* æquitas hominis (106) via *est.* ¶ Tò relinquere suam viam *et* non sequi *illam;* amittere suum cor *et* non scire quærere *illud*, proh rem miserandam!

§. XLIII. *Si* (homo) amiserit (107) gallinam *aut* canem, tunc scit quærere illos; *si* perdiderit cor, non scit (108) quærere *illud.*

homini innatus sit urbanitatis et æquitatis sensus, quosdam invenias cupiditatum caligine ita obcæcatos ut immensa stipendia, immensas opes, non habita rituum et æquitatis ratione, accipiant. — *Wan tchoung*, 10,000 æris campani mensuræ. *(Noël)*

(103) J: Obtineant mea beneficia, ac se mihi (H) gratos exhibeant.

(104) I. e. quamvis jam jam periturus sit. — Ago illud, i. e. accipio illud (H).

(105) H: Littera *chi* (hoc) indicat τὸ 10,000 æris campani mensuras, propter palatia, uxores, egenos, accipere.

(106) H: I. e. hominis regula, norma.

(107) *Yeou sang*, habet perditum, i. e. perdidit.

(108) H: Non sciunt illud custodire, alere, illi sedulo invigilare.

Doctrinæ (109) recta norma non est *in* alia rè: quærere hoc amissum cor et nihil amplius.

§. XLIV. Meng tseu ait: nunc existit (110) anonymus digitus. Curvatur et non extenditur. Non affert morbum *aut* dolorem, *nec* nocet negotiis. Si *quis* existat qui possit extendere illum, tunc non existimat longinquam *regnorum* Thsin *et* Thsou viam, quia (111) digitus non similis *est* hominibus.

§. XLV. *Si* digitus non similis sit hominibus, tunc scit odisse illud; *si* cor non simile sit hominibus, tunc non scit odisse illud. Id dicitur nescire (112) species.

§. XLVI. Meng tseu ait: *arborem* Toung quam ambabus manibus capias, *arborem* Tse quam una manu contineas, homines si velint educare, omnes sciunt quomodo ¶ alant (113) illas. Quod attinet ad personam (114), non sciunt quomodo alant illam.

(109) H: Litteræ *hio wen* cognitionem *seu* scientiam et actiones complectuntur.

(110) J: Quartus digitus. Perperam Noël *digitus index*.

(111) H: Quia ejus digitus, aliorum hominum digitis, qui recte extenduntur, paululum dissimilis est, ut medicum adeat, longum iter facere non refugit.

(112) H: Nescire quænam res levis momenti sint, quænam gravis momenti.

(113) H: Quomodo plantent, irrigent illas.

(114) J: Littera *chin* os, ventrem, cor et voluntatem complectitur. Nesciunt quomodo cor, partem sui nobilissimam, conservent, foveant, eique sedulo invigilent. Numquid forte homines, se ipsos minus quam pumilas arbores amant!

Numquid τὸ amare personam non adæquat arbores Toung *et* Tse? Valde non (115) cogitant!

§. XLVII. Meng tseu ait : homo quoad corpus, conjuncte illud amat; *si* conjuncte (i. e. totum) illud (116) amet, tunc conjuncte illud alit. *Si* non est *unius* cubiti *aut* unciæ pellicula *quam* non amet, tunc non est cubiti *aut* unciæ pellicula *quam* non alat. Ut examinet ejus (117) bonum *et* malum, numquid existit aliud? In se ipso (118) sumat illud et nihil amplius.

§. XLVIII. *Inter* membra, sunt nobilia (119) *et* ignobilia; sunt (120) exigua *et* magna. Noli (121) propter exigua nocere magnis, noli propter ignobilia nocere nobilibus. Qui alit exigua, est exiguus homo; qui alit magna, *est* magnus homo.

§. XLIX. Nunc existit hortulanus : *si* negligat

(115) Gallice : *C'est le comble de l'aveuglement!*

(116) H, A : Homo omnes sui corporis (sui ipsius) partes pari cura fovet, nullam lædi aut levissimam injuriam pàti sustinet. Vid. *not.* 114.

(117) Ejus, I. e. τοῦ alere. Si scire velit utrum se ipsum bene alat nec-ne, tantum perpendat quamnam sui partem diligentius foveat, curæ habeat.

(118) H : In se animum reducat.

(119) H : Cor et voluntas, domini instar, variis membris imperant, ideo nobilia sunt; os, venter, etc., domini (i. e. cordis) jussa facessunt, ideo ignobilia habentur.

(120) H : De iisdem membris loquitur. *Vid. not.* 119. C : Non solum de corde, aure et ventre, sed etiam de oculis, pedibus, manibus, etc., loquitur.

(121) Sic B. H : Noli, exigua membra alendo, magna negligere, aut iis nocere.

arbores (122) Ou *et* Kia, *et* alat silvestrem zizyphum, tunc censetur vilis (123) hortulanus.

¶ *Si quis* (dum) alebat suum unum digitum, perdiderit suum humerum *et* dorsum, et non sciat, tunc est (124) lupo currenti *similis* homo (125).

§. L. Potui *et* esui dediti homines: tunc alii vilipendunt illos, quia illi, alendo (126) parva, amittunt magna.

Potui *et* esui *dediti* homines, *si* (127) non haberent τὸ amittere, tunc os *et* venter numquid tantum censerentur *unius* cubiti *aut* unciæ pellicula?

§. LI. Koung tou tseu interrogans ait: similes sunt homines. Quosdam existimari magnos viros, quosdam existimari parvos viros, quomodo *fit*?

Meng tseu ait; *Si* obediat suis magnis membris, existimatur magnus homo; *si* obediat suis parvis membris, existimatur parvus homo.

(122) H: Duæ arbores pulcherrimæ, quarum lignum magni æstimatur.

(123) I. e. rudis, artis suæ ignarus.

(124) H: Lupus visu acerrimo præditus est; sed, dum currit, homines ipsi a tergo imminentes, reflexo capite, videre nequit.

(125) H: Quia nempe, dum hanc rem curat, aliam, et quidem majoris momenti, rem negligit.

(126) A: Quia dum os et ventrem, exiguas sane corporis partes, alunt, cor et mentem, corporis duces et dominos, neglectui habent.

(127) H: Si hujusmodi homines cor suum possent etiam sedulo alere, tunc os et venter, a quibus nostra vita pendet, et quæ ideo alere decet, contemptui non esset.

§. LII. *K. t. t.* ait: similes sunt homines. Quosdam obedire magnis membris, quosdam obedire parvis membris quomodo *fit*?

M. t. ait: *quoad* ¶ auris *et* oculi munus, *cum* non cogitent, offuscantur rebus (128). *Si* res (129) occurrant rebus, tunc seducunt illas et actum est. *Quoad* cordis munus, tunc cogitat. *Si* cogitet, tunc (130) assequitur; *si* non cogitet, tunc non assequitur. Hæc (131) *sunt* id quod Cœlum dedit nobis. *Si* (homo) prius (132) firmiter teneat magnum, tunc parva non possunt (133) abripere. *Qui* hæc *agit* est *vel* dicitur magnus homo et nihil amplius.

§. LIII. Meng tseu ait: est Cœli dignitas, est hominum dignitas. Humanitas, æquitas, rectitudo, fides, *ac τὸ* lætari bono indefesse, hæc *sunt* Cœli dignitas. Principatus, supremorum tribunalium præsidis dignitas, primaria præfectura, hæc *sunt* hominum dignitas.

§. LIV. Antiquitatis homines (134) excolebant

(128) H : Sonis, coloribus.

(129) H : Si soni et colores auribus et oculis occurrant.

(130) Z : Illico videt utrum res quas videt aut audit honestæ sint nec-ne.

(131) H : Cor, aures et oculos intelligit.

(132) Z : Si homo cor et mentem nobilissimam sui partem esse sciat, ac, priusquam rerum externarum (C : sonorum et colorum) illicio irretiantur, ea firmiter servare, ac sedulo alere curet, tunc (C) auris ea tantum audiet quæ audienda sunt, oculus ea tantum videbit quæ videre decet.

(133) C : Non possunt cor ad id adducere ut prava rerum externarum visione aut auditione corrumpatur. — *Abripere*, i. e. divertere, seducere.

(134) H : Humanitatem, æquitatem, rectitudinem, fidem excolebant.

Cœli dignitatem, ac hominum dignitas (135) sequebatur.

Hodierni temporis homines, excolendo Cœli dignitatem, quærunt hominum dignitatem. Postquam obtinuerunt hominum dignitatem, abjiciunt Cœli dignitatem. Tunc *id* dementiæ cumulus *est*. Denique necessario (136) pereunt et actum est.

§. ¶ LV. Meng tseu ait: τὸ optare (137) nobilitatem *est* hominum communis animus. Homines omnes habent nobilitatem (138) in semetipsis; tantummodo non (139) cogitant.

Id quod homines nobile putant non *est* cœlitus indita nobilitas. Quos Tchao meng (140) nobiles fecit, Tchao meng potest ignobiles reddere (141).

§. LVI. Carmen (142) ait: inebriavit *nos* ex vino; satiavit *nos* ex virtute! *Id* significat: satiavit *nos* ex

(135) G: Dignitates sponte sua veniebant, i. e. illis (J) minime ambientibus conferebantur.

(136) Aliter A: Collatam ab hominibus dignitatem perdunt.

(137) J: Homines eam nobilitatem quæ ex prædictis dignitatibus oritur, vulgo exoptant.

(138) H: Cœli dignitatem, sc. humanitatem, æquitatem, fidem et rectitudinem, intelligit.

(139) H: rebus externis, nempe cupiditatibus, mentem suam offuscari sinunt.

(140) H: *Tchao meng*, regni *Tsin* reguli primus minister.

(141) H: Homines igitur eam debent excolere ac præcipuo studio habere nobilitatem quam, ipsorum naturæ inhærentem, nemo adimere potest.

(142) A: Liber Carminum tomo *Ta ya* (1.797-11,889), oda *Ki tsoui* (3, 861-11,323).

humanitate *et* æquitate. Ideo (sapiens) non appetit hominum exquisitæ carnis *aut* optimi milii saporem. Bona fama *ac* magnæ laudes conferuntur in ipsum; ideo non exoptat hominum acu pictas vestes.

§. LVII. Meng tseu ait : humanitas vincit inhumanitatem quemadmodum aqua vincit ignem. Qui nunc temporis exercent humanitatem *agunt* velut qui, uno scypho aqua *pleno*, exstinguere (vellet) unius currus lignis *onusti* ignem, *ac*, *igne* non exstincto, tunc diceret : ¶ aqua non vincit ignem. Hoc modo adhuc (143) adjuvant illos qui maxime (144) inhumani *sunt*. Etiam denique necessario pereunt et actum est.

§. LVIII. Meng tseu ait : quinque fruges granorum optimæ *sunt*. Si non maturuerint, non *sunt* sicut plantæ (145) I *et* Paï. Humanitas etiam residet in maturitate et nihil amplius.

§. LIX. Meng tseu ait : *Cum* I doceret homines

(143) H : *Iu*, i. e. *tsou* (874) adjuvare. G : Humanitas (sive honestas) potest sane vincere inhumanitatem (sive cordis nequitiam); si vero homines humanitatem non totis animi viribus, sed molliter tantum et defunctorie exerceant, tunc inhumanitatem (seu pravas cupiditates) vincere nequibunt.

(144) C : Tunc inhumani homines, hoc audito, humanitatem perfecte excolere difficillimum esse putant, ac continuo in suam inhumanitatem, i. e. in cupiditates, profundius demersi, effrænis libidinibus habenas laxant, et cœleste rationis lumen penitus exstinguunt, donec tandem nihil mali intentatum reliquerint. J : Aliorum hominum inhumanitatem et nequitiam exemplo suo adjuvant et adaugent.

(145) H : Nomen duarum plantarum quæ cerealibus herbis similes sunt. Earum fructus dulcis est, sed (G) multum abest ut quinque frumenti species pretio aut sapore adæquent. — *Non sunt sicut*, i. e. has fruges immaturas herbis *i* et *paï* maturis posthabemus.

jaculandi artem, debebant animum applicare τῷ tendere arcum. Disciputi etiam debent animum applicare τῷ tendere arcum.

Ta tsiang (146) cum doceret homines, necesse habebat uti circino *et* norma. Discipuli etiam necesse habent uti circino *et* norma (147).

(146) *Noël: Ta tsiang*, peritissimus ligni faber. *Tart. vers.*: magnus artifex.

(147) A, Quemadmodum prædictæ artes suas quæque regulas, sic et virtutis scientia suam normam, suum canonem habet, quibus neglectis, cum fructu studere nemo potest.

CAPUT VI.

Tractatûs Kao tseu pars posterior.

§. I. *Regni* Jin homo interrogans (1) Ouo liu tseu ait: *ex* ritibus (2) et τῷ comedere, quidnam gravis (3) momenti *est?*

Ait: ritus *sunt* gravis momenti.

— *Ex* ¶ voluptate et ritibus (4) quidnam *est* gravis momenti?

Ait: ritus *sunt* gravis (5) momenti.

— *Si* juxta ritus comedas, tunc (6) esuris et peris; *si* non secundum ritus comedas, tunc obtines τὸ comedere. *An* oportet sequi ritus (7)?

(1) J: *Ouo liu tseu*, Mencii discipulus, nomine *Lian* (11,081).

(2) J: Littera *li* indicat illas honestatis et temperantiæ (H) regulas quas quisque, inter edendum, servare tenetur; *v. g.* hospes, nisi hero invitante et cibos offerente, comedere non debet (C).

(3) I. e. gravioris momenti.

(4) J: Intelligit ritus qui, conjugii vinculo, innatum voluptatis amorem intra honestatis fines, continent.

(5) J: Ubi semel vir illos ritus abjecit, in effrænatam licentiam et in omne flagitiorum genus prorumpere solet.

(6) J: intelligit tempus quo quis fame jam jam periturus est.

(7) J: Ritibus tunc adhærescere opus non est.

Si (8) ipsemet (9) obviam eas, tunc non obtinebis uxorem, *si* non (10) ipsemet obviam eas, tunc obtinebis uxorem. *An* oportet *ut* ipsemet obviam eas?

Ouo liu tseu non potuit respondere. Postero die transiens in *regnum* Tseou, illud retulit Mencio.

Meng tseu ait : in τῷ respondere his (11), quid (12) est?

§. II. *Si* non (13) metiens eorum radicem (14), conferas eorum extremitatem (15), tunc quadrata

(8) J : Intelligit tempus quo quis summa paupertate et penuria conflictatur.

(9) *Thsin ing*, obviam sponsæ per se ipsum ire, eamque in domum suam deducere. Sex cæremonias explendas habet sponsus, quas (præcipue quintam, quæ scilicet mittenda sponsæ munera præscribit), nisi magno sumptu rite exsequi non potest. *Vide* Morrison, Dictionnary of the Chinese language, arranged according to the radicals, p. 639, 2ª col.

(10) I. e. si sponsæ obviam non eas, neglectis, præ inopia, cæteris ritibus, qui hanc ultimam cæremoniam vulgo præcedunt.

(11) J : His quæstionibus circa ritus quæ sive ad esum, sive ad matrimonium pertinent.

(12) C : quid difficultatis est?

(13) C : Si generatim loquamur, ritus gravis momenti, esus et voluptas levis momenti sunt. Sed particulares casus occurrunt in quibus edendi aut matrimonii necessitas, cæremoniis in utroque servandis, præponderat. Editus montis apex ligno quadrata uncia lato altior est. Si vero exiguum hoc lignum in montis apicem imponas, lignum montis apice excelsius videbitur. Idem dicendum de auro quod, licet pluma gravius, pluma tamen levius erit, si fibulam auream cum curru plumis onusto conferas. *Thsin* proprie est montis apex; *thsin leou* (G) est summæ contignationis cacumen quod montis apici simile est. E interpretatur *thsin leou* excelsi montis verticem.

(14) J : intelligit ligni quadrata uncia lati et excelsi domûs tabulati infimam partem.

(15) H : Supremam utriusque partem intelligit.

uncia (altum) lignum (16) potes facere altius quam excelsum (17) domûs tabulatum.

« Aurum gravius *est* quam pluma. » Numquid dicitur unius fibulæ aurum *collatum* cum unius currûs plumis (18) gravius esse?

§. III. *Si*, sumens quod *in* τῷ comedere *est* majoris ponderis (19) et quod *in* ritibus *est* levioris momenti (20), conferat illa, numquid solum τὸ comedere *est* (21) majoris ponderis? *Si* sumens quod *in* ¶ voluptate *est* (22) majoris ponderis et quod *in* ritibus *est* (23) levioris ponderis, conferat illa, numquid solum voluptas *est* majoris ponderis?

(16) J : Lignum valde exiguum, scilicet quadrata uncia altum, cum ésu et voluptate confert.

(17) J : Excelsum domûs (E : montis) cacumen cum ritibus confert.

(18) Juxta omnes fere interpretes, littera *wei* quæ hic redundare videtur, locum tenet litterarum *tchoung iu*, gravius quam. Similem locutionem, vide *Tom. I, part. I, textûs pag.* 31, *l.* 9, ubi altera littera *wei* litteras *kou koue* (antiquum regnum) repræsentat. J : Aurum, natura grave, cum ritibus, plumam natura levem, cum esu et voluptate confert. Exiguam ex auro fibulam, cum ritibus, currum plumis onustum ac proinde gravissimi ponderis, confert cum periculo præ famc moriendi, vel, præ egestate, sacrum matrimonii fœdus omittendi.

(19) J : Scilicet periculum ne fame pereat.

(20) J : Indicat ritus quos inter comedendum servare decet.

(21) J : Nonne in eo casu edendi necessitas ritibus non solum gravior est, sed etiam eorum qualecumque momentum immenso intervallo superat?

(22) Scilicet τὸ non ducere uxorem, ac proinde sacratissimum humanæ societatis officium negligere.

(23) J : Indicat eam cæremoniam qua sponsæ sponsus, oblatis prius muneribus, obviam ire solet. Nonne uxorem ducendi ac prolem suscipiendi necessitas non solum solitis matrimonii ritibus præponderat, sed etiam eos, infinita momenti gravitate, antecellit?

§ .IV. Vade (24) *et* responde illi, dicens: *si* rumpens fratris majoris brachium, rapias illud comedendum, tunc obtinebis τὸ comedere (25); *si* non rumpas, tunc non obtinebis τὸ comedere; tunc (26) numquid rumpes illud?

Si, transiliens orientalis (27) domûs murum, rapias ejus innuptam puellam, tunc obtinebis uxorem; *si* non rapias, tunc non obtinebis uxorem; tunc (28) numquid rapies illam?

§. V. *Regni* Tsao (29) *vir* (dictus) Kiao interrogans ait: homines omnes posse esse Yao *et* Chun (30), verum-ne est?

Meng tseu ait: ita.

K. *Ego* Kiao audivi Wen wang decem cubitis, Thang novem cubitis *altos fuisse:* nunc *ego* Kiao novem cubitis *et* quatuor unciis altus, comedo (31)

(24) Meng tseu regni *Jin* hominem alloquitur.

(25) Id est: Comedes, famem sedabis.

(26) J: Quasi diceret: Nonne satius est fame contabescere quam avulso fratris brachio vesci?

(27) J: I. e. vicinæ domûs.

(28) H, J: Hinc patet satius esse a matrimonio abstinere, quam virginem puellam vi rapere.

(29) J: Regni *Tsao* reguli frater minor.

(30) J: Ad verb.: *Hic sermo* est-ne? — Littera *tchou*, in hac locutione, dubitationis particulæ vice fungitur.

(31) C, J: Inter veteres nulli mortalium ad imperatores *Yao* et *Chun* propius accessere quam *Wen wang* et *Tchhing thang*. Nunc ego, cum corporis statura clarisimis *Wen wang* et *Tchhing thang*, similis sim, imperatores *Yao et Chun* æquare posse mihi videor; sed multum adhuc mihi deest. Dicas mihi quid agendum ut perfectam eorum similitudinem assequar?

milium et nihil amplius. Quomodo (agam) *ut* tunc possim?

M. t. ait: numquid *id* (32) consistit in hoc? etiam (situm est in τῷ) agere (33) et nihil amplius.

§. VI. Est homo in hoc (34) *loco*. *Si* vires non possint pares esse (tollendo) unius anatis pullo, tunc est sine viribus homo. *Si* nunc dicat: (possum) tollere centum kiun (35), tunc est ¶ robustus vir. Cum res ita sit, tunc *si* tollat τοῦ Ou hoe (36) pondus, ideo etiam habetur (alter) Ou hoe et nihil amplius. Homo quare τῷ esse imparem (37) mœret? solummodo non agit!

§. VII. Qui, lente incedens, it post seniores (38), dicitur reverens seniorum; qui celeriter incedens anteit seniores, dicitur non reverens seniorum. Tò lente incedere, numquid *est* id quod (homo) non potest? *Est* id quod non agit. Toῦ Yao *et* Chun norma *est* pietas *et* reverentia seniorum et nihil amplius.

§. VIII. *Si* tu induas τοῦ Yao indumenta, *si* loquaris

(32) J: Tò fieri imperatoribus *Yao* et *Chun* omnino similem, numquid in breviore vel altiore corporis statura consistit?

(33) J: Age quidquid egerunt, easdem ac illi virtutes excole, et sufficit.

(34) J: Corpore aliis hominibus similis est.

(35) J: *Kiun*, triginta libræ sinicæ. Aliter E: Centum *kiun*, 3,000 librarum sinicarum pondus. Perperam Noel: *Ingens onus triginta licet librarum millibus grave.*

(36) J: *Ou hoe*, vir quidam inter veteres corporis viribus famosus. Perperam Noel: *Ecce autem alius.* A, B, C, J: de eodem homine, in utroque casu, agitur.

(37) A, C: scilicet imperatoribus *Yao* et *Chun* imitandis et adæquandis.

(38) E, B: Fratrem natu majorem intelligit.

τοῦ Yao sermones, *si* agas τοῦ Yao actiones, tunc *es* Yao et actum est.

Si tu induas τοῦ Kie (38[a]) indumenta, *si* loquaris τοῦ Kie sermones, *si* agas τοῦ Kie actiones, tunc *es* Kie et actum est.

§. IX. Ait *: ego* Kiao, *si* obtineam invisere *regni* Tseou principem, *ac* possim conducere diversorium, cupio *hic* subsistere atque accipere (39) studium in schola.

M. t. ¶ ait : recta via *est* sicut magna i. e. publica via (40). Numquid difficile *est eam* cognoscere? Hominis ægritudo *est* non quærere *illam*. Tu, (41) *si* revertaris *et* quæras illam, habebis satis superque magistrum.

§. X. Koung sun tchheou interrogans ait : (42) Kao

(38[a]) J : *Kie,* imperator, qui nullam in parentes pietatem, nullam seniorum reverentiam coluit, a prædictis imperatoribus omnino discrepat.

(39) J : Pietatis et reverentiæ documenta, in tua schola, accipere cupio, ut imperatoribus *Yao* et *Chun* similis evadam.

(40) C : i. e. clara, omnibus patens et pervia.

(41) J : Tu, domine, diversorium conducere ac mea præcepta accipere vis, quia nempe rectam virtutis normam admodum difficilem cognitu putas. An forte nescis illam rectam normam, nobis ingenitam esse? Solummodo homines illam cupiditatibus obcæcari vulgo sinunt; qui si in sese descendere vellent, apud se ipsos, hanc eximiam normam, omnium virtutum magistram, singulis momentis invenirent. Reverere igitur superiores, servi parentibus, et mox hanc pietatem, hanc superiorum reverentiam, qua imperatores *Yao* et *Chun* imprimis claruere, sponte tua, nulloque docente, assecutus eris; quid opus est alienos magistros procul quærere, cum tuum tibimet ipsi magistrum esse possis!

(42) J : *Kao tseu*, homo e regno *Thsi.*

tseu aiebat : (43) Siao pan (44) exigui hominis carmen (45) *est.*

Meng tseu ait : quare (46) dicit illud ?

— Ait : *quia* (47) indignatur.

M. t. ait : quam (48) imperite senex Kao exponit versus!

En est homo in hoc *loco. Si regni* Youeï homo, tenso arcu, *paret* sagitta ferire illum, tunc ipse ridendo, i. e. blande, loquens, dehortor illum. Non est aliud : alienus sum illi. *Si* meus frater natu major, tenso arcu, *paret* sagitta ferire illum, tunc ipse, flens *et* lugens, dehortor illum. Non est aliud : consanguinitate conjunctus sum illi.

Odæ Siao pan (49) indignatio, *est* τὸ parentum

(43) C, H : *Siao pan*, Carminum libri odæ titulus, tom. *Siao ya* (2203-11,889).

(44) J : Intelligit virum humanitate et pietate in parentes vacuum.

(45) G : Imperator *Yeou* (2,491), ex familia *Tcheou* (1,187), primo duxerat uxorem *Chin* (6,173) quæ peperit *I kieou* (2,108-8,686) futurum imperii hæredem. Præterea habuit alteram uxorem *Pao* (9,780), quæ genuit *Po fo* (138-4,034). Dimisit priorem uxorem *Chin*, et exclusit *I kieou*. Tunc præceptor principis *I kieou* hanc odam composuit ut matris sic repudiatæ filiique regia hæreditate spoliati legitimas querelas et doloris acerbitatem vivide depingeret.

(46) J : Subaudi : *Kao tseu*.

(47) A : Vir in hac oda loquens patri indignatur.

(48) Sic interpres E. A, C, I : *Kou* angusti esse ingenii, ac unam tantum rei faciem videre. C : illi quidem versus virtutis indignationem spirant, sed hæc indignatio legitima est.

(49) C : Oda *Siao pan*, qua filius in turpem patris libidinem invehitur, non ex cæca bile, ut falso arbitratur *Kao tseu*, sed ex ardenti pietatis et humanitatis affectu orta est.

instar amare parentes. Tò parentum instar amare parentes, *est* humanitas. Quam (50) imperite senex Kao exponit versus!

§. XI. *K. s. t.* ¶ Ait: *Oda* (51) Kaï foung quare non indignatur?

— Ait: (52) *In oda* Kaï foung, parentum culparum levissima *est*; *in* Siao pan, parentum culparum maxima *est*. *Quando* parentum culpæ magnæ *sunt*, non succensere, (53) hoc *est* magis alienum fieri *illis*. *Quando* parentum culpæ exiguæ *sunt*, succensere, hoc *est* non pati (54) offendiculum. Magis alienum

(50) J: Ideo dicebam senem *Kao* primo tantum verborum cortici adhærere; unde fit ut auctoris mentem assequi et perspectam habere nequeat.

(51) G: Oda e carminum libro, Cap. *Peï loung* (11,200 bis-12, 271).

(52) C, J, Z: Oda *Kaï foung*, cum præcedenti oda *Siao pan* conferri non debet. In regno *Weï* (9,672) quædam mulier vidua, cum septem liberos genuisset, domi tranquilla et casta remanere non poterat. Hinc filii odam *Kaï foung* composuere, in qua non matris libidines, sed suam ipsorum pravitatem deplorant. Hujusce matris vita licentior, vituperanda quidem, sed in unius tantum familiæ damnum redundabat; e contra imperatoris *Yeou* flagitia qui legitimæ uxori concubinam, et filio throni hæredi nothum, substituebat, universam imperii ruinam, omnisque generis calamitates invehere poterant. Inde patet justam indignationis causam, ex qua oda *Siao pan* originem habuit, prædictis septem filiis defuisse.

(53) J: Si, tunc peccantibus parentibus, acriter non succenseat ut ad meliorem vitæ frugem redeant, pii filii amorem magis ac magis se exuere ostendit.

(54) Quidam interpretes, inter quos Tartaricus, litteram *ki* accipiunt pro verbo; *pou kho ki* non posse *lacessi, irritari*. Cæteri tropice vertunt (C) *offendiculum*: Proprio sensu *ki* significat saxum vel lapis in quem aqua spumat et salit. Ibidem *kho* est *pati, ferre*. Lapidem cum matre, aquam

fieri, non pietas *est;* non pati offendiculum, etiam non pietas *est.*

Koung tseu aiebat : Chun : ille maxime pius *erat! Vel* quinquagenarius ardenter amabat (parentes).

§. XII. (Doctori) Soung kheng (55) profecturo in regnum Thsou, Meng tseu occurrit in regione Che khieou.

M. t. ait : Magister, quo iturus es?

Ait : ego audivi *regna* Thsin *et* Thsou arma conserere. Ego volo invisere *regni* Thsou regulum, *ac* loquendo (i. e. dehortando) compescere illum. *Si regni* Thsou regulus non (56) gaudeat, ego volo invisere *regni* Thsin regulum, *et* loquendo compescere illum. *Ex* duobus regulis, ego habebo (unum) cui (57) ¶ gratus ero.

M. t. ait : *Ego* Kho, quæso, non interrogo sermonis singula; cupio audire ejus (58) scopum. Quid dices illi?

S. k. ait : Ego dicam illud non utile *esse.*

M. t. ait : Magistri, i. e. tua, intentio : tunc

cum filio confert. Aqua vel leviter in lapidem impingens, subito irascitur, i. e. spumat, exsilit; liberi, filii vitam matris licentiorem videntes, subito irascuntur.

(55) J : *Soung kheng* erat quidam vir litteratus, qui, bellorum tempore, imperium, doctrinæ suæ diffundendæ causa, perlustrabat.

(56) J : i. e. mea verba respuat.

(57) J : Cui mei sermones accepti erunt.

(58) Aliter J : *Tchi*, i. e. summa, epitome.

magna (59) *est*; magistri argumentum, tunc (60) non potest.

§. XIII. Magister, *si* lucrum loquaris *regnorum* Thsin *et* Thsou regulis, *ac regnorum* Thsin *et* Thsou reguli, gaudentes lucro, cohibeant trium exercituum multitudinem, horum trium exercituum milites gaudebunt cohiberi *vel* arma ponere, *et* delectabuntur lucro.

Si ille qui subditus *est*, propter amorem lucri serviat suo principi; *si* ille qui filius *est*, propter amorem lucri serviat suo patri; *si* ille qui frater minor *est*, propter amorem lucri serviat suo fratri natu majori, tunc princeps *et* subditus, pater *et* filius, frater natu major *et* frater natu minor; tandem, exuta humanitate *et* æquitate, propter amorem lucri alii alios tractabunt (61). Tò sic *agere* et non perire, nondum ¶ exstitit (62).

(59) J : Bellum erumpens compescere, populisque pacem dare pulchrum est.

(60) I : Hujusmodi argumentum in medium proferri non debet. Maxima enim quæ inter homines grassantur mala, utilitate proposita, ut plurimum, oriuntur. C : Si dicas id esse inutile, homines profecto quod utile sit avide quærent. Si igitur hodie, utilitatis causâ, arma deponant, cras, utilitatis causa, arma esse capescenda putabunt. *Ibidem* : Mencius vult utrumque regem humanitatis et æquitatis normam solummodo amplecti et sequi.

(61) Sic E : *taï* (2,682). — Si inferiores principi, juxta suam utilitatem, serviunt, princeps quoque inferiores, prout sua feret utilitas, bene vel male excipiet.

(62) J : Nullum est regnum, quod, principe ac subditis sic agentibus, non perierit funditus.

§. XIV. Magister, *si* humanitatem *et* æquitatem loquaris (*regnorum*) Thsin *et* Thsou regulis, *ac regnorum* Thsin *et* Thsou reguli gaudentes humanitate *et* æquitate, cohibeant trium exercituum multitudinem, horum trium exercituum milites gaudebunt cohiberi, i. e. arma ponere, *et* delectabuntur humanitate *et* æquitate.

Si ille qui subditus *est*, propter amorem humanitatis *et* æquitatis serviat suo principi; *si* ille qui filius *est*, propter amorem humanitatis *et* æquitatis serviat suo patri; *si* ille qui frater minor *est*, propter amorem humanitatis *et* æquitatis serviat suo fratri majori; tunc princeps *et* subditus, pater *et* filius, frater natu major *et* frater natu minor, relicto lucro, propter amorem humanitatis *et* æquitatis alii alios tractabunt. Tò sic *agere*, et non in toto imperio regnare nondum exstitit. Quid opus est loqui lucrum?

§. XV. *Cum* Meng tseu habitaret in *regno* Tseou, Ki gin (63), *qui* loco *regni* Jin *reguli* remanserat custoditurus, serica volumina offerre (64) jussit. Accepit, et non gratias-egit.

Cum ad tempus degeret in *urbe* (65) Phing lo,

(63) J : *Ki jin*, regni *Jin* reguli frater minor. Cum ille princeps vicini reguli aulam petivisset, regnum suum fratri minori custodiendum commiserat.

(64) C : Mencium ipsemet non adiit.

(65) J : Quædam regni *Thsi* urbecula.

Tcheou tseu, *qui* erat minister (66), serica volumina offerre jussit. Accepit, et non gratias egit.

¶ Alio die, ex *regno* Tseou transgressus in *regnum* Jin, invisit (67) Ki tseu. Ex *urbe* Phing lo transgressus in *regnum* Thsi, non invisit Tcheou tseu.

Ouo liu tseu gaudens *secum* ait : *Ego* Lian (68) nactus sum (69) occasionem.

§. XVI. Interrogans ait : Magister, transgressus in *regnum* Jin, invisisti Ki tseu; transgressus in *regnum* Thsi, non invisisti Tcheou tseu. An quia ille erat minister ?

M. t. ait : Neutiquam. Chou *King* (70) ait : « Offerendo superiori (71), multa *sit* reverentia. *Si* » reverentia sit impar muneri, *hoc* dicitur non » obtulisse superiori. Solummodo non utitur (72) » *vera* intentione in offerendo. »

Quia (73) ille non perfecte egit τὸ superiori offerre.

(66) J : Gravissima proregis dignitate, ut *Ki jin*, non detinebatur. Mencium itaque præsens adire poterat.

(67) J : Invisit *Ki jin*, ut pro missis muneribus gratias ageret.

(68) J : *Lian*, nomen viri *Ouo liu tseu*.

(69) J : Interrogandi ansam nactus sum.

(70) G : *Chou king*, capite *Lo kao* (4,950-10,089).

(71) C : Liber *Chou king* loquitur de muneribus quæ regulus imperatori, Mencius de donis quæ sapienti regulus, offerre solet.

(72) Sic interpres E.

(73) C : Mencius libri *Chou king* sensum sic explanat. J : Hinc patet me non invisisse *Tcheou tseu* quia munera sua rite et juxta urbanitatis leges mihi non obtulit, non vero quia ministri partes agebat.

§. XVII. Ouo liu tseu gavisus est. Quodam interrogante, Ouo liu tseu ait : Ki tseu non poterat (74) transire in *regnum* Tseou, Tcheou tseu poterat transire in *urbem* Phing lo.

§. XVIII. ¶ Chun iu kouen ait : τὸ priore loco ponere nominis famam, *et* rerum gestarum merita, causâ hominum *est*; τὸ posteriore loco ponere nominis famam *et* rerum gestarum merita, sui ipsius causâ *est*. *Tu*, Magister, fuisti in trium primariorum præfectorum medio; *et quando* nominis fama rerumque gestarum merita nondum innotuerant (75) supra *et* infra (76), abiisti. Vir humanus an vere sicut illud *agit* ?

Meng tseu ait : Qui degens in inferiori conditione, noluit, ὢν sapiens, servire (77) degeneri (principi), *est* (77 [a]) Pe i. Qui quinquies adivit Thang, *qui* quinquies adivit Kie, *est* I in. Qui non oderat pravum principem, *qui* non recusabat exiguum magistratum, *est* Lieou hia hoeï. *Horum* trium virorum, *licet* dissimilis *esset* agendi ratio, eorum

(74) *Vide not.* 66.

(75) Sic interpres Tartaricus. *Kia* est proprie *addere, conferre in*. E hanc litteram explicat *attingere* (1,092).

(76) J : Littera *chang*, supra, principem; littera *hia*, infra, populum indicat. C : *Supra*, principem rectum facere, *infra*, populum sublevare non potuisti, quod tamen penes te, tam sublimi dignitate indutum, omnino erat.

(77) J : Principem pravum, humanitatisque expertem intelligit.

(77[a]) Vide indicem nominum propriorum.

scopus unicus *erat*. Unicus (ille scopus) quid *erat ?* dicitur humanitas. Sapiens (78) etiam humanus *sit*, et nihil amplius. Quid necesse est *eum* similem (78 ¹) *esse ?*

§. XIX. Ait: *Regni* Lou *reguli* Mo koung tempore, *cum* Koung i tseu totam administrationem exerceret, *ac* Tseu lieou *et* Tseu sse fuissent præfecti (79), *regnum* Lou multo magis (80) imminutum est. *Si* res ita sit, an sapientes non afferunt utilitatem (81) regno ?

M. t. ¶ ait : *cum* Iu *regni* (regulus) non usus esset Pe li hi, periit (82). *Cum regni* Thsin (regulus) Mo koung usus esset illo, regulorum dux evasit. *Cum* non usus esset sapientibus, tunc periit ; τὸ imminui (83) quomodo potuisset obtinere ?

§. XX. (Chun iu kouen) ait : *cum* olim Wang

(78) J : Mencius se ipsum innuit.

(78 ¹) Quid necesse est eum similem esse aliis sapientiæ magistris qui humanitatis studium suo quisque modo diffundere nituntur ?

(79) J : Varia administrationis munera distribuebant et curabant.

(80) J : Magnam territorii partem, vicinorum hostium incursibus, amisit.

(81) J : *Chun iu kouen* Mencium perstringit, qui licet e regno nondum discessisset, nondum tamen magni aliquid molitus erat.

(82) H : Id est, regnum suum amisit.

(83) C : Si regulus regni *Lou* solio non pulsus est, sed tantum nonnihil territorii, hostilibus incursibus, amisit, id trium sapientium præsenti auxilio et consiliis unice tribuendum. Hinc patet qua de causa prædictus princeps omne regnum amiserit. Fieri enim non poterat ut ille, rejectis sapientium consiliis, alicujus tantum terrarum suarum partis, quemadmodum regnum *Lou*, jacturam faceret ac proinde exitium fugeret. Quid igitur effutis sapientes regno esse prorsus inutiles ?

pao (83[a]) degeret juxta (84) Ki, (homines) crocei fluvii occidentalem partem (incolentes) facti sunt periti demissa voce canere. *Cum* Mian Kiu (85) degeret in *regione* Kao tang (86), *regni* Thsi dextræ partis (incolæ) periti facti sunt alta voce canere. *Virorum* Hoa tcheou *et* Ki liang (87) uxores *cum* peritæ essent cantu lugubri deflere suos maritos, immutaverunt regni hominum mores. *Si quis* habet (88) intus, necessario *illud* prodit exterius. *Virum* agentem hanc rem (89) et non habentem hoc meritum, *ego* Kouen (89[a]) nondum vidi. Ideo non sunt *ulli* sapientes. *Si qui* essent, *ego* Kouen profecto cognoscerem illos.

§. XXI. (Meng tseu) ait: *quando* Confucius erat *in* (regno) Lou (90) summus justitiæ præses,

(83[a]) G: Homo e regno *Wei* (9,672).

(84) J: *Ki*, nomen fluvii. Vir ille degebat in regione ad fluvii crocei orientem sita.

(85) G: *Mian kiu*, vir e regno *Thsi* (13,239).

(86) H, J: Regio in dextra parte regni *Thsi* sita.

(87) C, E. Hi duo viri erant regni *Thsi* reguli *Tchouang* (8,956) ministri; inter pugnandum a *Kiu* (8,959) cæsi sunt.

(88) A: Si quis virtutem intus absconditam possideat, mox illam actis suis exerit et patefacit.

(89) C: I. e. Qui hujusmodi virtutem intus possesserit, nec tamen fama *ac* gestarum rerum honore claruerit.

(89[a]) H: *Kouen* Mencium oblique perstringit qui, licet in regno *Thsi* degeret, nullo adhuc merito insignem se præbuerat. Unde colligere videtur eum (C) sapientis nomine esse indignum.

(90) G: Liber *Sse ki* (1,123-7,748) ait: Confucius in regno *Lou* summi justitiæ præsidis, ac simul primi ministri munus gerebat. Quo audito,

(princeps) non utebatur (91) *eo*. Mox (92) sacrificium (93) obtulit. *Cum* litatæ carnes non fuissent missæ (93ᵃ), non exuto (94) solemni pileo, abiit. Qui non noverant, eum putaverunt (sic agere) causâ (95) carnis; illi qui noverant, eum putaverunt (sic agere) causâ ¶ inurbanitatis (96). Quoad Confucium, tunc volebat propter levem (97) culpam abire, non volebat censeri sine causa discedere. Id quod sapiens agit, vulgi (98) homines profecto non intelligunt.

§. XXII. Meng tseu ait : quinque (99) regulorum

vicini regni *Thsi* (13,239) regulus metu perculsus est. Tunc regni *Thsi* vir, *Chao tching mao* (2,204-4,652-1,030) regni *Lou* regulo plures puellas pulchritudine eximias, dono misit. Minister *Ki wan* (2,072-4,235) cum principe ivit ut illas videret, ac statim (E) *Ting koung* (2,119-612), puellarum amore captus, remissa omni regiminis cura, sapientis Confucii monitis obsurduit. Quod ægre ferens discipulus *Tseu lou* (2,059-10,691) ait : Magister hinc nos discedere decet, etc.

(91) C : Confucius decreverat quidem abire, timebat vero ne turpem principis *Ting koung* libidinem patefaceret. Exspectavit igitur opportunam occasionem, qua nec gravi de causa, nec tamen sine ratione abire videretur; quæquidem se brevi obtulit.

(92) Sic plerique interpretes, aliter H : comitatus (*thsoung*) principem (*kiun*).

(93) E : In templo majoribus dicato.

(93ᵃ) C : Principem Confucio primarium præfectum agenti, litatæ carnis ferculum, de more, offerre, decebat.

(94) I : i. e. celeriter abiit.

(95) J : Quia litatam carnem non obtulerat.

(96) E : Quia debitæ urbanitatis officium a regulo defuerat.

(97) Sic Tartaricus interpres et plures alii. H, I, J : interpretantur *wei kou*, occultam causam. Sic etiam Noël.

(98) J : Mencius tacite innuit sophistam *Kouen*.

(99) J : Mencius indicat regni *Thsi* (13,239) regulum *Wan koung* (4,235-612), regni *Tsin* (3,920) regulum *Wen* (3,783) *koung*, regni *Thsin*

archontes, *in* tres (100) imperatores sontes (101) homines *fuere*. Hodierni reguli *in* quinque regulorum archontes, sontes homines *sunt*. Hodierni primarii præfecti, *in* hodiernos regulos, sontes homines *sunt*.

§. XXIII. ¶ Tò imperatorem (102) ire ad regulos dicebatur SUN CHEOU; τὸ regulos in aula invisere imperatorem dicebatur TCHU TCHI.

Vere invisebat arantes, *et* supplementum dabat *iis qui* non (103) satis habebant; autumno invisebat metentes *et* subsidium dabat *iis qui* (104) sufficienter non habebant.

§. XXIV. *Si*, *cum* ingrederetur (105) eorum ditionis fines, terra (106) dumis extricata esset, *si* agri bene culti, *si* alerent senes *ac* honorarent sapientes, *si* viri ingenio præstantes præficerentur publicis muneribus; tunc remunerabatur *eos*: remunerabatur (107) terrâ.

(7,151) regulum *Mo* (7,228) *koung*, regni *Soung* (2,103) regulum *Siang* (9,806) *koung*, regni *Thsou* (4,379) regulum *Tchouang* (8,956) *koung*.

(100) J : Intelligit imperatores *Iu* (7,106), *Tchhing thang* (3,176-5,124), *Wen wang* et *Wou wang* (3,783-5,884*bis*-4,658-5,884 *bis*).

(101) I. e. in tres imperatores, eorum leges et statuta transgressi, peccarunt.

(102) Vide *lib.* I, *c.* II, §. XVIII.

(103) J : Qui frugum penuria, ad unam anni tempestatem, laborabant.

(104) J : Qui frugibus carebant quibus per unum annum alerentur.

(105) J : Regulorum regnum intelligit.

(106) J : Terra vomere optime exculta, atque in nitidos campos disposita.

(107) J : Eorum ditionem, novas addens terras, adaugebat.

Si, *cum* ingrederetur eorum fines, terra inculta *et* dumis aspera *esset; si* negligerent senes *et* amitterent i. e. desererent (*alii* expellerent) sapientes; *si* (108) tributorum exactores præficerentur publicis muneribus, tunc castigabat *illos*.

§. XXV. *Si* semel *regulus* imperatorem non inviserat, tunc imperator deprimebat (109) ejus dignitatem. *Si* bis non inviserat imperatorem, tunc imminuebat (110) ejus terras. *Si* ¶ ter non inviserat imperatorem, tunc (111) sex turmæ mutabant illum.

Itaque imperator (112) plectit et non (113) armis petit; reguli (114) armis petunt et non plectunt. Quinque archontes, (115) collectis in unum regulis, armis petivere (alios) regulos. Ideo dicebam :

(108) G : *Pheou khe* significat *colligere tributum.* — Alii interpretes has litteras, proprio sensu, quemadmodum et nos, accipiunt; alii explicant : viri rapaces ac lucro inhiantes.

(109) H, J : Ejus dignitas uno gradu minuebatur. v. g. ex *Koung* (612) fiebat *Heou* (217) etc.

(110) H : Si haberet ejus ditio centum *li*, imperator trigenta detrahebat.

(111) J : Sex imperatoris turmæ illi regnum adimebant, ejusque dignitatem in alium regulum transferebant.

(112) C : Imperator regulorum ducem jubet alios regulos colligere ac illis præesse, ut rebellem regulum suo nomine puniant.

(113) H, J : Imperator per se ipsum, rebellem non aggreditur; timet enim (C) ne id sublimem qua induitur dignitatem parum deceat.

(114) J : Reguli, imperatoris jussu tantum arma capessunt; non audent vero privata auctoritate rebellem compescere, ne forsan imperatoris jura sibi arrogare videantur. Quod quidem quinque prædicti regulorum archontes minime secuti sunt.

Quinque Archontes in tres imperatores (115) peccarunt.

§. XXVI. *Inter* quinque Archontes, Houan koung fuit (116) præclarus.

— *In* regione Koueï khieou convocatis (117) regulis, alligavit victimam, imposuit (118) librum, et non linivit labra (119) sanguine.

Primo præcipiens ait : Occide *filios* non pios; noli (120) mutare institutum hæredem; noli concubinam facere uxorem.

— Secundo præcipiens ait : Honoribus affice (120[a]) sapientes; ale (120[b]) viros ingenio præditos; sic (120[c]) in clara luce collocabis *viros* habentes virtutem.

— Tertio præcipiens ait : Reverere senes; di-

(115) H : Enimvero rebelles armis petendi potestatem, quæ soli imperatori competit, immerito usurparunt.

(116) Mencius amplam hujus reguli potentiam intelligit.

(117) J : Ad fœdus inter se sanciendum convocatis. H : *Wan koung*, ut regulorum potentissimum decebat, solemni huicce cæremoniæ præfuit.

(118) H : In victimæ tergum imposuit librum statuta continentem ad quæ servanda reguli jurejurando se alligaturi erant.

(119) H : Necesse non duxit, victima, pristino more, mactata, accepto ejus cruore fœderatorum ora oblinire.

(120) J, Z : Regulus nothum filium e concubina natum substituere non debet in locum legitimi filii, jam a se, in regni hæreditatem, solemniter designati.

(120 *a*) J : Eos publicis muneribus præfice.

(120 *b*) J : Scilicet annuis stipendiis.

(120 c) Sic A, E. Tartaricus interpres imperativi formam adhibet : *Splendore orna viros virtute præditos*; sed in hac versione particula *i (sic, hoc modo)*, omittitur.

lige parvulos; ne obliviscaris (121) hospites *et* viatores.

— Quarto præcipiens ait : Litterati (122) ne habeant (123) hæreditaria officia; publicorum officiorum res ne (124) simul gerantur; *si* eligas litteratos (125), necessario obtine (126); noli privata auctoritate interficere (127) primarios præfectos.

— Quinto præcipiens ait : Noli, sinuose facere (128) aggeres; ne (129) impedias frugum venditionem; noli principatum conferre (130) *alicui* et non monere.

(121) H : Externorum regnorum primarii præfecti dicuntur *pin* (10,469), plebei homines vero *liu* (3,837). Aliter J : Littera *pin* eos indicat litteratos qui extra suum regnum, munus adepturi, iter faciunt. Ne obliviscaris i. e. neglectui ne habeas.

(122) J : Intelligit litteratos qui jam munere functi sunt.

(123) J : Annua tantum stipendia accipiant; timendum enim est ne filii a patre degeneres sint, ac proinde paterno muneri continuando impares.

(124) J : Gallice : *Que la même personne ne cumule pas deux places à la fois.* H : Sic enim fieri potest ut, dum alii muneri vacat, aliud negligat.

(125) Ut nempe aliquod ipsis munus obeundum committas.

(126) H : Obtine, inveni virum ingenii dotibus vere præditum. H : Obtine sapientem.

(127) J : Si aliquod crimen admiserint primarii præfecti, imperatorem commone, ejusque tantum permissu aut jussu, reum ultimo supplicium affice.

(128) I. e., juxta agrorum sinus et anfractus. Litteras *wou khio fang* aliter interpretatur E : Noli ex proprio motu et arbitrio tuo exstruere aggeres, ne forte (H, J) dum, pluviarum aut siccitatis tempore, aquas coerces et colligis, vicinis regulis multa damna afferas.

(129) E : Noli, ingravescente rei frumentariæ inopia, vicinos regulos annonæ commeatibus excludere.

Ait : Omnes mecum fœdere juncti homines, postquam sancivistis fœdus ¶ (131), ite (132) in bonum.

Hodierni reguli, omnes transgrediuntur has quinque leges. Ideo dicebam : Hodierni reguli in quatuor Archontes peccant.

§. XXVII. Adaugere principis (133) vitia : hæc culpa levis *est*; obviam (134) ire principis vitiis: hæc culpa gravis *est*. Hodierni primarii præfecti, omnes obviam eunt principis vitiis ; ideo dicebam : hodierni primarii præfecti in hodiernos regulos peccant.

§ XXVIII. Lou (135) volebat facere Chin tseu (136) exercitus ducem. Meng tseu ait : τὸ, non (137) edocto

(130) H : Regni vel urbis principatum, primario præfecto, clam imperatore vel absque ejus permissu, conferre.

(131) C : *Yan*, particula auxiliaris.

(132) Tartaricus interpres : Omnes boni estote. J : Concordes cum vicinis regulis vivite. Aliter H : Nolite contra fœdus, contra quinque leges hoc fœdere pactas, facere.

(133) J : Meng tseu de assentatoribus et adulatoribus loquitur. A : Principem, si peccet, non solum non reprehendere, sed etiam ei indulgere, morem gerere, adblandiri, hoc est principem ad majora vitia impellere. Sed cum reipsa delictum principis sit, ideo ministri levior culpa est.

(134) J, A : Principem cujusvis culpæ adhuc immunem, exemplis aut consilio suo ad vitia inducere.

(135) Id est : regni *Lou* regulus.

(136) C : Videlicet ut, regnum *Thsi* aggressus, regionem *Nan yang* in suam potestatem redigeret. Ea quidem erat regni *Lou* principis intentio, sed illum prius *Chin tseu* ad id consilium capessendum impulerat.

(137) A : Primum decet populum ritus et æquitatem edocere. Si enim

populo, uti illo, dicitur in exitium impellere populum; qui in exitium impellebant populum, non (138) tolerabantur a generatione (139) imperatorum Yao *et* Chun. *Licet*, semel pugnando, vincas Thsi *ac* statim occupes Nan yang (140), tamen non licet (141).

§. XXIX. ¶ Chin tseu, mutato vultu, non gaudens *i. e.* iratus, ait: illud: tunc *est* id quod ego (142) Kou li (143) nescio.

Ait: ego clare dicam tibi. Imperatoris ditio, ambitu mille li. *Si* non mille li, non suppeteret ad excipiendos regulos (144).

Reguli ditio, ambitu centum li. *Si* non centum li, non suppeteret ad observandum (145) venerabilium templorum avis dicatorum τὸν statutorum librum.

illum, rudem adhuc ac incultum, periculis objicias, ab hostibus facile mactabitur.

(138) A, I: Humanissimi imperatores *Yao* et *Chun*, sævos hujuscemodi regulos impunes non relinquebant, i.e. debita (Z) morte mulctabant.

(139) Aliter E: A populo (*chi*) humanitatis et æqui servantissimo.

(140) J: *Nan yang* regni *Thsi* urbis nomen.

(141) H, J: Id rectæ rationi et æquitati contrarium est.

(142) J: *Kou li* nomen loquentis.

(143) C, Z: Prorsus ignoro quare regionem *Nan yang*, una si possum pugna, occupare non liceat.

(144) H, J: Reguli, sive alii alios inviserent aut invitarent, sive apud se exciperent, magnas impensas, tum in muneribus offerendis, tum in conviviis inter se celebrandis, faciebant.

(145) I, Z: I. e. ad observanda statuta libri illius sacerrimi qui in majorum defunctorum templo sedule custodiebantur. Hic liber docebat quænam in sacrificio *Thsi* (7,039) mactandæ essent victimæ, quænam munera, in regulorum conventu, offerenda.

§ XXX. *Cum* Tcheou koung principatum accepit in *regno* Lou, (ditio ejus) erat ambitu centum li. Terra minime non (146) sufficiebat et tantum consistebat in centum li.

Cum Thaï koung principatum accepit in *regno* Thsi, (ditio ejus) etiam fuit ambitu centum li. Terra minime non sufficiebat et tantum consistebat in centum li.

Nunc Lou ambitu centum li quinquies *habet* (147). Tu, putas ne, *si* exoriretur imperator, tunc Lou fore quod imminueret, *an* fore quod adaugeret (148)?

§ XXXI. Tò ¶ vacue (149) capere (150) hoc *atque* hoc dare isti, tamen humanus vir non ageret, quanto magis (non ageret) τὸ, occidendo homines, quærere illud (151)!

(146) J : Licet ditio attributa regulo centum *li* non excederet, omnibus tamen sumptibus faciendis tunc abunde sufficiebat.

(147) C, G : Nunc regnum *Lou* quintuplo majus est quam ólim, quando, principis *Tcheou koung* tempore, centum *li* non excedebat. Exigua regna invadendo, sic mirum in modum accrevit! Si vero aliquis exoriatur imperator, procul dubio magnam territorii partem ei adimet, nedum addat. Quid igitur opus est regni *Lou* territorium, capta regione *Nan yang*, extendere et adaugere?

(148) H : Pro certo habeo futurum esse ut imperator regno *Lou* magnam territorii partem adimeret. Antiquis enim legibus cautum est ne regulus plus quam centum *li* possideat.

(149) *Tou*, (H) vacua manu, i. e., inermi manu. Videlicet (C) sine ulla pugna, nemine occiso.

(150) A : Occupare regionem *Nan yang*, ac illam regno *Lou* dare.

(151) A : Ditionis suæ terras, homines morti objiciendo, extendere non sustineret.

Sapiens serviens principi, debet inducere suum principem ad τὸ se conformare rectæ rationi *ac* animum applicare ad humanitatem et sufficit.

§ XXXII. Meng tseu ait: qui hodie serviunt (152) principi, aiunt: ego possum pro principe excolere (153) terras, *et* implere publicum ærarium. Ii *sunt* quos hodie vocant bonos (154) ministros *et* quos olim vocabant populi spoliatores (155).

Si, principe non aspirante ad rectam rationem nec mentem applicante ad humanitatem, quærat *i. e.* nitatur ditare illum, hoc *est* ditare Kie (156).

§ XXXIII. (Qui aiunt) « ego possum pro principe » fœdus inire (157) cum regnis; *si* pugnem, profecto » vincam, » *sunt* ii quos hodie vocant bonos ministros, *sunt* ii quos olim vocabant populi (158) prædones.

§ XXXIV. *Si*, principe (159) non aspirante ad rectam normam, nec applicante animum ad humanitatem, nitatur pro eo contentis viribus pugnare, hoc *est* adjuvare Kie.

(152) Ministros intelligit *Meng tseu*.

(153) C: Terræ vires exhaurire ut uberiores fructus reddat.

(154) J: Quia scilicet regni opes adaugent.

(155) J: Quia populum re familiari et opibus spoliant.

(156) *Kie*, imperator, sua in populum sævitia et nequitia famosus.

(157) C: Sociorum armis et auxilio nixus, victor evadam.

(158) J: Quia populi vitam hostilibus armis hauriendam objiciunt.

(159) C: Mencius innuit eorum principum consuetudinem, qui nihil aliud quam vicinos regulos aggredi et spoliare, occupataque illorum ditione, potentes fieri student.

Si ¶ sequatur *princeps* hodiernam (160) agendi normam, nec immutet hodiernos mores, quamvis des illi imperium, non poterit (161) uno mane permanere.

§ XXXV. Pe koueï (162) ait: ego (163) cupio *ex* viginti sumere unum: quid tibi videtur?

Meng tseu ait: tui agendi norma *est* borealium barbarorum agendi (164) norma.

§. XXXVI. *In* decies mille domorum regno, *si* unicus homo figulinam exerceat, tunc numquid poterit? Ait: non poterit, *quia* vasa non suppetent usui.

M. t. ait: *apud* boreales barbaros quinque fruges non nascuntur; solummodo milium nascitur; non habent mœnia, palatia, domos, *nec* venerabilium templorum majoribus dicatorum sacrificii tsi cæremonias; non habent (165) regulorum serica volumina *et* convivia; non habent centum magistratus *et* præfectos; ideo *ex* viginti sumunt unum et satis est.

(160) J : Mencius litteris *tao* (agendi ratio) et *sou* (mores), eos innuit ministros qui principem suum ditem armorumque potentia validum efficere, solummodo student.

(161) H : Profecto illa potentia spoliabitur.

(162) J : *Pe koueï* nomine *tan* (34).

(163) J : Tributi legem qua decimam frugum partem pro tributo exigunt principes, acerbiorem puto. Quid, si vigesima tantum pars irrogaretur?

(164) I : Borealium regionum barbari hujus modi tributum, nempe decimam partem, exigunt.

(165) J : Regulos muneribus non invitant, nec convivio excipiunt, magistratibus, præfectis, stipendia non pendunt. Cum igitur paucissimos sumptus faciat princeps, paucissima etiam tributa exigere potest.

§. XXXVII. Nunc *si*, (princeps) habitans in medii regno, rejiciat hominis officia (166) nec habeat (167) sapientes, quomodo (168) poterit?

¶ Si figuli pauci *sint*, adhuc non potest (169) esse *vel* stare regnum; quanto magis (170) *si* careat sapientibus?

§. XXXVIII. *Si* velimus illud facere levius quam *imperatorum* Yao *et* Chun regula, *illi* (erunt) magni (171) Me, *nos* parvi Me.

(166) J : Indicat locum supra allatum : *Non habent mœnia*, etc.

(167) H : Indicat supradicta : « *Non habent magistratus, præfectos.* »

(168) B, I, J : Administrare regnum.

(169) Sic versio Tartarica. B et J : Constituere (7,355) nec non rite gubernare regnum. Aliter E, quem sequitur Noël : Omni unius regni populo satis magnam vasorum copiam solus suppeditare nequit. Sed hæc interpretatio sequentibus *quanto magis*, etc., male congruit. In loco præcedenti : *kin kiu tchoung koue etc.*, post litteras *khi kho hou*, multi interpretes supplent *weï koue* (5,595,-1,539), alii, *tchi-yin* (4,901-91), administrare regnum (*Vid. not.* 168), regere homines. Unde licet litteras *weï koue* loci quem explicamus, a genuina significatione (scilicet, administrare regnum), non detorquere.

(170) C : Quanto magis vastum Chinæ imperium carere non potest sufficienti magistratuum et præfectorum numero, quiquidem varia administrationis munera obeant, omniaque humanæ societatis officia observanda curent. Si igitur regnum, sublatis sapientibus istis, rite administrari nequeat, tunc necesse est satis larga tributa exigi ut princeps annuis sapientum sive magistratuum et præfectorum stipendiis suppeditet. Inde patet leve tributum, quod in vigesima tantum frugum parte exigenda consisteret, in sinensi imperio exerceri non posse.

(171) I : Si vigesimam tantum frugum partem, non decimam, ut imperatorum *Yao* et *Chun* legibus sancitum est, exigere velimus, supra memorati regionum borealium barbari (dicti *Mo*), qui nobis levissimum tributum exercendi exemplum dederunt, erunt magni *Me*, nos erimus parvi *Mc*. Ibidem : Istis barbaris similes evademus.

Si velimus illud (172) facere gravius quam *imperatorum* Yao *et* Chun regula, (Kie erit) magnus Kie, *nos* parvi Kie.

§. XXXIX. Pe koueï ait : *Mei* Tan (173) τὸ coercere (174) aquas, superat (175) Iu.

Meng tseu ait : Domine erras : τὸ τοῦ Iu dirigere (176) aquas, aquarum via (177) *est*.

§. XL. Idcirco Iu quatuor maria fecit (178) lacunam; nunc, domine mi, vicina regna fecisti lacunam.

Aquæ transverse fluentes (179) dicuntur exun-

(172) I : Si tributum decima frugum parte gravius imponere velimus, tunc sævus imperator *Kie*, qui acerbæ istius exactionis exemplum nobis dederit, erit magnus *Kie*, nos erimus parvi *Kie*. Ibidem : Immiti huic imperatori *Kie* similes evademus.

(173) H : *Tan* (34), nomen viri *Pe kouei*.

(174) B : Interpres *Tchao* ait : Tunc temporis reguli levibus identidem inundationibus vexabantur. *Pe kouei*, erectis aggeribus, illuviem, aquas in vicina regna avertendo, compescuit. Quocirca se, hujus modi industria, clarissimum imperatorem *Iu* superavisse stulte jactitat.

(175) Quasi diceret : Exundantes aquas solertius quam *Iu* compescui.

(176) A : *Iu*, ut diluvium coerceret, aquas quæ sponte sua, et naturali propensione deorsum feruntur, excavatis alveis, hinc inde collegit, et, via jam sua, ad mare defluere jussit.

(177) J : Littera *tao* indicat imperatorem *Iu* aquas, juxta naturam suam, et in viam (A) quam sponte sequi solent, scilicet deorsum, deduxisse.

(178) J : *Iu* aquas in mare, sine ullius damno, velut in tutum receptaculum, deflexit; tu vero, naturalis aquarum propensionis omnino ignarus, eas in vicina regna, tanquam in suum receptaculum, cum ingenti regulorum damno, refudisti! Quomodo imperatori *Iu*, coercitis diluvii aquis tam præclaro, te conferre audes?

(179) H : Aquæ via non sua i. e. deorsum non fluentes, dicuntur *extra alveum effusæ*, seu *inundantes aquæ*.

dantes aquæ; exundantes aquæ *sunt* magnæ (180) aquæ. Illud *est* quod humanus vir odit (181). Domine mi, erravisti.

§. XLI. Meng tseu ait: *Si* sapiens non *sit* animo firmus (182), quomodo custodiet (183)?

§. XLII. ¶ *Cum* (184) Lou vellet facere *ut* Lo tching tséu regni administrationem (185) capesceret, Meng tseu ait: ego, *ex quo* audivi illud, *præ* gaudio non dormio.

Koung sun tchheou ait: an Lo tchhing tseu *est* animo fortis (186)?

M. t. Ait: minime.

K. s. t. An habet prudentiam *et* vim excogitandi (187)?

M. t. Ait: minime.

(180) J: Litteræ *houng choui* (magnæ aquæ), diluvium indicant, quod imperatoris *Yao* tempore desæviit.

(181) J: Damna diluvii, immensorum malorum causæ, vir humanitate præditus abhorret; tu vero, exundantem aquam, in vicinorum regulorum terras avertendo, ærumnas imperatoris *Yao* tempore grassantes, quodam modo renovasti! Nonne jure ac merito dicebam te vehementer errasse?

(182) Sic J. Alii interpretantur *sincerus*, *fidelis* (253); alii, *perspicax* (3,890); alii, *sibi fidens*.

(183) E: Quomodo, virtutem amplexus, in ea constanter et inconcusse perstare valebit?

(184) J: Regni *Lou* regulus.

(185) Princeps sapienti huic Mencii discipulo totam regni administrationem tractandam committere statuerat.

(186) A: An satis firmo animi robore valet ut grave totius administrationis onus sustinere possit?

(187) Perperam Noël: *Sollicitus (liu)*. A, B, I, J: An consilia optima, nec non ad regnum gubernandum maxime idonea inire, excogitare scit?

K. s. t. An multum (188) audivit *et* scit?

M. t. ait: minime.

§. XLIII. *K. s. t.* Si ita sit, quare *præ* gaudio non dormis?

M. t. ait: quoad hunc hominem, amat (189) bonum.

Ait: τὸ amare (190) bonum (191) sufficit-ne?

M. t. ait: *si quis* amet (192) bonum, tunc habet plusquam sufficit (193) ad imperium, quanto magis *ad* Lou regnum?

§. XLIV. *Si* vere amet bonum, tunc (194) *qui habitant* intra quatuor maria, omnes facilia *i. e.* non

(188) C: Quod in viris regni administrationi præpositis magni fit, est librorum classicorum cognitio, longo studio confirmata; hæc enim hominum mores penetrandi, resque et consilia ad temporis rationem accommodandi artem docet. An *Lo tching tseu* universas antiquitatis et temporum recentiorum res audivit, legit, didicit, ac eas penitus memoria et corde tenet?

(189) A: Quidquid bene dictum audit aut factum videt, corde intimo vere amplectitur, illudque sedulo colligit, ut exinde aliquam utilitatem decerpat.

(190) H: Bona verba, bona facta quæ ab aliis veniunt, approbare, amplecti atque in usum suum adhibere.

(191) A: Nempe ad regendum *Lou* regnum. J: Ad dirigendam cujuslibet regni administrationem.

(192) A: Si *bonum*, nempe *bona* verba, *bona* consilia, a se solo desumat, hujusce *boni* fontem brevi exhaustum sentiet; si vero ab aliis hominibus, qui in imperio pene innumeri sunt, ex eorum consiliis perennes et quasi semper redivivos fructus colligere poterit.

(193) E: Ad gubernandum universum imperium, quanto magis ad regendum exiguum regnum *Lou*!

(194) J: Intelligit omnes totius imperii homines qui *bono* (*chen*, 1,322) i. e. virtute præditi sunt.

longinqua ducent mille li et venient prædicare illi (195) ¶ bonum.

§. XLV. *Si* non amet (196) bonum, tunc homines dicent: arroganti vultu (197) *ait:* « ego jam dudum » scio (198) illud. » Arrogantis (199) *viri* vox *et* oris habitus repellunt homines ultra mille li. *Si* litterati (200) constiterint ultra mille li, tunc calumniantes, adulantes *ac* vultu assentantes homines accedent. *Si*, cum calumniantibus, adulantibus *et* vultu assentantibus hominibus habitans, regnum (201) velit pacifice administrari, *an* poterit *illud* obtinere?

§. XLVI. Tchhin tseu (202) ait: antiquitatis sapientes (203) quomodo magistratum gerebant (204)?

Meng tseu ait: τὸ adire (205) triplex *erat*, τὸ abire, triplex.

(195) H: Accurrent ut animum ejus bonis consiliis et exemplis adjuvent, tantoque administrationis oneri sustinendo idoneum efficiant.

(196) I: Si non velit *bonum*, i. e. bona consilia, sibi ab aliis suggeri. E interpretatur *keou* (8,868) *vere, perfecte.*

(197) B, I: Gallice: *D'un ton, d'un air suffisant.* C: Litteræ *yan se* (oris habitus) ad litteras *i i* referuntur, litteræ vero *ching yan* (vox) ad litteras *iu ki tchi tchi.*

(198) I: Omnia quæ ad regni administrationem attinent plane scio, nec mihi aliorum consiliis opus est.

(199) Melius gallice: *Ce ton et cet air suffisant.*

(200) J: Viri docti, sapientes, virtute ornati.

(201) Sic interpres B: *Yo se koue tchi, khi kho te hou* (4,606—190—1,539—4,901—10,324—1,120—2,694—45).

(202) J: Videlicet *Tchhin tsen* (11,799—8,684).

(203) Aliter H: Qua de causa?

(204) C: *Tchhin tseu,* Mencium videns de magistratu petendo minime sollicitum, hujus modi agendi rationis causam scrutatur.

(205) A: Sapiens consilia et actiones suas tempore moderatur. Porro

§. XLVII. *Primo, si, eum* excipiendo (206), exhauriret reverentiam et exhiberet urbanitatem; *si*, postquam locutus esset (207), jam jam acturus esset ejus verba, tunc adibat illum.

Si, *quamvis* urbanitas nondum defecisset (208), verba non redigeret in praxim, tunc (209) abibat.

§. XLVIII. ¶ 2°. *Si*, (210) quamvis nondum in praxim redegisset ejus sermones, excipiendo eum, exhausisset reverentiam et exhibuisset urbanitatem, tunc adibat illum. *Si* urbanitas defecisset (211), tunc abibat.

§. XLIX. 3°. *Si* (212) mane non comederet, *si*

tribus potissimum causis inducitur ut magistratum petendum vel abdicandum esse censeat. Litteræ *khiu* (1,084), et *tsieou* (2,226), duplici hic sensu pollent : *Adire principem et petere magistratum ; discedere a principe et deponere magistratum.*

(206) J : *Meng tseu* non ait principem e palatio suo egredi ut sapienti obviam eat; littera *ing* (11,013) hic significat *excipere, tractare.* H : Litteræ *tchi king* (8,677—3,761) spectant ad internos animi sensus ; litteræ vero *yeou li* (4,028—7,093), ad externum corporis habitum, qui, voce, gestu, oris specie, affatu, summam comitatem spirat. A litteram *ing* (11,013), proprio sensu interpretatur : Si princeps, remoto fastu, dignitatemque suam coram sapiente demittens, obviam illi sponte veniat.

(207) C, J : Si sapientem loquentem benigna aure audiret princeps, ejusque consilia se exsecuturum esse polliceretur.

(208) A : Quamvis prior reguli erga sapientem comitas adhuc ferveret.

(209) H : Susceptum a principe magistratum deponebat.

(210) H : Videlicet cum initio principem invisit.

(211) H : Postquam aliquandiu magistratum obierat.

(212) H : In hoc tertio casu, princeps virum sapientem non solum urbane non excipere, atque adhortantis consilia non exsequi, verum etiam nullo stipendio affectum in summa egestate et penuria deserere censetur.

vespere non comederet, *et* fame moriens non posset egredi porta (213), *ac* princeps audiens illud diceret : « Ego, *quoad* (214) magnam rem, non possum actu complere ejus doctrinam ; præterea non » possum sequi ejus sermones ; *sed* efficere *ut* fame » pereat in meo regno, ego erubesco, » *si* opitularetur (215) illi, etiam poterat (216) accipere *ut* evitaret mortem et nihil amplius.

§ L. Meng tseu ait : Chun (217) exsurrexit ex agrorum medio ; Fou youeï (218) promotus est ex murorum terra pinsita exstructorum medio ; Kiao ke (219) promotus est ex piscium *et* salis medio. Kouan i 'ou (220) promotus est (221) ex carceris custodia ;

(213) J : *Meng tseu* sapientem virum in aliud regnum abire volentem, corporis fame confecti debilitate, impediri innuit.

(214) H, I : Ego quoad virum sapientem, cujus consilia sequi res est magna, imo maxima, quæ principi incumbat. J : *Magna res*, quasi dicat, res prima, primo loco habenda.

(215) I : Si princeps viri sapientis famem, dato milio, levare pararet.

(216) I : Vir sapiens, arcta officii et decoris lege coercitus, plus accipere nequibat, quam quod ad vitam utcumque sustinendam effugiendumque mortis periculum requirebatur.

(217) E : In monte *Li chan* (4,667—2,275) agros excolebat.

(218) J : Imperator *Wou ting* (4,658—2), ex dynastia *Chang* (1,299), structorem *Fou youei* ministrum suum fecit. H : *Fou youei* muros, in campo *Fou-yen* (373—2,290), struebat.

(219) J : *Kiao ke* pisces et sal vendebat. *Wen wang* (3,783—5,884 *bis*) illum ex hac humili eductum conditione sibi a consiliis stare jussit.

(220) H : Videlicet *Kouan tchoung* (7,512—117).

(221) H, I : Regni *Thsi* (13,239) regulus *Wen koung* (4,235—612) illum ex carceris custode ministrum suum fecit.

Sun cho 'ao (222) promotus est ex maris littore; Pe li hi (223) promotus est ex macello.

§ LI. ¶ Itaque Cœlum *quando* vult demittere magnum (224) munus in (225) hos homines, necessario prius ærumnis afficit eorum cor *et* mentem, laboribus urget eorum nervos *et* ossa, fame torquet eorum carnem *et* cutem, in egestatem *et* penuriam redigit eorum personam, (226) *jubet* res actas (227) adversari *et* repugnare (228) iis quæ (229) volebant agere. Sic excitat (230) eorum cor, indurat eorum (231)

(222) A : *Sun cho 'ao*, vir sapiens ex regno *Thsou* (4,379), qui ignotus degebat ad maris littus. Princeps *Tchouang* (8,956) eum ad summam dignitatem evexit.

(223) A : *Pe li hi*, sapiens ex regno *Thsin* (7,151). Eum, inter mercatores, in obscura emporii taberna latentem *Mo koung* (7,228-612) ad se vocavit, atque, ejus opera et consiliis usus, imperium in regulos adeptus est.

(224) H : regiam dignitatem vel primarii ministri officium intelligit.

(225) C, J : indicat prædictos sapientes, videlicet *Chun*, *Fou youeï* etc. vel generatim (H) viros sapientia, sanctitate præclaros.

(226) Littera *hing* (agere) quæ, subsequente paulo post littera *weï* (agere), redundare videtur, huic loco non nihil difficultatis addit : quam quidem tartaricus interpres, ea nimirum de causa, sustulit. Aliter plerique interpretes. H, I, J : *hing* res actas exprimit, littera *weï*, animi cogitata. A C : quæcumque corpus ad exitum perducit, iis adversantur et repugnant quæ mens agere meditabatur (J) vel cupiebat (H), i. e. non solum res cogitatæ ex sententia non succedunt, sed etiam exitum animi voto prorsus contrarium sortiuntur.

(227) I : quod actu prodit, actionis effectus, exitus.

(228) Sic I (*peï*, 8,450), A (*ni*, 11,053), et multi alii, litteras *fo louan* interpretantur.

(229) A, C, H, J litteram *yo* (4,606) *cupere*, *velle*, B, et I litteras *meou* (10,181), *ing* (5,547), *meditari*, *animo moliri*, supplent.

(230) C : eos ad humanitatem, æquitatem, urbanitatem, prudentiam fovendam et excolendam stimulat, ne forte, sui ipsorum obliti, mollitia et luxu diffluant, cupiditatumque illecebris sese irretiri patiantur.

(231) A : illos contra gulæ et libidinis stimulos indurat atque obarmat,

naturam, addit *et* adauget (232) quod ipsi non possunt (233).

§ LII. Homines communiter peccant et deinde possunt se emendare. Anguntur in corde, impediuntur in animi cogitationibus et deinde (234) exsurgunt. *Ubi* (res) declarata fuit (235) in vultu et erupit in voce, deinde intelligunt.

§ LIII. Domi, *si* non sint antiquarum familiarum ministri *qui* (236) tueantur leges, *et* sapientes viri *qui* (237) adjuvent; foras, *si* non sint bellum

efficitque ut exquisitis ciborum condimentis, nec non voluptatum dulcedine, æquo animo careant.

(232) A, I : eos diu laboribus premit, et ærumnis conflictat, rerumque humanarum usu atque experientia exercitat et docet. Hinc innatæ eorum facultates nova quotidie incrementa accipiunt; ita ut corpus, quæ vires suas excedebant, exsequi, mens vero quæ intelligentiam suam effugiebant, pernoscere, valeat.

(233) A : eorum vires, ad ea quæ exsequi non poterant, habiles et validas efficit.

(234) A, H : deposita tandem pravitate, ad meliorem vitæ frugem sese recipiunt, virtutemque omni studio ac cogitatione complectuntur.

(235) H, I : ubi alii homines eorum culpas vel vultu severiori, vel acri objurgatione redarguerunt, tunc, excusso tandem mentis veterno, sese peccasse intelligunt.

(236) Sic versio tartarica. H, I : *fa kia*, i. e. antiquarum familiarum ministri qui *lege, regula* (fa) principem dirigant. — Litteræ *fa kia* verti etiam possunt antiquarum familiarum ministri legum tenaces.

(237) Scilicet principem. I : *fo sse*, i. e. viri sapientes qui consiliis, operaque sua, principi opem atque adjumentum continuo præstent. — Alii aiunt : *Fo* est *resistere, obluctari* : *fo-sse*, sapientes viri principis vitia, verbis et exemplo suo, firmiter oppugnantes.

gerentia regna *et* (238) externæ calamitates, regnum vulgo (239) perit.

§ LIV. Deinde scis τὸ vivere (240) ex mœrore *et* ærumnis, et τὸ (241) perire ex quiete *et* oblectationibus *oriri.*

§ LV. Meng tseu ait : docendi etiam multæ *sunt* artes. *Sunt quos* (242) ego dignos non judico *quos* doceam, sic etiam doceo illos et nihil amplius.

(238) H, J : Improvisæ, inexpectatæ calamitates.

(239) H : Hujus regni princeps, superbia, mollitie, luxu, in exitium trahitur.

(240) H : Litteræ *sing* (vivere) et *sse* (mori) tropice accipi debent. Quicumque vir magni momenti munus (quale est principis) summa cum laude, regno incolumi, vitaque culpis carente, obit, is *vivere* merito dicitur.

(241) H : Si, verbi gratia, princeps in gravia pericula temere incidat, si regnum hostilibus incursibus imminuatur, si ejus nomini dedecoris labes inhæreat, licet mortuus non sit, tamen jure ac merito *periisse* dici potest.

(242) H : Inter illos qui scholam meam petunt, nonnulli sunt sectarii quos, utpote requisita cordis puritate carentes ac proinde indignos quos edoceam, a publica palæstra repello et arceo. Inde fit, ut, mentis oculos aperientes, atque ad sese reversi, virtutem complectantur et impense colant. Sic eos, *non docendo*, *doceo.*

CAPUT VII.

Tractatûs Tsin sin pars prior.

§. I. ¶ MENG TSEU ait : qui exhaurit suum cor, novit suam naturam (1); *ubi* novit suam naturam, tunc novit Cœlum.

§. II. Conservare suum cor, alere suam naturam, *est* id quo servitur (2) Cœlo.

§. III. Vitam brevem *et* vitam longam non existimare duplices, i. e. diversas (3), *et*, rite excolendo seipsum, exspectare illas, *est* id quo instituitur (4) Cœli mandatum.

§. IV. Meng tseu ait : nihil (5) *est* sine Cœli

(1) J : *Sing* est *ratio* qua nostrum cor instruitur, *thian* (Cœlum) est illius *rationis* fons et origo. Quæcumque (C) nostræ naturæ insunt, e Cœlo oriuntur. Itaque vir qui novit suam naturam, continuo novit Cœlum.

(2) J : *Sse*, servire, id est : obsequi, obsecundare, non resistere.

(3) J : Recogitare debet homo vitam brevem vel vitam longam a Cœlo pariter venire.

(4) H, J : *Li ming*, instituere Cœli mandatum, est sedulo conservare naturam quam Cœlum dedit et demandavit (*ming*) nobis.

(5) C, H, J : Prospera et infausta, felicitas et calamitates, semper, Cœli jusso et *mandato*, eveniunt. — J : littera *ming* (mandatum) indicat *fatum*.

mandato. Obedienter accipe illud (6) rectum. Ideo qui novit Cœli mandatum non stat (7) infra murum ruinosum.

§. V. Exhaurire rectam agendi normam *et* mori, rectum Cœli mandatum *est; in* manicis *et* compedibus mori, non *est* rectum Cœli (8) mandatum.

§. VI. ¶ Meng tseu ait : *Si* quæras, tunc obtines; *si* relinquas, tunc amittis. Sic τὸ quærere utile est ad obtinendum, *quando* quærimus ea quæ (9) insunt nobis.

§. VII. *Ad* quærendum est certa via ; *ad* obtinendum est Cœli mandatum. Sic τὸ quærere non utile est ad obtinendum, *quando* quærimus ea quæ (10) sunt extra *nos*.

§. VIII. Meng tseu ait : universæ res (11) com-

(6) C : Quicumque effectus, nemine visibiliter agente, accidit, a recto Cœli mandato i. e. a Cœlo directe oriri censetur.

(7) J : Sese hujusmodi periculo non objicit, ne forte, culpa sua, muro corruente, obteratur.

(8) A : Hæc calamitas ab hominibus, non a Cœlo, directe venit.

(9) J : Intelligit humanitatem, æquitatem, urbanitatem et prudentiam quæ natura sortimur.

(10) J : Intelligit divitias, honores, lucrum, dignitates.

(11) C : Solummodo intelligit innatum sensum æquitatis quæ subditi principi suo servientis agendi rationem dirigit et moderatur ; innatum amorem quo filius erga patrem movetur. — J : *pi*, i. e. integræ, perfectæ, sufficientes.

pletæ *insunt* in (12) nobis. *Si*, examinato teipso, veræ (13) *sint*, gaudium nullum majus.

§. IX. *Si* conaris (14) indulgenter agere, *ad* quærendam humanitatem, nihil vicinius.

§. X. Meng tseu ait: qui agunt et non intelligunt, diu student et non perspiciunt, usque ad vitæ finem sequuntur et non norunt hanc rectam normam, permulti *sunt*.

§. XI. ¶ Meng tseu ait: hominem non potest non pudere (15). *Si* τοῦ non (16) puduisse, *eum* pudeat, *eum* non (17) pudebit.

§. XII. Meng tseu ait: pudor (18) homini magni momenti *est*. Qui occultarum technarum *et* fraudum

(12) J: *'Go*, nos, i. e. nostra natura. C: omnium rerum, videlicet omnium virtutum germen, nascendo sortimur.

(13) C: V. g. Si vere odimus quod odio dignum est, si vere amemus quod amore dignum est, si vere delectamur illis quæ delectabilia sunt. — J: *veræ*, i. e. sine fuco aut falsitate.

(14) C: Alios homines tracta quemadmodum et tu ipse ab illis tractari cupis. Si eos esse velis erga te pios, pietatem colere prius debes, si rectos, cordis rectitudinem etc.

(15) C: Suarum culparum.

(16) C: Gallice: *si une fois il peut avoir honte de ne pas avoir eu honte* (de ses fautes), *il n'aura plus jamais honte.*

(17) H: Nihil amplius aget cujus eum pudeat; i. e. non amplius peccabit.

(18) J: Si alienæ aut propriæ pravitatis hominem vere pudeat, sapientes nec non sanctos viros potest imitari. Si vero innatum hunc pudoris sensum exstinguat, illico amissa nobilioris mentis dignitate, ad brutas bestias descendit.

variarum artem exercent, minime (19) adhibent pudoris sensum. *Quos sic* non pudet, *jam* non sunt similes hominibus. Quanam re similes essent hominibus!

§. XIII. Meng tseu ait : olim sapientes imperatores amabant (20) bonum et obliviscebantur (21) auctoritatem. Olim sapientes litterati an soli non sic? Gaudebant sua recta norma et obliviscebantur hominum (22) auctoritatem. Ideo, *si* imperatores *et* reguli non moverentur maxima reverentia, *nec* exhaurirent urbanitatem, tunc non obtinebant τὸ sæpe invisere illos. Porro, *si* sæpe invisere adhuc non obtinebant, multo magis, an (potuissent) obtinere τὸ (23) subditos facere illos?

§. XIV. Meng tseu compellans Soung keou tsian ait : tu, amas-ne iter facere (24)? Ego docebo te τὸ iter facere. ¶ *Si* homines (25) sciant, etiam vultu

(19) J : Licet innatum pudoris sensum a Cœlo quemadmodum et cæteri homines sortiti sint, illum, cupiditatibus obcæcati, minime sequuntur.

(20) J : Virorum sapientum virtutem, rectam normam amabant.

(21) C : Sapientes viros, dignitatis suæ obliti, fastuque deposito, summa observantia colebant.

(22) J : Virtuti colendæ solummodo intenti, regulorum potentia minime movebantur, eorumque auctoritatem parvi pendebant.

(23) I. e. ut subditos tractare, videlicet (C) illis aliquam operam annuo stipendio persolvendam, imponere.

(24) J : Iter facere ad docendum, vel doctrinæ diffundendæ causâ.

(25) J : Si reguli tuis documentis benignam aurem præbeant atque ea sequantur.

contento et sereno *sis; si* homines non sciant, etiam vultu contento et sereno *sis*.

§. XV. *S. k. ts.* ait: quomodo (agendum) *ut* tunc possim *esse* vultu contento et sereno?

M. t. ait: *Si* honores (26) virtutem, *si* delecteris (27) æquitate, tunc potes *esse* vultu contento et sereno.

§. XVI. Ideo litteratus, *licet* summe pauper, non deserit æquitatem; *licet* (28) promoveatur, non recedit a recta norma.

Vel summe pauper non deserit æquitatem: ideo sapiens possidet seipsum; *licet* promoveatur, non recedit a recta norma: ideo populus non amittit (29) optata.

§. XVII. Antiquitatis viri, *si* votorum compotes (30) fierent, (31) beneficia conferebantur in populum. *Si* non fierent votorum compotes, componebant se-

(26) C: Si honori ducas tuam virtutem, tuismet oculis excelsior fies, nec unquam dignitatum a regulis obtinendarum cura tangeris.

(27) C: Si vere delectaris inconcussa quam servas cordis rectitudine, nulla te rerum externarum illicia seducere valebunt.

(28) A: Licet ad honores evehatur, i. e. licet munus obeundum obtineat, vel aliqua dignitate ornetur.

(29) C: Populus votorum fit compos, quando nempe benigno regimine recreatur.

(30) H: Si, munus assecuti, frui possent votis, quibus doctrinam suam in praxim redigi exoptant.

(31) C, J: Virtutis et æquitatis beneficia in populos conferebant. Aliter A: beneficia, i. e. felicitas.

ipsos *et* (32) inclarescebant in sæculo. *Si* in paupertate versarentur, tunc solummodo (33) bonos efficiebant seipsos. *Si* promoverentur (34), universim bonum efficiebant imperium.

§. XVIII. Meng tseu ait : qui (35) exspectant Wen wang *ut* deinde exsurgant, *sunt* vulgi homines. Quoad ingenio et virtute insignes ¶ viros, licet non habeant Wen wang, etiam exsurgunt.

§. XIX. Meng tseu ait : *vir*, si, (quamvis) addas illi τὴν familiæ Han *et* familiæ Weï domum, seipsum aspiciat humiliter, tunc superat homines longe, i. e. multum (36).

§. XX. Meng tseu ait : *si* (37), quietem-afferente agendi ratione, laborare jubeat populum, *hic*, licet defatigetur, non succensebit. *Si* (38), vitam afferente

(32) H : Virtutis fama longe lateque inclarescebant.

(33) I. e. Meliores fieri studebant.

(34) H : Vide supra not. 30.

(35) J : Qui eximii imperatoris, qualis fuit *Wen wang*, exemplo et documentis opus habent ut, excusso mentis torpore, ad virtutem colendam assurgant.

(36) E : Si viro jam ditissimo familiæ *Han* et familiæ *Weï* opes et potentiam addas. Apud cæteros interpretes agitur de privato viro qui, fortunæ vice subito mutata, ex obscura conditione, in qua delitescebat, ad primarii præfecti dignitatem evehitur. In quo casu litteræ *fou tchi* verti possunt : Si augeas i. e. si amplifices illum *domo*, etc.

(37) A : Regulus dum populo quietem afferre satagit, v. g. dum a populo mœnia exstrui jubet quæ urbem et subditos ab hostibus tueantur.

(38) A : Ubi regulus latronem aut homicidam ultimo supplicio afficit, ut omnes subditi securi vivant et incolumes, populus licet unum vel plures occidi videat, occidenti minime succenset.

agendi norma, occidat populum, *hic*, licet *aliquis* pereat, non succensebit occidenti.

§. XXI. Meng tseu ait : Archontis populus *est* lætus *et* hilaris, imperatoris populus pleno gaudio perfunditur.

§. XXII. *Licet* (39) occidat, non succenset; *licet* (40) utilitatem afferat, non (animadvertit) meritum. Populus singulo-die sensim-transit-ad bonum, et nescit quis faciat illud.

§. XXIII. ¶ Id quod sapiens (41) pervadit (42), mutatur; *quia* ubi residet, *sicut* (43) spiritus; supra *et* infra cum cœlo *et* terra una (44) diffunditur. Numquid dices : *hæc* exiguæ reparationes (45) *sunt!*

§. XXIV. Meng tseu ait : humana verba (46) non sicut humana fama intrant homines profunde. Bono

(39) J : Licet regulus aliquem occidat. Vid. not. 38.

(40) C : I. e. si omnia ad victum necessaria illi abunde suppeditet.

(41) H : Imperatorem intelligit.

(42) H : Quocumque pervadunt imperatoris documenta, populus ad bonam frugem se recipere gestit, ac tandem, deposita pravitate, in melius mutatur.

(43) E, H : Ubicumque residet, occulta vi, veluti spiritus, omnes animos penetrat, movet, atque virtutis igne, etiam inconscios, inflammat.

(44) H : Scilicet illa virtus, illa vis præclara ac quasi divina quæ mentes subit et immutat.

(45) C : Numquid tam ampla imperatoris beneficia conferes cum leviusculis meritis regulorum qui, nedum populos plena felicitate perfundant, malis eorum in dies ingravescentibus non nisi exiguam ac pene nullam medelam afferunt!

(46) I. e. Hominum cor non tam profunde penetrant quam, etc.

regimine, non sicut bonis documentis, obtines (47) populos.

§. XXV. Bonum regimen populus metuit; bona documenta populus amat. Bono regimine, obtines populi opes; bonis documentis obtines populi cor.

§. XXVI. Meng tseu ait : id quod homo sine studio potest *agere*, *ex* ejus cœlitus indita facultate *venit;* quod sine meditatione cognoscit, *ex* ejus cœlitus indita scientia *vel* intelligentia *venit.*

§. XXVII. Infans (48) nullus non scit diligere suos (49) parentes; ubi crevit (50), nullus non scit ¶ colere (51) suum fratrem natu majorem. Diligere parentes, humanitas *est;* colere natu majorem, æquitas *est.* Non est alia *causa :* (52) pervaderunt imperium.

§. XXVIII. Meng tseu ait : *quando* Chun, habitans *in* remoti montis medio, inter silvas *et* rupes degeret, *ac* inter cervos *et* sues deambularet, (53) id quo ipse differebat a profundi *seu* remoti montis agrestibus hominibus, titivilitium *erat.* Quando ille audierat

(47) I. e. Populi amorem tibi conciliat.

(48) J : Infans duos vel tres annos natus.

(49) J : Patrem et matrem tantummodo innuit.

(50) J : Ubi quinque vel sex annos attigit.

(51) J : I. e. Illi parere, obsequi, post eum incedere.

(52) B : Ille amor quo parentes diligimus, illa reverentia fratris natu majoris, totum imperium pervaderunt; i. e. hos animi sensus omnes imperii homines pariter habent.

(53) A : Si spectasses incultum corporis ejus habitum....

unum bonum verbum (54), *aut* viderat unam bonam actionem, *erat* veluti remotis-aggeribus-undantes Kiang et Ho (fluvii), *quos* (55) torrentis instar fluentes nihil potest cohibere.

§. XXIX. Meng tseu ait : ne agas ea quæ non *debes* (56) agere; ne optes ea quæ non (debes) optare. *Si* ita *agas*, (57) actum est.

§. XXX. Meng tseu ait : *si* homo habeat virtutis (58) perspicientiam *et* industriæ (59) prudentiam, *id* constanter (60) oritur ex ærumnis *et* adversis rebus. ¶ Solum, i. e. enimvero, aula exclusi ministri *et* nothi filii custodiunt cor (61) anxie *et* sollicite; præcavent ærumnas profunde; ideo (62) penetrant *res*.

§. XXXI. Meng tseu ait : sunt homines qui ser-

(54) A : Ubi bona verba audierat, ea subito, avida mente excipiebat; ubi quem bonum actum videbat, illum subito ipsemet agere satagebat. Nonne *Chun* (si spectes ardens studium quo virtutem prosequebatur), a supradictis hominibus toto cœlo differebat ?

(55) Sic omnes interpretes, excepto E. Noël hunc locum ad *Chun* retulit : *nihil unquam potuit properantem ejus (Chun) cursum retardare.*

(56) Sic Sinici et Tartarici interpretes.

(57) I. e. nihil amplius agendum superest.

(58) C : Ratio quæ in corde residet, dicitur, virtus (*te*); quando illa ratio homini rem aliquam agenti facem præfert, vel, rebus nondum peractis, clare emicat, dicitur *virtutis perspicientia.*

(59) C : In rebus tractandis.

(60) Sic A et versio Tartarica.

(61) Sic A, H, Z, J. Aliter E : in periculis.

(62) A : Ideo, adversis casibus exercitati et edocti, rerum rationes acute penetrant, cordisque rectitudinem et pietatem servare possunt.

viunt principi; servientes huic principi, unice-student *ut* indulgeat *et* contentus sit *ipsis*.

§. XXXII. Sunt ministri qui tranquillitatem afferunt regno. Τῷ tranquillitatem afferre regno lætantur.

§. XXXIII. Est Cœli (63) populus; qui *si*, ad dignitatem evecti, *vident* posse (64) agi in imperio, deinde agunt.

§. XXXIV. Sunt magni viri; qui, *ubi* rectos effecere seipsos, tunc res (65) rectæ fiunt.

§. XXXV. Meng tseu ait: ¶ Sapiens habet tria gaudia, et τὸ habere dominatum imperii non inter *illa* est, *vel* annumeratur. Τὸ patrem *et* matrem simul superstites esse, τὸ fratrem natu majorem *et* fratrem natu minorem vacare (66) causa, primum gaudium *est*. Supra, non erubescere coram (67) Cœlo, infra, non erubescere coram (68) hominibus, secundum gaudium *est*.

(63) G : Homines e populo qui, munere publico vacui, cœlitus inditam rationem servare et exhaurire sciunt, Cœli populus recte dicuntur.

(64) H : Si vident rectam normam in imperio posse agi, deinde agunt illam.

(65) H, J : Littera *ve* (res) principem et populum simul innuit.

(66) C : Littera *kou* (causa) multiplici sensu hic pollet; significat vel : (I) immatura mors, vel : (I, J) adversæ res, ærumnæ, vel : (B) abalienatio, vel : dissidium.

(67) J : Si illibatam servet rationem sibi cœlitus inditam.

(68) J : Si adimpleat et exhauriat hominis rectam normam. H : Si homo nullam foveat cogitationem quam Cœlo perspiciendam permittere nequeat; si nihil agat quod coram hominibus verbis patefacere non possit.

§. XXXVI. Invenire (totius) imperii (69) viros egregio ingenio præditos, atque docere *et* (69[a]) alere illos, tertium gaudium *est*. *Sic* sapiens habet tria gaudia, et τὸ potiri imperii dominatu non inter *illa* annumeratur.

§. XXXVII. Meng tseu ait : amplas (70) terras *et* populum multum sapiens exoptat : id quo gaudet non inest *iis*.

§. XXXVIII. Τῷ, in medio imperii stando, stabilire, i. e. pace componere, quatuor marium populos, sapiens gaudet. Quod naturâ habet (71) non inest.

§. XXXIX. Id quod sapiens naturâ habet, quamvis (72) late agat, non augetur, quamvis in paupertate sit, non imminuitur (73); quia id-quod-sortitus-est-a-Cœlo (73[a]) immutabile est.

§. XL. Id quod sapiens naturâ possidet, humanitas, æquitas, urbanitas, prudentia, radicem habet in

(69) Aliter versio Tartarica : viros prudentia et virtute præditos.

(69[a]) A, C, H : præceptis suis alere et adaugere eorum virtutem.

(70) C : Vasto in regno et inter frequentissimos homines versari exoptat sapiens, ut doctrinæ suæ beneficia latius extendat.

(71) H : Id omne quo nostra natura instruitur non situm est in hoc. J : Id quod naturâ habet (vid. §. XL, l. 1) situm est extra ea quibus gaudet. Aliter I quem sequitur Noël : verum gaudium quod naturâ habet non situm est in hoc.

(72) B : Quamvis doctrinam suam late diffundat.

(73) C : Recta ratio, qua Cœlum naturam nostram ornat et instruit, augeri vel imminui non potest. C, infra, litteras *sun* et *kia* (detrahere et addere) ad *naturam* refert.

(73[a]) Sic interprett. C et J.

corde. Illæ apparent in corporis habitu, leniter emicant in vultu, exundant in humeris, diffunduntur in quatuor membra; quatuor membra, nullo sermone emisso, intelligunt.

§. XLI. Meng tseu ait : *cum* Pe i (74), fugiens Tcheou, habitaret borealis maris ripas, *ubi* audivit Wen wang exortum esse, derepente surgens, ¶ ait : quidni vado *illi* adhæsurus? Ego audivi occidentis regulum callere artem alendi senes.

Cum Thaï koung, fugiens Tcheou, habitaret orientalis maris littus, *ut* audivit Wen wang exortum esse, derepente surgens ait : quidni vado *illi* adhæsurus? Ego audivi occidentis regulum callere artem alendi senes. *Si* in imperio sit *vir* bonus alere senes, tunc humanitate præditi homines illi adhærere properabunt.

§. XLII. *In* quinque jugerum habitatione, *si* seras moros infra parietes, *ac* privata mulier alat bombyces, tunc senes poterunt indui sericis vestibus. *Si* quinque gallinas *et* duas scrophas (75) alas nec negligas (76) earum tempus, *tunc* senes poterunt non carere carne. Centum jugerum agrum, *si* privatus homo aret, octo hominum familia poterit non esurire.

§. XLIII. Quod (77) dixerunt : « Occidentalis re-

(74) Vid. Lib. II, Cap. I, §. XLI.
(75) I et vers. Tart. supplent : si *alas*.
(76) Cf. Lib. I, Cap. I. not. 61.
(77) A : Quod *Pe i* et *Thaï koung* dixerunt.

» gulus callet artem alendi senes, » *hoc erat*: *ubi* determinaverat eorum agros *et* habitationem, *et* docuerat illos (78) τὸ serere *et* alere, præceptis-dirigens eorum ¶ uxores *et* liberos, efficiebat *eos* alere (79) suos senes. Quinquagenarii, *si* careant serico, non calefiunt; septuagenarii, *si* careant carne, non saturantur. Non calefieri *et* non saturari, dicitur algere *et* fame confici. *In* Wen wang *regis* populo, non erant algentes *nec* fame confecti senes. Hoc illud (80) exprimit.

§. XLIV. Meng tseu ait : (81) *Si* (efficiat ut) bene colat suos agros, *si* (82) levia faciat ejus vectigalia, populus poterit ditari.

§. XLV. *Si* comedat (83) secundum tempus, *et* utatur (84) secundum ritus, opes non poterunt consumi usu.

§. XLVI. Populus, *si* careat aqua *et* igne, non vivit. *Si quis* obscura nocte (85) pulsans alicujus fores,

(78) J : Serere moros et alere scrophas et gallinas.

(79) H : Patrem et matrem carne alere et serico vestire.

(80) C : Hoc ipsissimum est quod *Pe i* et *Thaï koung* vocant « callere artem alendi senes. »

(81) Omnes interpretes supplent *sse* (190), *efficere*.

(82) A : Si tenuia exigat vectigalia, scilicet (J) decimam frugum partem.

(83) J : V. g. mane et vespere.

(84) C : Si opes labore suo comparatas eo quem ritus præscribunt modo impendat, nempe in solemnem pilei impositionem, in matrimonium, in exsequias, in sacrificium *tsi* etc.

(85) J : *Obscura nocte* i. e. tempore inopportuno; *pulsans fores*, i. e. vel læsa urbanitatis lege.

quærat ignem *et* aquam, nemo est qui non det; quia (86) *hæc* maxime abundant. Sancti viri, *dum* regerent imperium efficiebant pisum *et* milium esse (87) instar aquæ *et* ignis. *Ubi* pisum *et* (88) milium *sunt* instar aquæ *et* ignis, *in* populo, quomodo existerent (89) inhumani viri?

§. XLVII. Meng tseu ait : *quando* Confucius ascendebat montem Toung chan (90), exiguum existimabat regnum Lou; *quando* ascendebat montem Thaï chan (91), exiguum existimabat ¶ imperium.

Itaque *illi* qui vidit maria, (aquæ) vix sunt (92) aquæ, *illi* qui incessit in sancti viri palæstra, (sermones) vix sunt (93) sermones.

§. XLVIII. Aspiciendi aquam existit ars: necesse est aspicere ejus (94) torrentes fluctus. *Cum* sol *et*

(86) H : Littera *i* (6,799) significat *ideo*.
(87) A : Esse abundans, abundare (E).
(88) Vers. Tartarica : grana.
(89) C : Homines non recti, (J) inurbani, iniqui.
(90) J : Mons in regno *Lou* surgens.
(91) J : Omnium imperii montium altissimus.

(92) F : C : Non solum (A) rivi et canales, sed etiam fluvii *Kiang* (4,857) et *Ho* (4,896) vix (*nan*) digni sunt qui censeantur *aquæ*. G G : *nan wei*, quasi dicas : non possunt censeri.

(93) C : Non solum sophistarum verum etiam sapientum sermones cum sanctissimi Confucii sermonibus collati, vix censeri possunt *sermones*.

(94) G : Innuere vult Mencius rectam normam etiam suo e fonte oriri. Ubi vides rapidos aquæ fluctus, eam a scaturigine alicubi exundare comperis, ubi tenues rimulas, solis et lunæ radiis pervias, clara luce suffundi vides, tunc scis nitidum illud lumen alicunde, scilicet e disco, velut e fonte oriri.

luna habeant (95) radiantem-discum, foramina (96) necessario illuminantur.

§. XLIX. Fluens aqua est res (hujusmodi): *si* non impleat fossas, non incedit (fluit). Sapiens *ubi* applicat mentem rectæ normæ, *si* non perficiat (97) absolutum opus, non (98) penetrat.

§. L. Meng tseu ait: qui, gallo canente surgens, summa diligentia exercet virtutem, *imperatoris* Chun discipulus *est*. Qui, gallo canente surgens, summa diligentia ad lucrum incumbit, *latronis* Tche discipulus *est*.

§. LI. *Si* velis nosse (imperatoris) Chun *et* (latronis) Tche differentiam, non est *in* alia *re*: *est* in lucri *et* virtutis (98[a]) intervallo.

§. LII. Meng tseu ait: Yang tseu unice studet τῷ causâ (99) meî. *Licet*, evellendo unum *sibi* capillum, utilitatem afferret imperio, *id* non ageret.

§. LIII. ¶ Me tseu (homines) universe diligit; *si*

(95) Aliter versio Tartarica: cum sol et luna lucidi sint.

(96) Litteras *cheou kouang* sic interpretatur E. — H, J: foramina quæ accipiunt *(young)* lucem *(kouang)*.

(97) C, H: Si virtutem cumulatam et exterius pulchritudine sua clarescentem *(tchang, 7,367)* non assequatur. Tartaricus interpres vertit *tchang*: res perfecta, numeris omnibus absoluta.

(98) H: Ad Confucii sanctitatem assurgere nequit.

(98[a]) G: Lato capillo inter se vix differunt.

(99) Versio Tartarica: causâ sui. J: *Yang tseu* sui unius commodis, suæ utilitati unice inservit.

(100) incurvato capite *usque-ad-talos, lucrum afferre (posset) imperio, (101) faceret illud.

§. LIV. Tseu mo tenebat (102) medium. Tò tenere medium, *prope-accedit. Tò, tenendo medium, non habere trutinam, *est* tanquam (103) tenere unum.

§. LV. Ideo odio habemus illos-qui tenent unum (104), quia illi (105) pessumdant (106) rectam normam, *ac*, *dum* agunt unam rem (107), amittunt *vel* negligunt centum.

(100) E: Si quis impetens (3,575-7,284) i. e. ex improviso corripiens ejus caput, illud usque ad talos (J: pedes) demittat, dolorem et injuriam æquo animo feret. — I litteram *mo* explicat *movere*, et litteras *mo ting fang tchoung* ad eumdem hominem referre videtur.

(101) I. e. id sibi fieri sustineret (E).

(102) C: *Tseu mo*, utilitati suæ, sed non unice et pertinaciter, ut *Yang tseu*, studebat; homines omnes, sed non amicitiæ suæ profusus, ut *Me tseu*, diligebat. Qui in omnibus mediocritatem tuetur, rectæ agendi normæ accedit.

(103) C, J: Si medium tenens, suam agendi rationem juxta temporum vices, æqua prudentiæ trutina, moderari nesciat, tunc unicæ rei adhærere videtur, et a prædictis sophistis, *Yang* et *Me*, nullo modo differt.

(104) G: *Yang tseu*, suæ utilitati unice studens, lædebat humanitatem; *Me tseu*, omnes sine discrimine diligens, lædebat æquitatem; *Tseu mo*, mediocritatem, absque rationis trutina, tenens, lædebat prudentiam quæ mediocritatem, in omnibus servandam, ad tempus accommodat.

(105) H: Mencius innuit *Yang tseu*, *Me tseu* et *Tseu mo*.

(106) H: Intelligit humanitatem, æquitatem et prudentiam quæ medium, in rebus servandum, tempore moderatur.

(107) H: Dum suis rationibus unice consulunt, cæteros homines negligant necesse est; dum universos homines æqualiter diligunt, semet ipsos negligant necesse est; dum medium tenent, ut *Tseu mo*, innumera rerum momenta, quæ, pro variis locis et temporibus, sæpe varia sunt, æqua rationis et prudentiæ lance ponderare et moderari nesciunt.

§. LVI. Meng tseu ait : qui esurit (108), jucundum existimat cibum; qui sitit, jucundum existimat potum. Tunc non habent potûs *et* cibi (109) rectum (gustum), *quia* esuries *et* sitis officiunt *illis* (110). An solum os *et* venter habent esuriei *et* sitis incommoda ? Hominum cor etiam communiter habet (patitur) *sua* incommoda (110[a]).

§. LVII. *Si* homines possint minime, (111) propter esuriei *et* sitis malum, cordi malum facere, tunc τῷ non attingere *vel* æquare (112) homines non contristabuntur.

§. LVIII. ¶ Meng tseu ait : Lieou hia hoeï, *vel* (113) ὢν *omnium-magistratuum-primus (114), non immutasset suum vitæ-propositum.

(108) B : Qui esurit, qui sitit, cibo et potu vel injucundo delectatur.

(109) Sic interprett. A, B, C, J.

(110) H : Fames et sitis ori et ventri nocent.

(110[a]) B : Multi sunt homines qui, in paupertate et ignobilitate jacentes, divitias et honores, æquitate læsa comparatos, retinent. Hinc patet illos cordis sui integritatem exuisse, quia scilicet paupertas et ignobilitas eorum cordi, haud secus ac modo fames et sitis gustui, nocuerunt, atque illud miserum in modum pervertêre.

(111[a]) G, H : Si homo posset, nullo modo, propter paupertatem et ignobilitatem (i. e. propter divitias et honores adipiscendos), corde turbari, tunc alios homines longe superaret. A : Homo, divitiarum et honorum cupiditate obcæcatus, cordis sui integritatem graviter lædit (*haï*).

(112) H, J : Viros sapientia et sanctitate sua præclaros intelligit.

(113) Sic versio Tartarica. Aliter E : Suam magnam animi voluntatem (J : suam rectæ agendi normæ sinceritatem) vel cum insigni dignitate *San koung* non permutasset.

(114) Sic interpres E. Aliter H : quamvis fuisset vel *Thaï sse* (1,799-2,430), vel *Thaï-fou* (1,799-373), vel *Thaï-pao* (1,799-249). *Vide Mor-*

§. LIX. Meng tseu ait : Qui*animum-applicat-agendo, *est* tanquam *vir* fodiens puteum. *Si* fodiens puteum *usque ad* nonum jin, i. e. usque ad septuagesimum secundum cubitum, non attingat aquæ fontem, adhuc censetur (114[a]) reliquisse puteum.

§. LX. Meng tseu ait : Yao *et* Chun naturâ-habuerunt (115) rectam normam; Thang *et* Wou (116) corpore-habuerunt illam; quinque regulorum archontes (117) ementiti sunt illam. *Cum* diu ementiti essent *illam* et non (118) rediissent, quomodo scivissent se *illam* (119) non possidere?

§. LXI. Koung sun tchheou ait : (I in) aiebat : « Ego (119[a]) non frequenter-inviso τὸν non (120) obsequentem. » Relegavit Thaï kia in Thoung (121), *ac*

rison, Chinese and English dictionary, arranged according to the radicals, Part. I, pag. 808, *col.* 1.

(114[a]) J : Pariter homo, si summæ virtutis fastigium non pertingat, similis illi est qui, ab inçepto virtutis studio, desistit.

(115) C sic explicat litteras *sing* et *chin*, vulgo *natura* et *corpus*. H supplet : Æquitatis et humanitatis rectam normam.

(116) C : I. e. animi conatibus adepti sunt illam. Aliter J : Corpore (i. e. animo) adhæserunt illi. Interpretis J sensum rectius explicabit vox gallica *s'incorporer*.

(117) J : Ementitie usurparunt humanitatis et æquitatis speciem.

(118) Ad cordis (H) rectitudinem, ad (A) virtutis sinceritatem.

(119) H : Quasi diceret : Quomodo intellexissent se nudam illius virtutis speciem tantum habere?

(119[a]) G : Vide *Chou king*, Capite *Thaï kia*.

(120) H, J : Princeps *Thaï kia*, rectam æquitatis normam, agendo non sequebatur.

(121) E : *Thoung*, nomen palatii in quo (J) defuncti imperatoris *Tchhing thang*, ejus patris, mausoleum exstabat.

populus magnopere (121*) lætatus est. *Cum* Thaï kia sapiens (evasisset), iterum revocavit illum (122), *ac* populus magnopere lætatus est (123).

Sapiens vir, *quando* est alicujus minister, *si* ejus princeps non *sit* sapiens, tunc *an* continuo potest (illum) relegare?

¶ Meng tseu ait: *si* habeat τοῦ I in mentem, tunc potest; *si* non habeat τοῦ I in mentem, tunc (124) usurpat.

§. LXII. Koung sun tchheou ait: Chi *king* (125) ait: « Ne *quis* vacue (126) comedat. » Sapiens non arat et (127) comedit; quomodo?

Meng tseu ait: *quando* sapiens degit *in* ° regno, *si* ejus princeps utatur (128) illo, tunc quietus, dives, honoratus *et* inclytus *est*. *Si* ejus (129) filii *et* fratres minores sequantur (130) illum, tunc pii-in-

(121*) J: Quod principis *I in* vitia corrigere potuerat.

(122) E: Illum in regiam sedem reposuit.

(123) J: Quod principis *I in* virtutem perficere potuerat.

(124) E: Principis dignitatem usurpat, ut solus (J) rerum potiatur.

(125) G: Liber Carminum, tom. *Koue foung* (1,539—12,271), Oda *Fa than* (135-4,514).

(126) J: Ne quis, absque merito, stipendia a principe accipiat.

(127) J: Quocumque pergat vir sapiens, a regulis laute alitur.

(128) J: Si illius consilia benigne audiat ac docili mente sequatur.

(129) A: Ii omnes qui, in regno, filii et fratres minores sunt. B intelligit inferiorum, i. e. plebis, filios et fratres minores, I et J vero, illos juvenes qui jam nascentis ingenii flore emicant.

(130) C: Tanquam ducem et virtutis exemplar, ejusque documenta actu exsequi studeant.

parentes, reverentes-seniorum, corde-recti, *ac* in-verbis-veraces *fiunt*. Non (131) *est* « vacue comedere. » Quidnam (132) majus *est* quam (133) illud?

§. LXIII. Regis filius (134) Tian interrogans ait: Litteratus cui *rei* vacat?

Meng tseu ait: Excelsam facit *suam* (135) mentem.

§. LXIV. Ait: Quid vocas excelsam facere *suam* mentem?

M. t. ait: (Incumbere) humanitati *et* æquitati et nihil amplius.

Occidere unum innocentem, non *est* humanitas; quod non est suum, capere, non *est* æquitas.

Si quæras: Sedes quænam est (135a)? — Humanitas (136) est. Via, quænam est? — ¶ Æquitas est. Habitando humanitatem, et incedendo-in æquitate (137), magnorum virorum res completæ sunt.

§. LXV. Meng tseu ait: Tchoung tseu, *si*, absque æquitate, dedisses illi Thsi regnum, non acce-

(131) B, H, J: Qui de principe et populo sic bene meretur, dici non potest « *absque merito comedere vel stipendia accipere.* »

(132) E: Quodnam meritum?

(133) J: Vox *illud* indicat τὸ de principe et populo bene mereri.

(134) J: *Tian*, regni *Thsi* reguli filius.

(135) H: Mentem suam ad sublimem virtutis perfectionem erigere studet.

(135a) Ad verbum: in quo sita est? — In humanitate (H).

(136) I. e. in humanitate sedem defixit, in æquitate incedit. — Voces *via* et *sedes* tropico sensu accipiendæ sunt.

(137) H, J: Mencius intelligit principem, supremorum tribunalium præsides et primarios præfectos. — Res i. e. officia.

§. LXIX. *Cum* Meng tseu ex (154) Fan transiisset-in Thsi, (155) eminus aspexit (regni) Thsi reguli filium. Suspirando exclamans ait : Sedes (156) immutat vultûs-speciem, τὸ alere (157) immutat corporis-habitum. Quam magni-momenti sedes *est!* • Nonne omnes (158) hominis filii *sunt?* (159).

§. LXX. Meng tseu ait : Regis filii ædes, domus, currus, equi, vestes, *aliorum* *hominum multum similes *sunt*. Cum regis (160) filius *sit* hujusmodi, hæc sedes (161) fecit illum sic : quanto-magis ille-qui habitat-in imperii (162) ampla domo!

§. LXXI. *Cum* Lou *regni* regulus transiisset-in

(154) H : *Fan*, urbs regni *Thsi* (13,239).

(155) Ita interpres B. Interpres tartaricus litteras *wang kian* uno verbo vertit : *Aspicere*.

(156) I : Littera *kiu* (sedes) conditionis, dignitatis gradum innuit.

(157) C : Intelligit ingentes reditus, quibus viri principes aucti, cunctis vitæ commoditatibus et exquisitis dapibus utuntur.

(158) C : Omnes illi principum filii.

(159) I. e. quando nascuntur, a privatorum hominum filiis, nullo modo differunt; sed eos subinde tum conditionis gradus, tum educatio immutant (C).

(160) H : Cum regis filius, ab aliis hominibus, vultûs specie et corporis habitu sic differat.

(161) C : Excelso conditionis gradu a cæteris vulgi hominibus differt; idcircò decora vultûs specie, nitentique corporis habitu (A) sic emicat.

(162) H, J : Cordis humanitatem intelligit. — Mencius (J) litterâ *tche (qui)*, se ipsum clam innuit.— Quanto magis ab aliis hominibus, vultûs et corporis specie differt vir qui, sublimi virtutis studio unice incumbens, in humanitate, velut in sanctissimo penetrali, mentis sedem defixit!

Soung, clamavit (163) τὴν *urbis* Tieï tche portam. Custodes dixerunt : « Ille non *est* noster princeps ; ¶ quomodo sua voce similis est nostro principi? » *Hoc* non est (164) aliud : Sedes mutuo similis est.

§. LXXII. Meng tseu ait : *Si* alat (165) et non diligat, porcelli *instar* tractat illum. *Si* diligat et non afficiat honore, pecudis *instar* alit illum.

§. LXXIII. Reverentia (166) *et* veneratio, muneribus nondum oblatis. *Si*, *cum* * veneratio-*et*-reverentia-exhibentur, non *sit* realitas, sapiens non potest vacue (167) detineri.

§. LXXIV. Meng tseu ait : Corpus (168) *et* sensus (169) Cœli natura (170) *sunt*. Solummodo sanctus vir, deinde potest (171) implere corpus.

(163) I. e. alta voce jussit portam urbis *Tieï tche* sibi aperiri.

(164) E, J : Non alia causa est : ut utriusque principis eadem conditio, sic et idem vocis sonus est.

(165) H : Mencius sui temporis principes perstringit qui persæpe sapientes viros, eo quo decebat modo, non excipiebant.

(166) J : Quod dicitur reverentia et veneratio, numquid in muneribus sapienti viro offerendis consistit? Oportet ut princeps illam venerationem ac reverentiam, ante oblata munera, sentiat et exhibeat. Hæc est reverentiæ et venerationis *realitas (chi)* ! Si princeps venerationem suam tantummodo in munerum oblatione, non in sincero cordis affectu, ponit, hujusmodi veneratio *realitate (chi)* caret ac proinde fucata et vana est.

(167) J : I. e. inani urbanitatis specie.

(168) J : Videlicet : Aures, oculi, manus, pedes, etc.

(169) J : Videlicet : Visus, auditus, etc.

(170) I : In his sita est natura quam a Cœlo accepimus.

(171) C : Vulgi homines tum propriis cupiditatibus, tum perversis mo-

§. LXIX. *Cum* Meng tseu ex (154) Fan transiisset-in Thsi, (155) eminus aspexit (regni) Thsi reguli filium. Suspirando exclamans ait : Sedes (156) immutat vultûs-speciem, τὸ alere (157) immutat corporis-habitum. Quam magni-momenti sedes *est!* Nonne omnes (158) hominis filii *sunt?* (159).

§. LXX. Meng tseu ait : Regis filii ædes, domus, currus, equi, vestes, *aliorum* *hominum multum similes *sunt.* Cum regis (160) filius *sit* hujusmodi, hæc sedes (161) fecit illum sic : quanto-magis ille-qui habitat-in imperii (162) ampla domo!

§. LXXI. *Cum* Lou *regni* regulus transiisset-in

(154) H : *Fan*, urbs regni *Thsi* (13,239).

(155) Ita interpres B. Interpres tartaricus litteras *wang kian* uno verbo vertit : *Aspicere.*

(156) I : Littera *kiu* (sedes) conditionis, dignitatis gradum innuit.

(157) C : Intelligit ingentes reditus, quibus viri principes aucti, cunctis vitæ commoditatibus et exquisitis dapibus utuntur.

(158) C : Omnes illi principum filii.

(159) I. e. quando nascuntur, a privatorum hominum filiis, nullo modo differunt; sed eos subinde tum conditionis gradus, tum educatio immutant (C).

(160) H : Cum regis filius, ab aliis hominibus, vultûs specie et corporis habitu sic differat.

(161) C : Excelso conditionis gradu a cæteris vulgi hominibus differt; idcircò decora vultûs specie, nitentique corporis habitu (A) sic emicat.

(162) H, J : Cordis humanitatem intelligit. — Mencius (J) litterâ *tche (qui)*, se ipsum clam innuit.— Quanto magis ab aliis hominibus, vultûs et corporis specie differt vir qui, sublimi virtutis studio unice incumbens, in humanitate, velut in sanctissimo penetrali, mentis sedem defixit!

Soung, clamavit (163) τὴν *urbis* Tieï tche portam. Custodes dixerunt : « Ille non *est* noster princeps ; ¶ quomodo sua voce similis est nostro principi? » *Hoc* non est (164) aliud : Sedes mutuo similis est.

§. LXXII. Meng tseu ait : *Si* alat (165) et non diligat, porcelli *instar* tractat illum. *Si* diligat et non afficiat honore, pecudis *instar* alit illum.

§. LXXIII. Reverentia (166) *et* veneratio, muneribus nondum oblatis. *Si*, *cum* * veneratio-*et*-reverentia-exhibentur, non *sit* realitas, sapiens non potest vacue (167) detineri.

§. LXXIV. Meng tseu ait : Corpus (168) *et* sensus (169) Cœli natura (170) *sunt*. Solummodo sanctus vir, deinde potest (171) implere corpus.

(163) I. e. alta voce jussit portam urbis *Tieï tche* sibi aperiri.

(164) E, J : Non alia causa est : ut utriusque principis eadem conditio, sic et idem vocis sonus est.

(165) H : Mencius sui temporis principes perstringit qui persæpe sapientes viros, eo quo decebat modo, non excipiebant.

(166) J : Quod dicitur reverentia et veneratio, numquid in muneribus sapienti viro offerendis consistit? Oportet ut princeps illam venerationem ac reverentiam, ante oblata munera, sentiat et exhibeat. Hæc est reverentiæ et venerationis *realitas (chi)* ! Si princeps venerationem suam tantummodo in munerum oblatione, non in sincero cordis affectu, ponit, hujusmodi veneratio *realitate (chi)* caret ac proinde fucata et vana est.

(167) J : I. e. inani urbanitatis specie.

(168) J : Videlicet : Aures, oculi, manus, pedes, etc.

(169) J : Videlicet : Visus, auditus, etc.

(170) I : In his sita est natura quam a Cœlo accepimus.

(171) C : Vulgi homines tum propriis cupiditatibus, tum perversis mo-

§. LXXV. *Cum regni* Thsi (regulus Siouan wang vellet brevem-facere luctum (172), Koung sun tchheou ait : Tò agere unius-anni luctum nonne adhuc præstat τῷ penitus (173) abstinere?

Meng tseu ait : Illud *est* quasi, alicui obtorquenti sui fratris majoris brachium, tu diceres « porro lente, lente. » ¶ Etiam doce illum (174) pietatem-in parentes *et* reverentiam-seniorum, et nihil amplius.

§. LXXVI. Regis filius (175): *cum* ejus mater mortua esset, ejus præceptor, causâ ejus, (176) rogavit aliquot mensium (177) luctum.

Koung sun tchheou ait : Sicut illud (178), quomodo?

M. t. ait: Ei (179) cupienti complere luctum et non

ribus impediti, *corpus implere*, i. e. integris sensibus, quibus corpus a Cœlo instruitur, plene et perfecte, quemadmodum viri sancti, uti nequeunt. Verbi gratia : nec acri visu, nec solerti auditu pollent; oris habitus reverentiam non spirat, eorum verba docili aure non excipiuntur, etc.

(172) J : Scilicet servandum tribus annis luctum.

(173) H : A luctu servando penitus abstinere.

(174) J : Indicat illum qui fratris brachium obtorquet.

(175) J : Regni *Thsi* reguli filius ex secundaria uxore natus.

(176) J : Legitima uxore obstante, luctum tribus annis servare non poterat. Præceptor a rege rogavit ut aliquot mensibus luctum agere illi liceret.

(177) H : Aliquot menses breviores adhuc sunt quam annus. Vid. *supra* lin. 3.

(178) H : Littera *thseu* (illud) indicat verba *aliquot menses*. Vid. *not.* 176.

(179) J : Prædictus filius, qui modo tribus annis luctum servare cupiebat, illam vero facultatem, a rege, non obtinuit, si unus dies ei fuisset datus, uno saltem die animi affectum exprompsisset. Brevem hujus modi luctum agere satius est quam nullum ; quanto magis per aliquot menses!

obtinenti, licet detur unus dies, *id* satius-est quam abstinere. Loquebar-de illo qui, nulla-re obstante, non agit.

§. LXXVII. Meng tseu ait : Id quo sapiens docet, quintuplex *est*. Sunt quos, veluti (τὰς fruges) tempestiva pluvia, crescere-facit; sunt quorum perficit virtutem; sunt quorum provehit innatam facultatem;

§. LXXVIII. Sunt quibus respondet interrogantibus; ¶ sunt qui (juxta sapientis exemplum) privatim bonos-efficiunt *et* emendant *seipsos*. Hæc *sunt* quinque quibus (*i. e.* quintuplex modus quo) sapiens docet.

§. LXXIX. Koung sun tchheou ait : Via excelsissima *est!* pulcherrima *est!* Instar τοῦ ascendere cœlum, videtur non posse attingi. Quidni efficis (180) *ut* illi possint prope (181) attingere, *ac* singulo die *indefessam-diligentiam-adhibeant?

Meng tseu ait : Magnus artifex, causâ rudis discipuli, non mutat *nec* relinquit perpendiculum *aut* lineam atramento tinctam. I, causâ rudis jaculatoris, non mutabat suum *tensionis-arcûs-terminum.

Nunc vero te vehementi reprehensione dignum judico, qui regem non docuisti luctum tribus annis integris agendum esse. Modo (§. LXXV) loquebar de regni *Thsi* rege qui, nulla re obstante ac nemine cogente, luctum tribus annis servari solitum facere vult breviorem. — In hoc loco Noël toto cœlo erravit.

(180) J : Quidni virtutis viam faciliorem efficis, ut illi discipuli eam assequi possint.

(181) Ita C : *Chu ki* (2,533—2,495).

§. LXXV. *Cum regni* Thsi (regulus Siouan wang vellet brevem-facere luctum (172), Koung sun tchheou ait : Tò agere unius-anni luctum nonne adhuc præstat τῷ penitus (173) abstinere?

Meng tseu ait : Illud *est* quasi, alicui obtorquenti sui fratris majoris brachium, tu diceres « porro lente, lente. » ¶ Etiam doce illum (174) pietatem-in parentes *et* reverentiam-seniorum, et nihil amplius.

§. LXXVI. Regis filius (175): *cum* ejus mater mortua esset, ejus præceptor, causâ ejus, (176) rogavit aliquot mensium (177) luctum.

Koung sun tchheou ait : Sicut illud (178), quomodo?

M. t. ait: Ei (179) cupienti complere luctum et non

ribus impediti, *corpus implere*, i. e. integris sensibus, quibus corpus a Cœlo instruitur, plene et perfecte, quemadmodum viri sancti, uti nequeunt. Verbi gratia : nec acri visu, nec solerti auditu pollent; oris habitus reverentiam non spirat, eorum verba docili aure non excipiuntur, etc.

(172) J : Scilicet servandum tribus annis luctum.

(173) H : A luctu servando penitus abstinere.

(174) J : Indicat illum qui fratris brachium obtorquet.

(175) J : Regni *Thsi* reguli filius ex secundaria uxore natus.

(176) J : Legitima uxore obstante, luctum tribus annis servare non poterat. Præceptor a rege rogavit ut aliquot mensibus luctum agere illi liceret.

(177) H : Aliquot menses breviores adhuc sunt quam annus. Vid. *supra* lin. 3.

(178) H : Littera *thseu* (illud) indicat verba *aliquot menses*. Vid. *not.* 176.

(179) J : Prædictus filius, qui modo tribus annis luctum servare cupiebat, illam vero facultatem, a rege, non obtinuit, si unus dies ei fuisset datus, uno saltem die animi affectum exprompsisset. Brevem hujus modi luctum agere satius est quam nullum ; quanto magis per aliquot menses!

obtinenti, licet detur unus dies, *id* satius-est quam abstinere. Loquebar-de illo qui, nulla-re obstante, non agit.

§. LXXVII. Meng tseu ait: Id quo sapiens docet, quintuplex *est*. Sunt quos, veluti (τὰς fruges) tempestiva pluvia, crescere-facit; sunt quorum perficit virtutem; sunt quorum provehit innatam facultatem;

§. LXXVIII. Sunt quibus respondet interrogantibus; ¶ sunt qui (juxta sapientis exemplum) privatim bonos-efficiunt *et* emendant *seipsos*. Hæc *sunt* quinque quibus (*i. e.* quintuplex modus quo) sapiens docet.

§. LXXIX. Koung sun tchheou ait: Via excelsissima *est!* pulcherrima *est!* Instar τοῦ ascendere cœlum, videtur non posse attingi. Quidni efficis (180) *ut* illi possint prope (181) attingere, *ac* singulo die *indefessam-diligentiam-adhibeant?

Meng tseu ait: Magnus artifex, causâ rudis discipuli, non mutat *nec* relinquit perpendiculum *aut* lineam atramento tinctam. I, causâ rudis jaculatoris, non mutabat suum *tensionis-arcûs-terminum.

Nunc vero te vehementi reprehensione dignum judico, qui regem non docuisti luctum tribus annis integris agendum esse. Modo (§. LXXV) loquebar de regni *Thsi* rege qui, nulla re obstante ac nemine cogente, luctum tribus annis servari solitum facere vult breviorem. — In hoc loco Noël toto cœlo erravit.

(180) J: Quidni virtutis viam faciliorem efficis, ut illi discipuli eam assequi possint.

(181) Ita C: *Chu ki* (2,533—2,498).

§. LXXX. Sapiens (182) adducit *et* non (183) emittit. Veluti (184) rapido impetu. *In* media via (185) rectus stat: qui possunt sequuntur illud (186).

§. LXXXI. Meng tseu ait: *Si in* imperio sit recta norma, (187) doctrinam accommodat sibi ipsi; *si in* imperio non sit recta norma, se ipsum accommodat doctrinæ. ¶ Numquam audivi (188) qui doctrinam accommodaverit hominibus!

§. LXXXII. Koung tou tseu ait: T'eng keng (189), *dum* esset in *tua* schola, videbatur esse *ex* iis quos urbane excipi (decet); *illi* tamen non respondisti: qua de causa?

Meng tseu ait: *Qui*, nitentes (190) honoribus, interrogant; *qui*, nitentes *sua* sapientia, interrogant; *qui*, nitentes provectiori ætate, interrogant; *qui*, nitentes τῷ (191) præstitisse præclara officia, interro-

(182) J: Adducit arcum.

(183) J: Non emittit sagittam. C: Hic locus tropice accipiendus est. Mencius virum sapientem perito sagittariæ artis magistro confert.

(184) C: Tunc æquitas et ratio, velut res, quæ ante mentis oculos statim emicat, discipulis sese subito produnt et claro lumine splendent.

(185) J: Inter res actu difficiles et res actu faciles medium tenet.

(186) H, J: Qui possunt, illud virtutis medium, magistro duce, attingunt.

(187) J: Subaudi: vir sapiens.

(188) Numquam audivi aliquem fuissé sapientiæ magistrum qui...

(189) J: *T'eng keng*, regni *T'eng* reguli frater natu minor.

(190) J: Sua dignitate superbi.

(191) C: Qui superbia elati quod officia in magistrum contulere.

gant; *qui*, nitentes antiquitate (192), interrogant; *ii* omnes *sunt* quibus non respondeo. T'eng keng habet (193) duo.

§. LXXXIII. Meng tseu ait : Qui a non *abstinendis (194) abstinet, nihil-erit *a* quo non abstineat; qui, eos quos (195) largiter excipere (decet), tenuiter excipit, nemo erit (196) quem non tenuiter excipiet. Qui progreditur præcipitanter (197), ille retrogreditur velociter.

§. LXXXIV. Meng tseu ait : Sapiens (198) res amat (199) et non humaniter tractat; populum ¶ humaniter tractat et non parentum-instar-diligit. Parentum-instar-diligit parentes et humaniter tractat populum; humaniter tractat populum et amat res.

§. LXXXV. Meng tseu ait : Vir prudens nihil non scit. *Eorum quibus* decet potissimum-vacare (200), *acri-studio-satagit. Vir humanus nihil non amat, acri-studio diligendis sapientibus potissimum-vacat.

(192) C, E, J, H : Qui superbientes antiquo amicitiæ usu qui sibi cum magistro intercedit. — Perperam Noël : *De sua antiquitatis notitia tumidus.*

(193) J : Dignitate et sapientia sua superbit.

(194) J : Res gravissimi momenti intelligit quæ, ad sanctissima humanæ societatis officia nec non ad ritus, attinent.

(195) J : Intelligit parentes quos pleno cordis affectu prosequi debemus.

(196) H : Nullus erit homo quem amare possit.

(197) C : Mencius loquitur de eis qui nimis celeriter student.

(198) J : Indicat aves, bestias, plantas, arbores, etc.

(199) J : Illa temere non enecat aut consumit.

(200) J : Scilicet quæ potissimum addici et sciri oportet.

Yao *et* Chun, *licet* prudentia præditi, non (201) universe-pervadebant *res.* Acri-studio-satagebant (eorum quibus) primo-loco (202) potissimum-vacare (decet).

Yao *et* Chun, *licet* humanitate præditi, non *universe-amabant homines. Acri-studio-satagebant diligere sapientes.

§. LXXXVI. *Quidam* non possunt-agere trium annorum luctum et trium-mensium * luctum *aut* quinque mensium-luctum curiose-perquirunt; immodice comedunt, effuse potant et interrogant-de τῷ (203) « noli dentibus discindere ». Illud vocatur ignorare *quibus rebus* potissime-vacandum-sit.

(201) J : Universas res prudentia sua non pervadebant.

(202) Gallice : *Ils réglaient le calendrier, ils mettaient en lumière la connaissance des temps, ils offraient des sacrifices aux esprits des montagnes et des rivières, etc.* (J).

(203) J : Sciscitantur de levissimi momenti ritu qui vetat quominus caro sicca dentibus dissecetur.

CAPUT VIII.

Tractatûs Tsin sin pars posterior.

---

§. I. MENG TSEU ait : (1) inhumanus *est* τοῦ (2) Liang Hoeï wang!

Humanus-vir (3), ex iis quæ ipse amat, pervenit-ad ea quæ ¶ ipse non amat; inhumanus-vir (4), ex iis quæ ipse non amat, pervenit ad ea quæ ipse amat.

§. II. Koung sun tch'eou ait : quid (5) vocas?

(1) Melius græce : ὁ κατ' ἐξοχὴν ἀπάνθρωπος ἀνὴρ κ. τ. λ.

(2) Regni *Liang* princeps *Hoeï wang*.

(3) J : Princeps humanitate præditus primum amat suos parentes, deinde humanitatis beneficia in populum confert, denique amat res, i. e. pecudes, plantas etc. Sic (Y) non solum amat ea quæ amanda sunt (*sc.* parentes), sed etiam ea quæ amare non tenetur (*sc.* pecudes, plantas, etc.)

Nota. Littera Y editionem indicat cui titulus : *Sin-ting-sse-chou-p'ou-tchou-pi-tchi* (3,816-9,938-1,511-4,019-10,091-9,988-390,3-866) Non alia est ac editio J denuo recensita ac novis uberioribusque interpretationibus, multis in locis, locupletata.

(4) A : Vir inhumanus ad cupiditatem et sævitiam toto corde incumbit. Primum nocet populo et rebus (*sc.* pecudibus et plantis etc.) quas amare non tenetur, deinde ærumnis affligit affines et consanguineos quos, juxta ipsam naturæ legem, diligere debet.

(5) A : Quid vocas « ex iis quæ non amat, pervenit ad ea quæ amat » ?

M. ts. ait : τοῦ Liang (regulus) Hoeï wang, *cum*, humi *et* terræ *causâ, putrefaciendum-relinquens (6) suum populum, pugnasset (7), magnopere profligatus-est. Volens (8) iterare, timuit *ne* (9) non posset vincere. Itaque impellens eum-quem ipse diligebat filium (10) ad funus prosecutus est illum. Id voco « ex iis quæ ipse non amat, pervenit ad ea quæ » amat. »

§. III. Mengtseu ait: *in* Tch'un ts'ieou, non-sunt (11) æqua prælia. Aliud (prælium) melius (12) *alio, utique occurrit.

(6) A, E : Commisso prælio, misere profligatus est, militumque hostili ferro interfectorum corpora, quæ colligere et sepulturæ mandare neglexerat, pugnæ campos tetra putredine infecerunt.

(7) I : Ut aliorum terras invaderet, earumque accessione regnum suum ampliaret.

(8) A, I, J : *Iterare* pugnam. Aliter versio tartarica : vices rependere (*prendre sa revanche*).

(9) I : Timebat ne milites, recenti clade fracti, nec jussis suis parere, nec proinde victoriam reportare possent. Filium igitur, ferventis animi juvenem, pugnæ adesse voluit, ut populum verbis et exemplo suo, ad fortiter decertandum, moveret.

(10) A, B, I, J : Filium suum *Chin* (6,173) throni hæredem, secum in pugnam vi abductum, in obviam necem protrudit. Enim vero (C), fusis reguli *Hoeï wang* copiis, filius ejus captus est ac, non multo post, interiit. *Cf.* lib. I, Cap. I, § XXI. *Lin.* 5. — Littera *siun* (4,698) significat : prosequi exsequias defuncti cujus cadaver ad sepulturæ locum deducitur.

(11) A : In annalibus quos Confucius, sub titulo *Tch'un ts'ieou*, conscripsit, omnia quæ occurrunt prælia, contra jus et æquitatem suscepta sunt.

(12) A : Nonnulla tamen ibi invenias prælia quæ aliquam æquitatis speciem præ se ferunt.

Littera (13) tching (in rectum revocare) *est* τὸ superiorem (14) armis-petere (15) inferiores; æquiparia regna non (16) se-mutuo in-rectum-revocant.

§. IV. Meng tseu ait: *Si* omnino (17) fidem-adhibeas libris, tunc non *est* (18) sicut non-habere libros. Ego, in (19) Wou tch'ing, excerpo (20) duos *aut* tres articulos et nihil amplius. ¶ Humanus vir non-habet adversarium in imperio. *Cum* summe humanus (21) aggressus sit *virum* summe inhuma-

(13) Y: Mencius ostendit quare prælia, in libro *Tch'un ts'ieou* relata, æquitatem lædant. Justa prælia, inquit, ea sunt quæ imperator adversus regulos indicit, injusta vero quæ reguli, alii contra alios, privata auctoritate, suscipiunt. Porro hujusmodi sunt quæ Confucius in supradicto libro refert et acri censura prosequitur.

(14) C: Necesse non est ut ipse imperator peccantem regulum aggrediatur. Solummodo regulorum archontem, illi bellum inferre, jubet.

(15) Y: Littera *chang* indicat imperatorem, *hia* vero, regulos.

(16) Y: Reguli, viribus et potentia æquales, se mutuo aggredi non debent. Quod si se mutuo, privata auctoritate, aggrediantur, tunc illos jam imperatorem detrectare patet.

(17) H: Omnino fidem adhibere, i. e. res quæ in libris historicis referuntur, ad verbum, non ad scriptoris sententiam, accipere.

(18) I. e. Melius est libris carere quam fidem illis penitus adhibere. Vid. *not.* 17.

(19) G: Nomen capitis libri *Chou king*, ubi præclara imperatoris *Wou-wang* (4,658-5,884 *bis*), in debellando tyranno *Tcheou* (7,750), facinora laudantur.

(20) H: Ea excerpo quæ fide digna et æquitati consona sunt.

(21) H: Innuit τὸν *Wou-wang* (4,658-5,884 *bis*).

num (22), tunc (23) quomodo *in* τῷ cruore fluitarunt (24) clypei-lignei!

§. V. Meng tseu ait : *Si* quis homo dicat : ego *sum* (25) bonus instruere aciem, ego *sum* bonus facere pugnam ; magna culpa *est*. *Si* regni princeps amet humanitatem, *in* imperio, non-habet (26) adversarium.

Cum (27) meridionalium-regionum-homines in-rectum-revocaret, boreales barbari querebantur; *cum* orientalium-regionum-homines in-rectum-revocaret, orientales barbari (28) querebantur, dicentes : *quare posteriore-loco-ponit nos?

(22) H : Innuit tyrannum *Tcheou* (7,730).

(23) Y : Vir humanitate præditus omnes homines, sine ulla pugna, semper vincit. Ad eum enim confugere certant. Quomodo igitur potuisset *Wou-wang* tam obnixe tamque acriter, cum familiæ *Chang* (1,299) copiis, pugnare, ut, in cruore utrinque effuso, clypei lignei, tanquam in aquis fluitarent? Nemo non videt supradicti capitis auctorem hyperboli fuisse usum, ut ingentem cruoris copiam in hoc prælio effusam ostenderet.

(24) Sic Y qui explicat *tchou*, vulgo *pilum*, per *lou-chun* (13,040-4,397). *Cf. K'ang hi*, sub littera *lou* (13,040), *pag.* 1 *aversa*, *lin.* 1, ubi idem fere locus occurrit. Perperam Noel : *pistillo effusus cruor late per agros redundabat.*

(25) Bonus i. e. peritus, quemadmodum latine. Virgil. Eclog. V, 1, *boni calamos inflare.*

(26) I. e. Nemo est qui illi adversetur, resistat. Y : absque ulla pugna, oppositos sibi milites subjicit.

(27) Y : Cum imperator *Tch'ing t'ang* (3,176-5,124) meridionalium regionum regulos debellaret. Cf. *lib.* I, *pag.* 36, *lin.* 5.

(28) H, Y : Boreales et orientales barbari, dira tyrannide diu oppressi, conquerebantur, dicentes : quare priore loco non venit regulum in nos immaniter sævientem debellaturus?

§. VI. *Quando* Wou wang (29) aggressus-est In, bellici (30) currus trecenti °(31), strenui (32) milites ter millia (33) homines *erant.*

¶ Wang ait : (34) ne timeatis; tranquillitatem-affero vobis; non (35) sum-inimicus centum familiis. Instar (36) * inclinantium cornua, ad-terram-demiserunt caput (37).

§. VII. *Litteræ* tching (aggredi) essentia exprimit τὸ rectum-efficere i. e. (38) corrigere. *Quando* (39)

(29) Cum aggressus est immitem *Tcheou* (7,760), ultimum familiæ *In* (4,750) imperatorem.

(30) Sic *K'ang hi* et interpres E. J : currus corio tecti quibus arma et commeatus vehuntur. I : currus cujus rotæ et modioli pellibus involvuntur.

(31) J : *Liang* (3° tono), littera numeralis curruum. Currus habet duas (*liang*) rotas (*lun* - 10,920).

(32) C, Y : Intelligit aurigas arcu et sagittis armatos. *Khang hi* : viri, lancea et clypeo armati, qui regis currum stipant. E ad verbum : *viri* instar tigridum acres.

(33) J : Paucissimas imperatoris *Wou-wang* copias fuisse patet, dum e contra tyranni *Tcheou* (7,750) turmæ pene innumerabiles erant.

(34) J, Y : *Wou-wang*, alloquens familiæ *Chang* (1,299) subditos ait : ne timeatis me.

(35) Y : Tantum veni ut vos sævi *Tcheou* (7,760) tyrannide liberarem, eumque debita pœna afficerem.

(36) Y : Quibus auditis, familiæ *Chang* (1,299) subditi caput in terram demisere, *quasi* armenta quæ humum cornibus subito demissis impetunt. — Simul lege *peng-kioue*. Littera *kioue* (1,067), vulgo *ille*, *suus*, hic significat *demittere*. Confer *K'ang hi*, et *Morrisonii* sinicum dictionarium, *part*. I, *tom*. I, *pag*. 827, *col*. 1, *lin*. 12.

(37) I. e. Sese illi subjecerunt.

(38) Y : Rectos efficere (*tching*) homines qui recti (*tching*) non sunt, i. e. (J) corrigere (*tching*) et castigare regulorum crimina.

(39) J : Intelligit singulos homines qui, in imperio, sub tyrannide gemunt.

quisque optat *ut* rectum efficiat ipsum (40), qua de causa (41) uteretur τῷ præliari?

§. VIII. Meng tseu ait : faber-lignarius *et* curruum-artifex possunt (42) dare homini circinum *et* normam, non possunt hominem efficere peritum.

§. IX. Meng tseu ait : Chun comedebat siccas-fruges, vescebatur silvestribus-herbis, quasi *sic* (43) *impleturus-finem-vitæ. Postquam (44) ille factus est imperator, (spectabat) τὸ indui pictis vestibus, τὸ pulsare citharam, τὸ duas puellas (45) ad-latus-assistere, quasi (46) ab initio haberet illa.

(40) H : Ut *corrigat* principem qui ipsum oppressit.

(41) Y : Cum nullus sit qui illi adversetur, quid opus est præliis? Unde sequitur illos viros qui suam in pugnando, aut aciem instruendo, peritiam jactant (§. V), prorsus inutiles fore.

(42) Y : Circini et normæ usum possunt illum docere, sed ingenii aciem et perspicacitatem quæ, ad conficiendum opus omni parte perfectum, necessaria est, illi indere nequeunt. Porro sapientiæ magistris discipulos rectam virtutis viam docentibus, idem ac prædictis opificibus tyrones arte sua erudientibus accidit. Sola enim præcepta, nec his nec illis, sine assiduo labore innataque mentis perspicacia, proficiunt.

(43) H : *Chun* sorte sua contentus erat, quasi in hac paupertate ac ignobili conditione, sibi, usque ad vitæ finem, perseverandum esset. Vides tamen (Y) illum deinde divitiis et honoribus auctum fuisse.

(44) Y : Quando imperatoris *Yao* (1,654) hæreditatem ac dignitatem suscepit.

(45) H : Intelligit imperatoris *Yao* (1,654) filias *'O-hoang* (1,934-6,491) et *Niu-ing* (1,843-8,877), quas in matrimonium duxerat *Chun*. *Cf.* Lib. II, 41, 2.

(46) Y : Si pristinam τοῦ *Chun* pauperiem et humilem conditionem animo reputes, comperies illum divitias et honores ab initio non habuisse. Nova tamen splendidaque illa imperatoris dignitate non magis movebatur quam si in ea natus esset.

§. X. Meng tseu ait: ego nunc demum novi τὸ occidere hominum parentes grave *esse*.

Si (quis) occidat hominis patrem, homo etiam occidit ejus patrem; *si* occidat hominis fratrem-natu-majorem, homo etiam occidit ejus fratrem-natu-majorem. Cum-res-ita-sit, *a* τῷ non *propria-manu-interfecisse (47) illos, una rima (48) tantum *abest*.

XI. ¶ Meng tseu ait: *qui* olim statuerunt portas-in-confiniis-regni, voluerunt per *eas* prohibere (49) crudelitatem; *qui* hodie statuunt portas-in-confiniis-regni, volunt per *eas* exercere (50) crudelitatem.

§. XII. Meng tseu ait: *si* ipse non agas rectam-normam, non agetur ab uxore *et* liberis. *Si* mandata-dando hominibus, non sequaris (51) rectam-normam, (mandata) non poterunt peragi ab uxore *et* liberis.

§. XIII. Meng tseu ait: qui cumulate-instructus-est ab opibus, sterilis annus non potest enecare (52)

(47) C: Suum patrem aut fratrem natu majorem propria manu non interfecit; sed quia, alterius patrem aut fratrem natu majorem occidendo, sui ipsius patris aut fratris majoris necem reipsa accersivit, parum differt a viro qui illis cædem intulit.

(48) I. e. levissimum est intervallum. Enimvero inter filium et patrem aut fratrem ejus culpa occisos, unus tantum homo, scilicet alienus percussor, interjicitur.

(49) H: Illæ portæ fuerant institutæ ut detegi possent latrones aut infesti advenæ qui, ad damnum regni incolis inferendum, irrepebant.

(50) H: Intelligit gravia injustaque vectigalia quibus tunc temporis reguli viros (E) exeuntes vel ingredientes premebant.

(51) H: Si hominibus tibi alienis mandata eorum menti et æquitati contraria præscribas, illis (mandatis) non obsequentur; quanto minus uxor et liberi qui te consanguinitate contingunt!

(52) Sic C, E, H. — Quidam vertunt: sterili anno non potest enecari — prava generatione non potest turbari.

quisque optat *ut* rectum efficiat ipsum (40), qua de causa (41) uteretur τῷ præliari?

§. VIII. Meng tseu ait: faber-lignarius *et* curruum-artifex possunt (42) dare homini circinum *et* normam, non possunt hominem efficere peritum.

§. IX. Meng tseu ait: Chun comedebat siccas-fruges, vescebatur silvestribus-herbis, quasi *sic* (43) *impleturus-finem-vitæ. Postquam (44) ille factus est imperator, (spectabat) τὸ indui pictis vestibus, τὸ pulsare citharam, τὸ duas puellas (45) ad-latus-assistere, quasi (46) ab initio haberet illa.

(40) H: Ut *corrigat* principem qui ipsum oppressit.

(41) Y: Cum nullus sit qui illi adversetur, quid opus est præliis? Unde sequitur illos viros qui suam in pugnando, aut aciem instruendo, peritiam jactant (§. V), prorsus inutiles fore.

(42) Y: Circini et normæ usum possunt illum docere, sed ingenii aciem et perspicacitatem quæ, ad conficiendum opus omni parte perfectum, necessaria est, illi indere nequeunt. Porro sapientiæ magistris discipulos rectam virtutis viam docentibus, idem ac prædictis opificibus tyrones arte sua erudientibus accidit. Sola enim præcepta, nec his nec illis, sine assiduo labore innataque mentis perspicacia, proficiunt.

(43) H: *Chun* sorte sua contentus erat, quasi in hac paupertate ac ignobili conditione, sibi, usque ad vitæ finem, perseverandum esset. Vides tamen (Y) illum deinde divitiis et honoribus auctum fuisse.

(44) Y: Quando imperatoris *Yao* (1,654) hæreditatem ac dignitatem suscepit.

(45) H: Intelligit imperatoris *Yao* (1,654) filias *'O-hoang* (1,934-6,491) et *Niu-ing* (1,843-8,877), quas in matrimonium duxerat *Chun*. *Cf.* Lib. II, 41, 2.

(46) Y: Si pristinam τοῦ *Chun* pauperiem et humilem conditionem animo reputes, comperies illum divitias et honores ab initio non habuisse. Nova tamen splendidaque illa imperatoris dignitate non magis movebatur quam si in ea natus esset.

§. X. Meng tseu ait: ego nunc demum novi τὸ occidere hominum parentes grave *esse*.

Si (quis) occidat hominis patrem, homo etiam occidit ejus patrem; *si* occidat hominis fratrem-natu-majorem, homo etiam occidit ejus fratrem-natu-majorem. Cum-res-ita-sit, *a* τῷ non *propria-manu-interfecisse (47) illos, una rima (48) tantum *abest*.

XI. ¶ Meng tseu ait: *qui* olim statuerunt portas-in-confiniis-regni, voluerunt per *eas* prohibere (49) crudelitatem; *qui* hodie statuunt portas-in-confiniis-regni, volunt per *eas* exercere (50) crudelitatem.

§. XII. Meng tseu ait: *si* ipse non agas rectam-normam, non agetur ab uxore *et* liberis. *Si* mandata-dando hominibus, non sequaris (51) rectam-normam, (mandata) non poterunt peragi ab uxore *et* liberis.

§. XIII. Meng tseu ait: qui cumulate-instructus-est ab opibus, sterilis annus non potest enecare (52)

(47) C: Suum patrem aut fratrem natu majorem propria manu non interfecit; sed quia, alterius patrem aut fratrem natu majorem occidendo, sui ipsius patris aut fratris majoris necem reipsa accersivit, parum differt a viro qui illis cædem intulit.

(48) I. e. levissimum est intervallum. Enimvero inter filium et patrem aut fratrem ejus culpa occisos, unus tantum homo, scilicet alienus percussor, interjicitur.

(49) H: Illæ portæ fuerant institutæ ut detegi possent latrones aut infesti advenæ qui, ad damnum regni incolis inferendum, irrepebant.

(50) H: Intelligit gravia injustaque vectigalia quibus tunc temporis reguli viros (E) exeuntes vel ingredientes premebant.

(51) H: Si hominibus tibi alienis mandata eorum menti et æquitati contraria præscribas, illis (mandatis) non obsequentur; quanto minus uxor et liberi qui te consanguinitate contingunt!

(52) Sic C, E, H. — Quidam vertunt: sterili anno non potest enecari — prava generatione non potest turbari.

quisque optat *ut* rectum efficiat ipsum (40), qua de causa (41) uteretur τῷ præliari?

§. VIII. Meng tseu ait: faber-lignarius *et* curruum-artifex possunt (42) dare homini circinum *et* normam, non possunt hominem efficere peritum.

§. IX. Meng tseu ait: Chun comedebat siccas-fruges, vescebatur silvestribus-herbis, quasi *sic* (43) *impleturus-finem-vitæ. Postquam (44) ille factus est imperator, (spectabat) τὸ indui pictis vestibus, τὸ pulsare citharam, τὸ duas puellas (45) ad-latus-assistere, quasi (46) ab initio haberet illa.

(40) H: Ut *corrigat* principem qui ipsum oppressit.

(41) Y: Cum nullus sit qui illi adversetur, quid opus est præliis? Unde sequitur illos viros qui suam in pugnando, aut aciem instruendo, peritiam jactant (§. V), prorsus inutiles fore.

(42) Y: Circini et normæ usum possunt illum docere, sed ingenii aciem et perspicacitatem quæ, ad conficiendum opus omni parte perfectum, necessaria est, illi indere nequeunt. Porro sapientiæ magistris discipulos rectam virtutis viam docentibus, idem ac prædictis opificibus tyrones arte sua erudientibus accidit. Sola enim præcepta, nec his nec illis, sine assiduo labore innataque mentis perspicacia, proficiunt.

(43) H: *Chun* sorte sua contentus erat, quasi in hac paupertate ac ignobili conditione, sibi, usque ad vitæ finem, perseverandum esset. Vides tamen (Y) illum deinde divitiis et honoribus auctum fuisse.

(44) Y: Quando imperatoris *Yao* (1,654) hæreditatem ac dignitatem suscepit.

(45) H: Intelligit imperatoris *Yao* (1,654) filias *'O-hoang* (1,934-6,491) et *Niu-ing* (1,843-8,877), quas in matrimonium duxerat *Chun*. *Cf.* Lib. II, 41, 2.

(46) Y: Si pristinam τοῦ *Chun* pauperiem et humilem conditionem animo reputes, comperies illum divitias et honores ab initio non habuisse. Nova tamen splendidaque illa imperatoris dignitate non magis movebatur quam si in ea natus esset.

§. X. Meng tseu ait: ego nunc demum novi τὸ occidere hominum parentes grave *esse*.

Si (quis) occidat hominis patrem, homo etiam occidit ejus patrem; *si* occidat hominis fratrem-natu-majorem, homo etiam occidit ejus fratrem-natu-majorem. Cum-res-ita-sit, *a* τῷ non *propria-manu-interfecisse (47) illos, una rima (48) tantum *abest*.

XI. ¶ Meng tseu ait: *qui* olim statuerunt portas-in-confiniis-regni, voluerunt per *eas* prohibere (49) crudelitatem; *qui* hodie statuunt portas-in-confiniis-regni, volunt per *eas* exercere (50) crudelitatem.

§. XII. Meng tseu ait: *si* ipse non agas rectam-normam, non agetur ab uxore *et* liberis. *Si* mandata-dando hominibus, non sequaris (51) rectam-normam, (mandata) non poterunt peragi ab uxore *et* liberis.

§. XIII. Meng tseu ait: qui cumulate-instructus-est ab opibus, sterilis annus non potest enecare (52)

(47) C: Suum patrem aut fratrem natu majorem propria manu non interfecit; sed quia, alterius patrem aut fratrem natu majorem occidendo, sui ipsius patris aut fratris majoris necem reipsa accersivit, parum differt a viro qui illis cædem intulit.

(48) I. e. levissimum est intervallum. Enimvero inter filium et patrem aut fratrem ejus culpa occisos, unus tantum homo, scilicet alienus percussor, interjicitur.

(49) H: Illæ portæ fuerant institutæ ut detegi possent latrones aut infesti advenæ qui, ad damnum regni incolis inferendum, irrepebant.

(50) H: Intelligit gravia injustaque vectigalia quibus tunc temporis reguli viros (E) exeuntes vel ingredientes premebant.

(51) H: Si hominibus tibi alienis mandata eorum menti et æquitati contraria præscribas, illis (mandatis) non obsequentur; quanto minus uxor et liberi qui te consanguinitate contingunt!

(52) Sic C, E, H. — Quidam vertunt: sterili anno non potest enecari — prava generatione non potest turbari.

illum; qui cumulate-instructus-est a virtute, prava generatio (53) non potest turbare *illum*.

§. XIV. Meng tseu ait: amantes (54) famam homines possunt (55) cedere mille quadrigarum regnum. Si non (56) hujusmodi homo *sit*, *ob* (56ª) scutellam oryzæ *aut* vasculum jusculi, (57) apparet in *ejus* vultu.

§. XV. Meng tseu ait: *si* non confidas humanis *et* sapientibus *viris*, tunc regnum (58) vacuum *et* inane *est*. ¶ *Si* (59) non-habeas (59ª) urbanitatem *et* æquitatem, tunc (60) supra *et* infra (61) confusio *est*. *Si*

(53) J: Nec prava aliorum exempla, nec perversæ sophistarum doctrinæ ejus mentem a recta virtutis via dimovere poterunt.

(54) E: Homines famæ haud perituræ amantes, solidam famam magnifaciunt, lucrum vero parvi pendunt.

(55) A, B: Oblatum regnum non accipere illudque (J) alii cedere.

(56) E: Si homo non sit solidæ famæ appetens, nec proinde divitias et honores vere contemnere possit (H).

(56ª) Y: Tunc, ut obtinuit oryzæ scutellam aut vasculum jusculi, frontem gaudio explicat; ut vero amisit, frontem irâ contrahit.

(57) Gallice: *Il y paraît sur son visage.* E: Subito gaudium aut ira in ejus vultu, apparent i. e. sese produnt.

(58) Y: Tunc regnum nullo columine nititur, atque vacuum erit quasi nulli amplius homines essent.

(59) Tart. versio: si non agas.

(59ª) Y: Urbanitatis regulæ nobiles viros ab ignobilibus secernunt; æquitas prohibet quominus homines aliorum sibi jura arrogent vel eorum bona furtim subripiant.

(60) *Supra* et *infra*, i. e. inter principem et subditum, inter patrem et filium (C).

(61) A: Superior potentia sua abutetur et inferiorem opprimet; inferior vero invadet ea quæ superiori competunt et tandem ejus se auctoritati subducet. Sic, ruptis vinculis quæ superiores et inferiores intra justos conditionis suæ limites continent, omnis societas perturbabitur.

curæ-non-habeas regiminis (62) negotia, tunc (63) divitiæ et opes non sufficient.

§. XVI. Meng tseu ait: vir-inhumanus (64) qui (65) obtinuerit regnum (66), *forte* est; vir-inhumanus (67) qui obtinuerit imperium (68), nondum fuit.

§. XVII. Meng tseu ait: populus est magni-momenti; * terræ-et-frugum-Spiritus sunt-secundi-ab eo. Princeps est (69) levis-momenti. Idcirco, *si* (quis) obtineat (70) agrorum-populum, evadit imperator; *si* obtineat (71) imperatorem, evadit *regulus; *si* obtineat ** regulum, evadit * primarius-præfectus.

(62) H: Hæc negotia hujusmodi sunt: v. g. constituere unicuique rem familiarem unde vivere possit, docere quomodo educanda sint domestica animalia, assignare stipendia, dividere agros, varia sacrificia peragere, sapientes muneribus invitare, convivia ad regulos excipiendos celebrare, etc.

(63) Y: Publici ærarii divitiæ et regni opes brevi exhaurientur.

(64) E: Qualis *Siang* (10,352), frater imperatoris *Chun* (8,727), qui regionis *Yeou-pi* (4,028-2,529) principatum acceperat.

(65) J: Virum inhumanum qui, prædonis instar, mille quadrigarum regnum vi aperta usurpaverit, forte (H) invenies.

(66) J: Loquitur Mencius de regni territorio.

(67) Quales *Tan-tchou* (34-4,066), imperatoris *Yao* (1,654) filius, et *Chang-kiun* (1,299-1,563), imperatoris *Chun* (8,727) filius. Quibusquidem, licet legitimis throni hæredibus, imperii hominum animi sese non subjecerunt, quia humanitate carebant (E). *Cf.* II, 58, 1.

(68) J: Loquitur de hominum corde. *Obtinere imperium*, hoc est: omnium imperii populorum corda sibi arcte devincire.

(69) J: I. e. Minoris momenti quam terræ et frugum Spiritus.

(70) J: Licet agrorum populus sit valde tenuis et humilis, statim atque vir eorum corda sibi conciliavit, tunc omnes imperii homines sese illi subjiciunt, atque imperator evadere potest.

(71) Y: Si imperatoris.... si reguli gratiam et voluntatem sibi conciliet.. — In hoc loco littera *hou* (43) accusandi casum denotat.

§. XVIII. *Si* * regulus periculo-exponat (71[a]) * terræ-et-frugum-Spiritus, tunc (72) mutans constituit.

§. XIX. * Victimæ cum (73) perfectæ, (73[a]) fruges-in-suo-vase-repositæ, cum mundæ *sunt*, * sacrificia-offeruntur (73[b]) secundum (74) tempus. * *Si* tamen (terra) aeris-siccitate arescat, *aut* (pluviarum) aquis inundetur, ¶ tunc mutans (75) constituit * terræ-et-frugum-Spiritus.

§. XX. Meng tseu ait: sancti homines centum generationum magistri *sunt*. Pe i *et* Lieou hia hoeï ejusmodi (76) *sunt*. Idcirco, qui audierunt τοῦ Pe i famam, hebetes (77) viri fiunt-temperantes; imbecilli homines habent firmum animum: qui audierunt τοῦ Lieou hia hoeï famam, homines-benignitatis-expertes *fiunt*-benevolentissimi; angusti-animi homines *fiunt* amplo-

(71[a]) Si regulus in populum sæviat cupiditatibusque se totum tradat, tunc populus, ira accensus, frugum et terræ Spirituum altare evertet (J).

(72) J : Tunc imperator regulum dignitate exuit, ac sapientem principem, in illius locum, substituit.

(73) J : I. e. opimæ, pingues.

(73[a]) H : Mencius intelligit τὰς quinque fruges quæ offeruntur.

(73[b]) E : Videlicet terræ et frugum Spiritibus.

(74) J : Vere ad postulandas fruges, autumno ad grates agendas.

(75) Y : Si tamen illi Spiritus ab hujusmodi ærumnis populum defendere nequiverint, patet sacrificia oblata ipsis non fuisse accepta. Tunc regulus eorum altare dirui jubet, atque in novo suggesto, alibi exstructo, eorum sedem defigit.

(76) J : I. e. sunt sancti homines.

(77) Y : Retusi ingenii homines nihil amplius temere, vel læsa æquitatis lege, accipiunt. Aliter E : homines lucro inhiantes.

animo-egregii. Exsurrexerunt centum (78) abhinc sæculis, *et*, post *hæc* centum sæcula, * audientium nemo non (79) commovetur *et* excitatur. *Si* non *essent* sancti viri, possent-*ne* (80) sicut illud? ** Quanto-magis (excitabantur) qui (81) propius accendebantur!

§. XXI. Meng tseu ait: (82) humanitas, homo *est*. *Si* (83) conjungendo (i. e. simul) verbis-exprimas illos, via *est*.

§. XXII. Meng tseu ait: Confucius (84) discedens *a*

(78) Ad verbum : supra centum sæcula.. infra centum sæcula. Y : *Meng tseu* loquitur de viris *Lieou hia hoeï* et *Pe i*.

(79) E : Nemo est qui eorum exemplo non commoveatur atque ad virtutes, quibus claruerunt, imitandas non excitetur.

(80) J : Possent-ne eo modo, post tantum temporis intervallum, homines commovere et excitare ?

(81) B : Qui scilicet viros *Pe i* et *Lieou hia hoeï* præsentes prope intuebantur, verbisque et exemplis eorum accendebantur. — *Khang-hi* litteras *thsin-tchi* (9,887-5,405) interpretatur : *proxime* accedere alicui.

(82) C : *Humanitas* et *via* sunt res uno eodemque temporis articulo simul existentes. Humanitas extra hominem non sita est ; via pariter, nec extra humanitatem, nec extra hominem, sita est. — Si tantummodo loquaris de humanitate, nihil aliud est nisi *natura*. Si tantummodo loquaris de homine, nihil aliud est nisi *corpus*. Corporis cum naturæ conjunctio dicitur *via*. V. g. pater et filius, princeps et subditus, hoc est *homo* ; amor et æquitas, hoc est *humanitas*; τὸ patrem et filium habere humanitatem, principem et subditum habere æquitatem, hoc dicitur *via*.

(83) H : Humanitas est ratio qua homo in suo esse constituitur (Noël). Si humanitatis rationem cum hominis corpore conjungas, ac deinde eorum consociationem exprimas, *via* est. — Mencius intelligit *viam* qua incedere debemus. Cf. *Tchoung-young* (26-2,536) §. I, *lin*. 1 : *So-sing-tchi-weï-tao* (6,054-2,793-41-10,186-11,117).

(84) Paragraphus XXII abest in editione tartarica.

(regno) Lou (85) aiebat : « lente (86) ego abeo. » Discedendi patris *et* matris regno (87) via *est.* Discedens (regno) Thsi (88), manu-cepit oryzam-quæ-aqua-macerabatur et profectus est (89). Discedendi *ab* alieno regno via *est.*

§. XXIII. ¶ Meng tseu ait : * Sapiens (90) penuria-laboravit in (regnorum) Tch'in *et* Ts'aï medio, *quia* non habuit (91) supra *et* infra (92) amicitiam.

§. XXIV. Me ki (93) ait : *ego* Ki valde non (94) innitor in (hominum) ore.

(85) Cf. II, 108, 8. H : tunc temporis Confucius reliquit regnum *Lou*, in quo magistratum gerebat, quia regulus, puellarum, quæ illi ex vicino regno missæ fuerant, amore captus, omnem regiminis curam negligebat.

(86) H : Hæc Confucius, regno *Lou* nondum egressus, dicebat.

(87) J : Qui vere patriæ amore tenetur, sic, non nisi ægre, regnum in quo natus est, relinquere debet.

(88) H : Cum regni *Thsi* regulus ejus consilia respueret, abire festinavit.

(89) A : Noluit exspectare donec oryza cocta esset.

(90) A : Septem diebus re frumentaria caruit.

(91) H : Littera *chang* (supra) indicat principem, *hia* vero (infra), ministros.

(92) Sic E. Aliter Noël : nullum semel invenit accessum ad regulos et ministros. — H : Superiores (i. e. principes) non utebantur ejus opera ; inferiores vero (i. e. ministri) ejus sapientiam, apud principes non laudabant, ut illi munus deferrent.

(93) E : Vir qui magistratum gerebat.

(94) A, B, C : Homo, ut primum a multitudinis linguis laudes obtinuit, tunc habet præsidium in quo innitatur. Ego vero, quem nunc homines maledictis impetunt, minime innitor in multitudinis linguis, i. e. (J) nullo multitudinis hominum præsidio munior, sustineor.

In libris (C) dynastiæ *Han* (5,201), pro litteris *pou-li* (9-5,936), legitur *wou-li* (5,454-247), in eodem sensu. Apud *K'ang hi*, *li* (247) idem significat ac *liao* (8,354) ; *liao* autem idem significat ac *laï* (10,498), *inniti in aliqua re.* Porro omnes interpretes litteram *li* (5,936) explicant per *laï* (10,498), *inniti.*

Meng tseu ait : *hoc* non (95) lædit. Sapientes (96) *magis-adhuc (97) * a-multitudine-calumniis-impetuntur. (Liber) Carminum (98) ait : « mœrens corde » * tristitia-afficior. In-odio-sum (98[a]) apud *multitudinem-homuncionum (99). » Confucius (100) *est.* « (101) Non exstinxit (102) eorum odium, etiam

Locum aliter interpretatur E, servata litteræ *li* (5,936) genuina significatione : « ego non possum *regere*, *moderari*, i. e. *cohibere* hominum ora, linguas ». In quo casu, littera *iu* (66) accusandi casum denotat. *Cf.* I, 112, 9. Illius loco sæpe usurpatur *iu* (3,829). *Cf.* I, 27, 2; II, 26, 2; 131, 1; 136, 9.

(95) C : Hominum obtreotationes et maledicta nullum solidæ virtuti (E) damnum inferunt.

(96) J : Littera *tseng* (3,056), vulgo *odisse*, legenda est *tseng* (1,702) *augere*, *magis*. C : Hic subest gravis menda quæ, veteri scribentium errore, ad nos usque tradita est. Legendum esset *tseng*, cum clavi *terræ* (32), videlicet *tseng* (1,702); sed nunc vulgatæ editiones exhibent *tseng*, cum clavi cordis (61), videlicet *tseng* (3,056). — *Tse* (6,053) usurpatur pro *tse* (5,161) *augeri*, *magis* (*Khang-hi*). *Cf.* I, 44, 4.

(97) A : Sapiens qualis *Wen wang* aut *Confucius*, quo majori virtute fulget, eo (J) plurium in se invidiam concitat. Ideo (I) magis quam vulgares homines, *a multitudine maledictis proscinditur*, quod vocatur *to-k'eou* (1,789-1,109). — Littera *k'eou*, vulgo *os*, hic verbi (*verbe*) vicem explet. Quum vero, in lingua latina, non reperiatur *verbum* quod, ex radice *os* compositum, significet *aspero ore carpi*, locus melius reddetur græce : *οἱ σοφοὶ ἄνδρες ἔτι μᾶλλον ὑπὸ τοῦ πλήθους κακοςομοῦνται.* — Aliter versio tartarica : de sapiente magis loquens multitudo *est*.

(98) A : Liber Carminum tomo *Peï-foung* (11,200 *bis*-12,271) oda *Petcheou* (4,059-8,733). — Noël : tomo *Koue-foung*.

(98[1]) Aliter A : propter multitudinem homuncionum.

(99) Y : In libro Carminum, scribitur *multitudo concubinarum* (6,656-1,882), nunc vero (nempe apud Mencium) *multitudo exiguorum hominum*.

(100) Y : Quod liber Carminum de regni *Weï* (9,672) homine humanissimo dicit, in Confucium etiam convenire potest.

(101) Y : Liber Carminum tomo *Ta-ya* (1,797-11,889), oda *Mian* (7,916) ait...

(102) H : *Thaï wang* (1,799-4,045), dedecore affectus est a barbaris

non amisit suam famam. » (103) Wen wang *est* (104).

§. XXV. Meng tseu ait : *sapientes (105) * suo * lumine faciebant homines * illuminatos ; nunc * sua * caligine faciunt homines *illuminatos.

§. XXVI. Meng tseu alloquens Kao tseu (106) ait : montanæ semitæ (107) * angusta-vestigia, *si* * derepente (107[a]) utantur illis, fiunt ¶ via ; *si* * brevi-intervallo non utantur *illis*, tunc herbæ obstruunt illam. Nunc herbæ (107[b]) obstruunt tuum cor.

§. XXVII. Kao tseu ait : τοῦ (107[c]) Iu musica antecellit τοῦ Wen wang musicam.

Meng tseu ait : * qua-de-causa dixisti illud?

Kouen-i (3,883-1,868), et serviit illis, i. e. illis clientelare tributum persolvit. Sed licet ita non exstinxerit eorum odium..

(103) H : Simile quid passus est *Wen-wang* ; unde idem de eo dici potest.

(104) A : Porro si homines sancti, quales fuere *Wen-wang* et *Confucius*, ad odium, ad iram et calumnias, expositi fuere, quanto magis qui maxime inferiores sunt illis !

(105) C, H : Antiquitatis sapientes, postquam primitivam rationalis facultatis claritatem assecuti erant, efficiebant ut homines idem agere conarentur. Hodierni principes, quorum rationalis facultas cupiditatum tenebris offuscatur, alios homines ad primitivam rationis innatæ claritatem reducere tentant : hoc est velle (E) ut, ex turbido fonte, puræ et limpidæ aquæ defluant. Inde accidit (Y) ut homines, non eximiis exemplis, sed tantum severis legibus et pœnis ad bonum impellant.

(106) C : *Kao-tseu*, regni *Thsi* (13,239) vir qui, postquam rectæ normæ, Mencio magistro, aliquandiu studuerat, deinde, illo relicto, ad sophistarum hæresim, infelix transfuga, descivit.

(107) Y : Angustum loci spatium quod incedentis hominis plantam vix capit.

(107 *a*) H : Si derepente illa pedibus terant.

(107 *b*) J : Littera *mao* (8,893), *herbæ*, hominis cupiditates indicat.

(107 *c*) Scilicet imperatoris *Iu*.

K. ts. ait: quia campanulæ-annulus (108) detritus-est.

Meng tseu ait: id num (109) sufficit? Urbis portarum orbitæ *an* (110) * bijugum-equorum viribus (factæ sunt)?

§. XXVIII. *Cum* Thsi fame-laboraret, Tchhin tsin (111) ait: regni (112) homines omnes (113) sperant fore (ut) magister iterum efficiat aperire Thang. Fortassis non decet (114) iterare.

Meng tseu ait: Sic essem (115) Foung fou. *Regni* Tsin homo erat Foung fou, peritus manu-comprehen-

(108) C : Ejus musica pulchra est et multis fuit usui. Ideo musica ejus instrumenta usu detrita sunt. Porro idem non passus esset imperatoris *Wen-wang* annulus.

(109) Y : An detritus annuli sufficit ut hujusmodi judicium feras? Mediæ urbis viæ novem curruum orbitas (*ornières*) capiunt. Currus possunt late in eis exspatiari; ideoque eorum rotarum sulci leves sunt. E contra, urbis portæ unum currum solummodo capiunt, currusque omnes illa pertranseunt; ideo rotarum sulci profundiores sunt. Porro imperatoris *Iu* musica, circiter mille annis ante *Wen wang* floruit, eaque de causa campanularum annuli longissimo usu detriti sunt.

(110) Y : Orbitæ illæ, non a bijugibus unius currûs equis, sed ab omnium curruum toto die hàc pertranseuntium equis sulcatæ sunt.

(111) H : Vir e regno *Thsi.*

(112) E : *Meng tseu* jam olim regi persuaderat ut urbis *Thang* horrea, populum sublevandi causa, aperiret. Nunc fame rursus ingruente, *Tchhin tsin* Mencium idem rogat.

(113) I : Littera *i* (115) usurpatur pro *wang* (4,045) *sperare* : assentiunt C, G, J, Y. Quem locum gallice melius reddere licet : *Ils espèrent que vous ferez* (*tsiang wei*) *ouvrir une seconde fois* (*feou*) *les greniers de réserve de la ville Thang.* Aliter E : existimant (*i-wei*) magistrum rursus apertu-rum, etc. *Ibid. Thang* regni *Thsi* oppidum.

(114) I. e. idem iterum rogare (B).

(115) I : Si regem iterum adhortarer ut horrea urbis *Thang* aperiat, tunc, quemadmodum olim *Foung fou*, non vero, ut decet sapientem, me gererem.

dere (116) tigres. Deinde factus-est (117) sapiens homo. Tunc, *cum* ivisset-in agros-extra-urbem-sitos, erat hominum-multitudo insequens tigrim. Tigris innixa erat montis-angulo, *ac* nemo illam audebat impetere. *Ubi* ¶ eminus aspexerunt Foung fou, currentes obviam iverunt illi. Foung fou, exerens brachium, exsiliit-e curru. Multitudo omnis gavisa est. Illi qui erant sapientes-viri (118) irriserunt illum.

§. XXIX. Meng tseu ait: (119) os (120) cupit (121) sapores; oculus cupit colores; auris cupit sonos; naris cupit odores; quatuor membra cupiunt quietem *et*

(116) H : Poterat nuda et inermi manu tigres comprehendere.

(117) C : Vilem hanc artem, quæ solummodo in exerendis corporis viribus sita est, postea desiit, ut sublimiori sapientiæ studio animum applicaret.

(118) A, H : Illum ludibrio et contemptui habuerunt, quia, in nobiliori virtutis studio, quod nuper amplexus erat, ad finem usque vitæ perseverare non valuit. Porro, si ego regem, qui jamdudum meis consiliis aures non attendit, iterum adhortarer, prædicto viro *Foung-fou* essem simillimus. Licet enim insulsæ huic multitudini gratum facerem, nonne viri sapientes, recti judices et arbitri, justo me ludibrio prosequerentur?

(119) Y : Quinque sensuum desideria sunt *naturæ* (2,793). Attamen intra certos fines continentur; accidit enim sæpissime ut omnia quæ cupiunt, obtinere nequeant. Quodquidem a Cœli *mandato* (1,200), hominis cupiditatibus modum statuente, oritur. Non dicendum igitur nos certo obtinere posse omnia quæ ad quinque sensus, nobis natura insitos, (videlicet ad quinque sensuum oblectationem) spectant.

(120) E : Naturali propensione, os appetit dulces sapores, etc. C : Littera *iu* (3,829), quinquies repetita, non usurpatur quidem pro littera *yo* (4,606), *cupio*, sed (C, J) litteræ *yo* (cupio) sensum continet. — Aliter H, I : littera *iu* (3,829) usurpatur pro littera *cho* (2,270), *pertinere*, *spectare ad*.

(121) H : Sapiens cordis desideria ratione moderatur, recta norma cupiditates frænat, Cœlique *mandato* illis modum definienti, omnino obsequitur. Quamvis igitur hæc a *natura* vere defluant (ejus enim *naturæ* insita sunt), cum tamen (C) cuncta cordis desideria explere nequeat nec debeat, hæc non vocat *naturam*.

laboris-remissionem. *Licet* natura *sit*, existit Cœli-mandatum. Sapiens *id* non vocat naturam.

§. XXX. Amor (122) spectat-ad (123) patrem *et* filium; æquitas spectat-ad (124) principem *et* subditum; urbanitas (125) spectat-ad hospitem-qui-excipitur *et* hospitem-qui-excipit; (126) prudentia spectat ad sapientem; sanctus vir (127) spectat-ad Cœli viam. (128) *Licet* Cœli-mandatum *sit*, existit (129) natura. Sapiens *id* non vocat Cœli-mandatum.

(122) C : Littera *iu* (3,829) sensum litteræ *cho* (2,270), *pertinere*, *spectare ad*, continet. Aliter H, I, littera *iu* (3,829) usurpatur pro *cho* (2,270) *spectare ad*.

(123) H, I : Humanitas, quæ in amore præcipue consistit, ad patris et filii officia spectat.

(124) H, I : Æquitas, quæ in exhibenda debita reverentia præcipue consistit, ad principis et subditi officia spectat.

(125) J, Y : Urbanitas, quæ in vultus benignitate, sermonis affabilitate, morumque venustate præcipue consistit, spectat ad, etc.

(126) C, J, Y : Prudentia, quæ in perspiciendi et distinguendi facultate præcipue consistit, ad sapientem spectat, pertinet. Aliter H : prudentia spectat ad τὸ perspicere et secernere viros sapientes et insipientes. I : Spectat ad τὸ distinguere in quo sapientes ab insipientibus differant.

(127) I, H, J, Y : i. e. Cœli via (scilicet (I) humanitas, æquitas, urbanitas, prudentia) spectat ad sapientem virum qui, cum ea, corde et animo coalescit.

(128) H : Humanitas modo perfecta est, modo minus perfecta; æquitas modo completa est, modo minus completa; urbanitas modo venerabunda est, modo minus venerabunda; prudentia modo perspicax est, modo minus perspicax; sanctitas modo pura est, modo minus pura. Etenim (Y) sanctus vir modo commode et faciliter, modo ægre et difficulter, Cœli viam (vid. not. 127) manciscitur. Porro major vel minor, in prædictis virtutibus, perfectionis gradus, (Y) a Cœli *mandato* oritur (*ming-ya*).

(129) H, Y : Quamvis id quod hominibus inditum est (vid. not. 127 et 128), jubente Cœli *mandato*, apud hos purius, apud illos impurius sit, attamen infusa facultas, modo bona est, modo mala; videlicet, (H) ab initio, natura in omnibus hominibus æque illibata, æque integra est.

§. XXXI. Hao seng, (nomine) Pou haï, interrogans ait : Lo tching tseu (130) cujusmodi homo *est*?

Meng tseu ait : bonus homo *est*, ¶ verus homo *est*.

H. s. — Quid vocas bonum-esse; quid vocas verum-esse?

§. XXXII. *M. ts.* ait : *vir* (131)* expetendus dicitur bonus; *qui* habet (132) in semet ipso, dicitur verus (133); *qui** plenus *et* cumulatus (134) *est*, dicitur egregius; *qui*, plenus *et* cumulatus (135), habet claritatem *et* splendorem, dicitur magnus; *qui* magnus *est* et (136) mutat illud, dicitur sanctus; *qui* sanctus

Sapiens (I) humanitatem, æquitatem, urbanitatem et prudentiam non vocat *mandatum*, i. e. eas Cœlo non assignat. Ideo cupiditates suas cohibet, Cœli rationem servat intaminatam, et tum *naturæ*, tum cœlestis *mandati* legem recte adimplet.

(130) E : Vir e regno *Thsi* (12,239), qui videns Mencium lætari quod *Lo tching-tseu* (unus ex ejus discipulis) munere publico, in regni *Lou* (12,787) administratione, fungeretur, ab eo sciscitatur cujusmodi homo ille sit.

(131) Melius gallice : *digne d'envie*. C : Vir præditus eximiis animi bonis quæ alii homines *expetunt*, i. e. habere *exoptant*.

(132) J : Qui expetendam animi bonitatem (*chen*), de qua supra, vere habet in semet ipso.

(133) J : i. e. Sincerus, fuci aut falsitatis expers.

(134) J : Qui virtutem strenue et indefesse colit, quique efficit ut illa quam in seipso habet bonitas (*chen*), cumulata sit et numeris omnibus absoluta.

(135) Y : Qui bonitatis, quam, in intimo cordis recessu, cumulatam et numeris omnibus absolutam possidet, vividum splendorem exterius emittit, quique in toto corporis habitu, in sermonibus, in actis suis, nitidam virtutis internæ venustatem diffundit.

(136) B, C : Mutat (i. e. J : penitus-delet-4933) suæ magnitudinis vestigia, (quemadmodum sol nivem mutat, resolvit (*hoa*), absterget). Assentiunt H, I, J, Y. C : vulgaris magnitudo quidquid est, a corporis labore et mentis cogitatione, habet, atque certa relinquit vestigia (i. e. signa

est et non (137) potest percipi, dicitur spiritualis-*vir*. Lo tching tseu *est* in-medio duorum (138) *et* infra quatuor (139).

§. XXXIII. ¶ Meng tseu ait: *qui* (140) secedunt-a Me necessario se-recipiunt in (141) Yang, *qui* secedunt-ab Yang necessario se-recipiunt in (142) Litteratos. *Ubi* (143) se-receperunt, tunc excipiamus illos et nihil amplius.

exteriora) quibus deprehendi et videri queat. Qui vero ita magnus est ut, quamvis ejus præclare gesta et beneficia sentiant omnes, neminis tamen cogitatione et labore orta videantur, hic *sanctus* est. H: verba « non relinquere suæ magnitudinis vestigia » idem significant ac « absque cogitatione et absque labore magnum esse, magnas res peragere. »

Litteram *hoa* (952) aliter interpretatur E: qui, magnus ὤν, omnes homines convertit (*hoa*).

(137) Hæc interpretatio priorem litteram *tchi* (41) prorsus tollit. Sed utramque servant quidam interpretes, eo scilicet modo: qui sanctus est et non possunt percipere illum, ille vocatur spiritualis vir, i. e. homines ille quem, sanctum ὄντα, percipere non possunt, *spiritualem* vocant.

Non omnes sancti (C) percipi non possunt. Ut vero quis celsissimum sanctitatis gradum ita attigit ut ejus virtus, jam tum subtilissima et maxime defæcata, sensus effugiat, continuo dicitur *spiritualis* vir.

(138) J: Indicat duos priores perfectionis gradus, scilicet *bonitatem* (*chen*) et *sinceritatem* (*sin*).

(139) J: Indicat quatuor posteriores perfectionis gradus, scilicet *eximietatem* (*mei*), *magnitudinem* (*ta*), *sanctitatem* (*ching*), *spiritualitatem* (*chin*).

(140) A: Falsa sectariorum *Me et Yang* dogmata nostræ doctrinæ adversantur. Quandiu igitur contra nos obnixe contendunt, severitatem in illos non adhibere non possumus. Ut vero, errorum suorum conscii, resipiscunt et ad veritatem redire cogitant, illos indulgenter non habere non possumus.

(141) I: Secta *Me* omnes indiscriminatim homines amat, nec parentes ab aliis hominibus distinguit; secta *Yang* sibi uni studet, sui unius commoda quærit. Illa secta errat quidem, sed veritati propior est quam secta *Me*.

(142) H: Litteratorum scholam adeunt.

(143) Y: Ubi sophistarum *Me* et *Yang* sectarii, discussa tandem mentis

§. XXXIV. Nunc (144) qui cum Yang *et* Me disputant, (agunt) perinde-ac *qui*, persequens elapsum porcellum, postquam ingressus esset suam haram (145), præterea fune-constringeret (146) illum.

§. XXXV. Meng tseu ait : est (147) telæ-cannabinæ *et* (148) bombycis-evolutæ tributum, (149) oryzæ tributum *et* (150) operarum-præbitionis tribu-

nebula, Litteratorum doctrinam amplexi sunt, nostri Litterati errores, quibus diu fuere immersi, et quorum eos nunc pœnitet, misereri debent, ac eos in sanctissimum rectæ rationis penetrale admittere et edocere. Pristinos autem errores, quos abjecerunt, rursus exagitare ac nova censura prosequi, non decet.

(144) J : Ætatis nostræ Litteratis vehementer succenseo, quod sectariorum *Me* et *Yang* discipulos, ab erroris tramite ad nostram doctrinam regressos, non solum non excipiunt benigne, sed etiam aspere tractant, atque falsas opiniones, quibus antea adhærebant, asperis exprobrationibus incessunt.

(145) H : Alludit ad rectæ Litteratorum doctrinæ scholam.

(146) H : Innuit illos qui cum sectariis, in rectum ultro redeuntibus, obnixe et aspere disputant. Porro (I) sophistarum *Yang* et *Me* discipuli, qui ad nos regressi erant, Litteratorum severitatem pertæsi, discedent; qui vero ad nos nondum redierant, Litteratorum asperitatem reformidabunt, atque a veritatis amplectendæ consilio impedientur. Nonne illos, ubi mentis errorem deposuere, indulgenter habere decet!

(147) J : Tributum quod exigebatur a viro qui quinque jugerum habitationem (2,097) possidebat. Duo jugera (G) cum dimidio ab illo arabantur, duo alia jugera cum dimidio domûs ædificationi assignabantur. Cum autem, in agri medio, non liceret plantare arbores, ne forte τοῖς quinque frugibus nocerent, infra parietes serebantur mori et (J) cannabis. Mori quidem alunt bombyces quorum serico indumenta conficiuntur calidiora, cannabis vero suppeditat viliora quæ (E) ex militum usu sunt.

(148) Sic C. Gallice : *la soie dévidée en écheveau.*

(149) C : Oryza cum folliculo suo dicitur *so*; nudata folliculo, dicitur *mi*. Hoc tributum (J) solvebat vir qui centum agri jugera possidebat.

(150) H : Tributum quod solvebat octo hominum familia (J : unus vir). C : litteræ *li-iu* (865-2,675) duas significationes habent, scilicet : opera tributaria quam quis principi præbet, et stipendium quod pro eo meret (*la corvée et le service militaire*).

tum. Sapiens(151) utitur hoc (152) uno *et* differt(153) illa duo. *Cum* usus-est (154) illorum duobus, tunc populus *inedia-consumitur; *cum* usus-est illis tribus, tunc pater *et* filius divelluntur.

§. XXXVI. Meng tseu ait: regulorum (155) res pretiosæ, tres: *terra *et* humus, (156) homines *et* plebs, administratio *et* (157) negotia. Qui pretiosas-existimant gemmas, calamitates procul-dubio (158) attingunt illos.

§. XXXVII. ¶ P'en tch'ing kouo magistratum gerebat in (regno) Thsi.

Meng tseu ait: morietur P'en tch'ing kouo.

P'en tch'ing kouo (159) interfecto, discipuli interrogantes dixerunt: Magister, quomodo sciebas illum ** interficiendum-fore?

Ait: ille homo parum habebat virtutis (160),

(151) J: Princeps qui populum suum diligit.

(152) A: Primum tributi genus in vere exigunt, quia tunc absoluta sunt ea quæ ad bombyces et sericum pertinent; secundum in autumno, quia tunc fruges maturæ sunt; tertium in hyeme, quia tunc agriculturæ labores peracti sunt.

(153) H: Non quod non exigit illa tributa, sed quod non duo simul eodem tempore.

(154) H: *Young* (uti) i. e. exigere.

(155) H: Tria sunt quæ reguli magni facere debent.

(156) C: Homines, i. e. magistratus, præfecti.

(157) *Cf.* supra §. XV, *not.* 62.

(158) I: Qui terram, populum, administrationem, negotia (vid. *not.* 157) negligit, a subditis interimitur et regnum funditus perit.

(159) H: Cum scelus admisisset, morte mulctatus est.

(160) Sic versio tartarica. J: prudentiæ; H: industriæ, solertiæ. Sic et *Noël*.

nondum audiverat sapientis magnam doctrinam (161); tunc (162) satis erat ut neci objiceret (163) suum corpus (seipsum).

§. XXXVIII. Meng tseu petens T'eng, diversatus est in (164) Chang koung. Calceus (165) qui-conficiebatur fuerat super * fenestræ-oram (positus). Diversorii homo (166) quæsivit illum *et* non reperit.

Quidam interrogans ait : ** siccine * assectatores (167) *tui* (168) abscondunt?

— Ait : tu, putas-ne illos causâ τοῦ subripiendi calceum venisse (169)?

— Ait : (170) ° minime. Magister, instituto ordine (171), præterita non persequeris (172), venientes

(161) H, I : Scilicet : humanitatem, æquitatem, sinceritatem, rectitudinem. Aliter J : *sc.* æquitatem et rationem.

(162) I : Perspicacitate sua superbus, rectæ rationi adversabatur, omniaque inconsiderate miscebat et perturbabat.

(163) J : Idcirco prævisi illum brevi necem sibi accersurum.

(164) J : Nomen loci : sic et vers. tartarica. Aliter E, H : nomen palatii in quo regni *T'eng* (*suppl.* 5,166 *bis*) regulus hospites et legatos excipiebat.

(165) H : *Niě-li*, i. e. calceus textilis (J) qui conficitur, sed nondum absolutus est (gallice : *un soulier en train*).

(166) H : Homo quidam hujus palatii custos.

(167) J : Mencii discipulos indicat.

(168) C : Abscondunt ea quæ ad alios pertinent.

(169) I : In regnum *T'eng* (*suppl.* 5, 166 *bis*).

(170) C : *Taï* (4,693); particula initialis.

(171) C : Instituisti præceptorum ordinem, ad discentium capacitatem accommodatum.

(172) J et plerique interprett. : Culparum, quas prius admiserunt, memoriam non refricas; illas nec repetis nec reprehendis. Aliter E : eos qui jam a te digressi sunt, non persequeris i. e. non revocas.

(173) J : Qui tuam scholam adeunt.

(173) non repellis. *Si* sincero (174) corde venerint, statim excipis illos et nihil amplius.

§. XXXIX. ¶ Meng tseu ait : homines omnes habent quod (175) non patienter-ferunt. Extendere illud ad ea quæ patienter-ferimus, humanitas *est*. Homines omnes habent quod non agunt (176). Extendere illud ad ea quæ agimus, æquitas est.

§. XL. *Si* homines possint adimplere non cupiendi nocere aliis animum, tunc non poterunt (177) pares esse humanitatis usui. *Si* homines possint adimplere τὸν non * perforandi (178) animum, tunc non poterunt (179) pares esse æquitatis usui.

§. XLI. *Si* homines possint adimplere τὴν non

(174) J : Si, corde sincero et ad rectam virtutis (I) viam ardenter aspirante, venerint...

(175) H : Habent commiserationis sensum. Homines aliorum malis vulgo dolent; sed aliquoties accidit ut, cupiditatibus obcæcati, modo unius casum misereantur, modo alterius non misereantur. Si igitur omnibus omnium miseriis pariter et indiscriminatim condolere possint, id *humanitas* merito vocabitur.

(176) H : Homines a pravis actionibus vulgo abstinent. Accidit tamen aliquando ut, cupiditatibus vel avaritia excæcati, rem pravam admittere non refugiant. Si igitur omne vitiorum genus quæ vel illorum virtuti vel aliorum commodis nocere possunt, *v. g.* libidinum turpitudinem, fraudes, rapinas, penitus exuere aut ab animo excludere queant, id *æquitas* merito dicetur.

(177) I. e. omnem humanitatis usum explere nequibunt. H : Omnia quæ aliis hominibus nocent atque innato commiserationis sensui repugnant, agere non sustinebunt.

(178) Pro litteris *tch'ouan-iu* (7,282-7,320) *forare*, *foramen in pariete aperire*, interpretes B, E, G legunt *tch'ouan-iu* (7,282-10,725) *perforare* (parietem) et *transilire* (domus muros). Cf. I, 108, 5.

(179) I. e. omnem æquitatis usum explere non poterunt. Videlicet nihil unquam agent quod æquitatem lædat. *Cf. not.* 177.

accipiendi (180)* secundæ-personæ-numeri-singularis-pronomina, veritatem (181), quocumque eant, numquam non agent æquitatem. *Si* litterarum alumnus, *ubi* nondum licet loqui, loquatur, *illud est* τῷ loqui (182) dolose-capere *alios*; *si* (ubi) oportet loqui, non loquatur, *illud* est τῷ non loqui (183) dolose-capere *alios*. Hæc omnia *sunt* τῷ * perforare (184) similia.

§. XLII. Meng tseu ait : *ubi* quæ-dicuntur vicina (185) *sunt* et scopus (186) remotus, bona verba *sunt*. Observare quod-compendiosum-est (187) et promere quod-largum-est, ¶ bona agendi-norma *est*.

(180) H : *Eul*, *jou* (gallice *tu*, *toi*), familiaris compellandi modus quo utitur homo qui me contumeliose tractat. — Hujus loci vis latine reddi nequit. Secundæ enim personæ numeri singularis pronomina *tu*, *tui*, *tibi*, *te*, nihil injuriæ continent.

(181) I. e. Si possint *vere* et sincero corde non accipere. I : Aliquoties homo, avaritia excæcatus, familiarem hujusmodi compellationem sincero corde perferre videtur; eum vero qui sic compellatus, toto vultu erubescit et succenset, hæc vocabula *vere* et sincero corde non accipere patet.

(182) H : I. e. sermone suo arcanos aliorum animi sensus elicere ac quasi *suffurari*. *K'ang-hi*, ad hunc Mencii locum, ait : *t'ian* est *rem* hamo-capere. Aliter Y : *t'ian* est *rem* lingua-capere.

(183) H, J : Silentio suo alios ad interrogandum impellere, et sic ab illis mentis arcana expiscari et quasi *suffurari*.

(184) Cf. supra not. 178.

(185) H, J : Verba specie tenus humilia et intellectu facillima.

(186) J : Verba quorum sensus est profundus.

(187) E : Si rectæ normæ compendium (et quasi medullam) teneas, colas, *sc.* humanitatem et æquitatem, virtutis beneficia late per universum imperium diffundere poteris.

Sapientis verba non sunt-inferiora (188) cingulo: (189) recta-norma (in hoc) residet.

§. XLIII. Sapientis *hæc* custodia (190): excolit seipsum et imperium pacem habet. Hominum *hic* error: relinquunt (191) suos agros et herbis expurgant aliorum agros. Quod quærunt ab aliis, grave *est*, et quod ipsi suscipiunt, leve (192).

§. XLIV. Meng tseu ait: Yao *et* Chun * Natura-facti (193) *erant*; Thang *et* Wou reversi-sunt-ad (194) illam.

In vultûs habitu *et* pedum incessu (195), con-

(188) A, I: Sapiens solummodo loquitur de rebus vicinis quæ ante oculos positæ sunt, i. e. de (H) rebus obviis, vulgaribus, etc. G: antiquitatis homines non infra adstantis cingulum oculos conjiciebant. Tunc corporis pars, quæ supra cingulum, oculis semper obvia et maxime vicina erat. Mencii metaphora ab hoc usu translata est.

(189) J, H: Subtilissima nec non tenuissima ratio in his verbis maxime obviis et intellectu facillimis sita est.

(190) I. e. vir sapiens hoc modo se gerit...

(191) E: Suam emendationem negligunt, alios vero reprehendere et emendare volunt.

(192) Facilius est enim aliorum culpas redarguere quam sua vitia exstirpare.

(193) Editio J legit *sing tchi* (2,793-41). *Cf.* II, 128, 3; 135,4.—C: littera *sing* (2,793) *natura*, *Cœli rationem*, *Cœli providentiam* (1,798-5,936) significat. Littera *tchi* (infra in *fan tchi*) respondet superiori litteræ *sing* (2,793), quatenus primitivam hominis *naturam* significat. Littera *tche* (*fan sing tche*) locum tenet (C, P, I, Y) litteræ *jin* (91), homines. C: erant a Natura vel a Cœlo * ex-omni-parte-perfecti homines.

(194) A: *Yao et Chun* nascendo sanctitatem sortiti sunt, nec illam (C) postea amisere. *Tch'ing t'ang* et *Wou wang*, non nisi postquam, longo studio summisque animi conatibus, ad primitivam *naturæ* (2,793) bonitatem redierant, eamdem ac *Yao* et *Chun* sanctitatem adepti sunt.

(195) Sic litteras *toung-young et tcheou siouan* interpretatur C. Ibidem interpres quidam ait: litteræ *toung-young* totius corporis habitum significant.

gruere cum ritibus, eximiæ virtutis summum *seu* fastigium *est.* Lugendo mortuos dolore-affici, non causâ vivorum (196) *est. Ab* inconcussa virtute non deflectere, non ad quærenda (197) stipendia. Verba *et* sermones semper vera esse, non ad (198)* rectas-efficiendas actiones.

§. XLV. Sapiens, sequendo Cœli-legem, exspectat fatum (199) *et* nihil amplius.

§. XLVI. ¶ Meng tseu ait: *Si* alloquaris (200) magnos homines, tunc parvi pende (201) illos. Ne suspicias (202) illorum sumptuosam magnificentiam. Palatii altitudo, aliquot (203) jin; cantheriorum caput

(196) J: Naturali quodam affectu (I) filius patrem defunctum luget, non autem quia, propter vivos (i. e. alios homines), qui cum pium habeant, lugendi consilium cepit.

(197) A, C, J: Virtus quidem annuos reditus a principe obtinendi rationem in se continet, sapiens vero nunquam ab ea, ne lato quidem digito, deflectit, quia naturalis bonitatis ductum sequitur. Quantum abest ut, stipendia expiscandi causa, sic agat!

(198) C: Sapiens verba sua, quæ rationi et æquitati congruunt, semper effectu complet et sic *vera (sin)* ac cordis sensibus consona esse ostendit, non quia recte agere vel se rectum exhibere cogitat, sed quia innatam animi rectitudinem sponte sua sequitur.

(199) H: Circa vitam brevem æque ac circa longam, circa infausta æque ac circa fausta, prorsus indifferens est.

(200) E: Intelligit tunc temporis homines (Noël: principes) honoribus et divitiis conspicuos.

(201) J: Contemne illos. C: Mencius de interno, non de externo, contemptu loquitur.

(202) I. e. Noli, rudis vulgi more, admirari.

(203) C: Palatia, ædes, quæ illi habitant, aliquot *jin* alti sunt. — *Jin*, nomen mensuræ quæ octo cubitis æquivalet.

Cho (5,039), vulgo *bonus*. — Bonum reddere aliquem, II, 139, 1.

Cho-so (9,022-7,677), pisum et milium, II, 130, 7.

Cho (11,611), vulgo *liquare metalla*. — Infundere, indere (animis hominum virtutem), II, 84, 5. Hic loci littera *cho* passive accipitur.

Chou-tseu (4,482-2,059), institutus throni hæres. II, 110, 5.

Choui (4,831), vulgo *aqua*.—Aqua frigida, II, 82, 9.

Choui-ho (5,381), aqua et ignis ; metaphorice : tyrannis, dura ac immanis dominatio, I, 35, 8; *ibid.* 37, 2.

Choue (10,094), vulgo *loqui*.—Explicare (versus), II, 47, 4.

Choue-ts'e (10,984), sermones, I, 52, 1.

Lege *choui*, adhortari aliquem, II, 55, 7; *ib.* 103, 8, 9, et 104, 2.

Lege *youe*, lætari, I, 12, 9, et 28, 8.

Choui-lian (7,172-3,775), tributum, vectigal, I, 8, 2. — Littera *choui*, si legatur *t'o*, significat : auferre, deponere, II, 108, 8.

Chu-jin (2,533-91), vulgo *plebs*. I, 74, 8 : plebs, litterati et magistratus.

Chu-min (4, 822), vulgus, II, 26, 8.

Chun (12,188), obedire. II, 120, 6. —Obedienter, sensu passivo, sequente littera *iu* (3,829), gallice : *être obéi de*, II, 40, 9. Graviter errant qui, hic loci, vertunt litteras *chun-iu-ts'in* (9,887), obedire parentibus. A : quia non poterat docere parentes rectam normam, ac efficere ut sibi obedirent (190-41-12,188), i. e. ut consiliis suis

et præceptis parerent. Interpres E, qui fere semper ab aliis dissentit, explicat litteras *chun-iu*, amari a (2,968-3,829).

E.

'E-k'ioung (11,748-7,347), in angustias redactus, et inopia exhaustus, I, 63, 9; II, 60, 8.

'Eou-ko (10,219-4,631), carmine laudare et canere aliquem, II, 50, 4.

Eul-san-tseu (65-6-2,059), ô mei filii, I, 40, 8. Sic regulus subditos suos alloquitur. Confucius discipulos suos, in libro *Lun-iu* (10,138-10,080), iisdem verbis sæpe compellat.

Eul-ki (4,478-4,304), silvestris zizyphus, II, 94, 9.

Eul (5, 608), tu, I, 38, 5. — Particula auxiliaris, II, 85, 3. — Nota adverbii, II, 72, 1; 92, 7. — Usurpatur pro *eul* (11, 166) vicinus, II, 11, 7.

Eul (8,292) vulgo *et*. — Usurpatur pro *jou* (1,852) quasi, II. 27, 4.

Eul (10,434), duplex, I, 100, 8. — Secundus, II, 66, 7. — Duas res existimare diversas, II. 120, 5.

F.

Fa (4,917), exemplum, II, 1, 7. — Imitari, I, 44, 6. — Servare legem, I, 57, 7.

Fa-cheou (2,101) lex et disciplina, II, 3, 2.

Fa-kia (2,136) antiquarum familiarum ministri, legum tenaces, II, 119, 6.

Fa (6,482), *sine regimine*, emittere sagittam, II, 139, 7. — Aperire (horrea), I, 6, 2. — Exoriri, exsurgere, II, 118, 7.

Fa-tching (3,730) auspicari regimen, I, 17, 6; *ib.* 29, 9.

Fan-min (720-4,822) vulgus, II, 123, 9.

Fan (1,098) revocare aliquem, I, 82, 3 et II, 133, 8. — Par pari referre, I, 38, 6. Cf. *ib.* 47, 9. — Reddere, remittere, I, 71, 9. — Vertere (terram), I, 103, 3. Sic interpres C. Alii explicant *fan*, referre (*rapporter*). Vid. *ibid.* not. 248. — Alicui adversari, I, 86, 8. — E contrario, II, 16, 4. — In sese descendere, I, 62, 3.

Fan-cheou (3,224), vertere manum. Veluti *vertere manum*, i. e. facillimum est, I, 44, 3.

Fan-chin (10,821), in se animum reducere, II, 12, 2. Cf. *ibid.* 121, 6.

Fan-fo (9,859), sæpius repetere, iterare, II, 77, 3. — Repetitis vicibus, II, 88, 7.

Fan-lou (10,691), viam eundo et redeundo emetiri, I, 73, 8.

Fan-ming (1,200), refero sermonem, i. e. responsum alicujus, I, 86, 6. — Expono quomodo gesta sit res jussa, vel quomodo mandata exsecutus sim, I, 104, 3. *Cf.* II, 43, 6.

Fan-jan (2,465-5,466), mente conversa et commota, II, 96, 2.

Fan-lan (4,837-5,306), inundare, I, 96, 2. Cf. I, 116, 7.

Fan-tchi (8,007-4,708), ingenti numero crescere, I, 96, 3.

Fang (3,816), res, figura quadrata, II, 1, 5. — Regio, I, 25, 8. — Species, conditio: *wou-fang* (5,454-∞) nulla conditionis ratione habita, *ἀπροσωπολήπτως* (*sans faire acception de personne*), II, 27, 3. — Id quod est rationi consentaneum, II, 44, 1. — Resistere, obsistere, I, 28, 2.

Fang-ts'ie (14), adhuc, I, 100, 4.

Fang (3,729), demittere. Vid. infra *fang-tchoung*. — Amittere, II, 93, 1. — Contra rectam rationem committere, I. 88, 7. — resistere, refragari, I, 28, 2. — Pervenire, I, 27, 3. Cf. II, 26, 4. — In exilium mittere aliquem, I, 33, 5. — Abigere, propulsare, I, 117,

1, et 119, 5. — 2° *tono*, imitari. Vid. infra *fang-hiun*.

Fang-fan (12,329), immodice comedere, II, 141, 6. — In hoc loco, *fang* est nimio plus indulgere alicui rei. Apud *K'ang-hi*, eadem locutio *fang-fan* aliud prorsus significat, scilicet : in patina repono oryzam quæ mihi bene pasto superest.

Fang-hiun (923). *K'ang hi* : vir qui potest imitari (*fang*) superiorum i. e. præteritarum ætatum merita seu res præclare gestas (*hiun*), I, 97, 5. Nonnulli interpretes vertunt : vir immensorum meritorum.

Fang-tchoung (10,728), demittere usque ad talos, II, 132, 2. Vid. *ibid.* notam 100.

Fang tse (2,834), frenum laxare cupiditatibus, I, 118, 7.

Feï-hing (2,567-8,703), dilabi et surgere, II, 5, 5.

Feï-han(8,418-6,145), opimæ dulcesque dapes. I, 15, 9.

Feï (12,032), non, I, 99, 9.—Vituperare, obtrectare, II, 3, 9. Cf. II, 11, 3.—Culpa, II, 18, 2.—Errare, in errore versari, II, 83, 8.

Feï-tchi (6,594), non solum, I, 74, 8.

Feï-tou (2,693), non solum, I, 51, 5.

Fen (744), distribuere, I, 98, 1. —Distinguere, II, 79, 9.—Differentia, discrimen, II, 131, 8.— Id quod quisque a cœlo, nascendo, sortitus est, II, 128, 5.

Fen (7,718), stercus. — Stercorare agros, I, 89, 7. — Agros excolere, agros excoli, II, 64, 6.

Fen-fen-jan (7,782-∞-5,466), instar viri negotiis pleni (*très-affairé*), I, 95, 2.

Fo (2,708), iterum rursus, I, 84, 9. Cf. 87, 3, et 119, 7. Legitur etiam *feou*, in eodem sensu. — *Fo*, alloqui, I, 13, 4.

Fo-tch'eou (10,296), repetere pœnas, injuriam ulcisci, I, 111, 8.

Fo-kouan (3,290-95), adversari, obstare rei, II, 119, 2. Quidam interpretes vertunt : impedire et disturbare. Hic *fo* usurpatur pro *fo* (1,208) obstare. —*Fo*, adjuvare, II, 119, 6.

Fo, (4,034), vestis, II, 101, 6.— Induere (vestem). *Fo*, vestis lugubris : *yeou-∞* (4,028-∞). Lugubria induere, II, 22, 9.—∞-subjicere aliquem, I, 55, 8; *ibid.* se subjicere alicui.

Fo-sin (8,568-2,727), viscera et cor. — Spectare aliquem velut viscera et cor, i. e. eum valde diligere, II, 22, 4.

Fo (9,859), subvertere, II, 52, 3. — Semel et iterum repetere. Vid. *fan-fo* (1,098-∞). — Legitur etiam *feou*, operire, II, 2, 6.

Fou (255), infra. Respondet litteræ *yang* (116), supra, I, 18, 7. Confer, II, 127, 8.

Fou (1,800), tributum milii et oryzæ (J), vel opera tributaria quibus mulctabantur viri otiosi, I, 58, 4(C). Infra idem interpres C locum difficilem *fou-li-tchi-pou* aliter explicat, videlicet litteram *pou* (2,407), æque ad *fou* (1,800) et ad *li* (11, 372) refert, quasi *Meng tseu* scripsisset *fou-pou*, tela cannabina quam unusquisque vir, et *li-pou*, tela cannabina quam viginti quinque familiæ, in tributum conferunt. Vid. *ibid.* not. 176.

Fou-jin (1,800-91), reguli uxor, I, 107, 4.

Fou-tseu (1,800, 2,059), magister, II, 29, 7. — Confucius, II, 38, 1.

Fou (2,150), opes, divitiæ, I, 68, 6. —Ditare aliquem, II, 13, 9. – Ditescere aliqua re, I, 111, 7.

Fou-koueï (14,435), divitiæ et honores, II, 39, 5. — Dives et auctus honoribus, II, 38, 5. — Ditare et honoribus ornare aliquem, II, 45, 2.

Fou-k'ou (2,514-2,524), ærarium publicum, I, 38, 4, et 94, 1. Cf. II, 113, 5.

Fou-tchi (3,250-3,341), opem ferre alicui, I, 92, 4.

Fou-kin (3,800-3,809), securis, I, 5, 1. Cf. II, 87, 8.

Fou-tsie (7,429-7,531), gemellæ regii sigilli tabellæ, II, 21, 5. Vid. *ibid. notam* 5*b*.

Fou (8,589), cutis, I, 47, 6. — Magnus, egregius, II, 8, 1.

Fou (10,413), inniti aliqua re, II, 149, 9. Vulgo *portare*.

Fou-tai (10,413-3,202), bajulare, onera portare, I, 5, 8, et 19, 8.

Fou-ts'ou (10,413-8,852), accipere immensam calamitatem. Quidam interpretes putant litteras *fou-ts'ou* nomen esse prædonis qui turbas undique ciebat. II, 37, 5.

Fou (11, 767), adhærere alicui, eo inniti, II, 63, 3. — Addere, augere, II, 124, 2.

Fou-young (11, 767-2,536), propter merita (*young*) i. e. beneficia in populum collata, regulis adhærere (*fou*) et inniti. *K'ang-hi* easdem litteras ex libro *Li-ki* (7,093—7,748) afferens, eas explicat: *exigua urbs*; in quo casu litteram *young* (2,536) accipit pro *young* (1,693). II, 63, 3.

Foung-kiang (2,191-6,249), gallice: *frontières*, I, 65, 5.

Foung (12-271), ventus, I, 87, 7. — Sese objicere vento, I, 66, 3. — Fama, I, 87, 7. — Mores, I, 45, 1.

Foung-hoang (12,896-727) nomen avis fabulosæ, I, 55, 2.

Foung (1,815), vulgo *offerre*. — 3° *tono* alere, I, 92, 14.

H.

Haï-t'i-tchi-t'oung (2,075-3,469-41-7,372), puellus, II, 125, 9. *Khang-hi*: puellus qui scit *ridere*, (*haï*) et potest *tolli* (*t'i*) seu gestari in ulnis.

Haï (2,132), nocere, damnum inferre alicui, I, 51, 8. — Lege *ho*, quando? I, 3, 8.

Han-jin (736-91), loricarum artifex, I, 61, 2.

Hào, (1,849), bonus, II, 111, 1. Sic versio tartarica. Cæteri interpretes legunt *hao* (3° *tono*); vide infra. —Pulcher, formosus, II, 41, 2.

Hào-se (8,806), eximiæ pulchritudinis puella. Littera *se*, vulgo *color*, hic significat *femina*. A, *ibid*. *meï-se-sse-tchi* (8,186-8,806-64-41) pulchræ feminæ i. e. imperatoris *Y'ao* (1,654) filiæ servierunt ei.

Hao (3° *tono*), amare. I, 4, 4; 20, 6, 7, 9; 120, 4; II, 10, 5; 18, 6; 27, 2; 35, 8; 41, 6; 58, 1; 83, 4; 85, 1; 88, 5; 116, 6, 7; 122, 9; 143, 5, etc.

Hao-se (8,806), amare voluptatem, II, 41, 6.

Hao-sse-tche (x-64-8,204), qui commenta et fabulas fingere amant, II, 56, 5.

Hao-young (x-891), amare fortitudinem, i. e. vehementes iræ motus cohibere non posse, I, 25, 2.

Hao-jan (4,989-5,466), vehementissime, I, 82, 4. Ad verbum: instar aquæ torrentis quæ cohiberi non potest (C). — Largus, abundans, aquæ instar sese diffundens:

Hao-jan-tchi-k'i (41-4,828), uberrima vitalis aura, I, 50, 2.

Hao-hao (6,503-x), gaudio diffundi, II, 124, 7.

Hao (9,370), clamare, II, 39, 8. — Lege *hao* (3° *tono*), argumentum quod in medium profertur, II, 104, 4. Tartaricus interpres: sermo, verba.

Hao-kie (10,360-384), virtute et ingenio insignis, I, 99, 5. *Cf.* II, 123, 9.

Heng (9,677), obstare, impedimentum afferre; idem ac *houng* (4,510), gallice: *traverser* (*un projet*). Sensu passivo: impediri, II, 119, 4.

Heou (217) nomen dignitatis, II, 62, 7. *Cf.* II, 57, 5. — Particula auxiliaris, II, 7, 9; et 8, 1.

Heou (2,688) deinde, I, 18, 8. — Posteriore loco ponere, I, 112, 1, et II, 107, 2. — Incedere pone aliquem, II, 101, 3.

Heou-jin (91) posteri, I, 118, 1.

Hi-loui (226-7,796.) catenis constringere, I, 37, 3.

Hi (1,825) quomodo? I, 19, 3. — Qualis? cujus modi? I, 94, 5.

Hi-weï (5,595) qua de causa? I, 41, 9; 94, 6; 112, 1. *Cf.* II, 116, 5.

Hi-seng (5,696-5,660) victima, I, 111, 1.

Hi-hi-jan (6,600 - x - 5,466) gravi labore confici nec ulla quiete frui (E), vel (G) aspicere oculis odii plenis, I, 89, 8.

Hia (8) infra, II, 125, 1. — Deorsum, II, 79, 1. — Inferior, *i. e.* in inferiori conditione degens, I, 1, 9. — Positus infra aliquid, I, 56, 8. *Cf.* I, 25, 7. — Decidere, cadere, I, 9, 8.

Hia-sse (1,759) infimi, i. e. tertii ordinis litteratus, II, 62, 9.

Hia (4,974) imbuere, madefacere. — Metaphorice : pluviæ instar diffundi, I, 44, 5.

Hiaï-k'i (4,283-1,449) vasa ad quotidianos vitæ usus idonea (C). Littera *hiaï* testaceum vas, littera *k'i* æneum vel ferreum designant (G), I, 94, 9.

Hian (10,484), sapiens, virtute insignis, I, 2, 8 et 56, 4. — Ingenii dotibus præstans, I, 43, 4. — Humanitate præditus... — Laudibus extollere aliquem, II, 34, 3.

Hian-ni (11,805-5,149), metaph. opprimere, sæva tyrannide vexare, I, 8, 8. — In cupiditatibus immergere (cor suum), II, 85, 3.

Hian-tsou (11,853), obices, impedimenta, I, 117, 2. Quidam vertunt pericula et obices.

Hiang (11,251), respicere, aspirare ad, II, 113, 6, 8. — Locus quo quis abiit, vel ubi sedem defixit, II, 89, 2.

Hiang-jin (91), homo ex eodem pago, II, 82, 1. — Homo e vulgo, ex rudi plebe *(un homme du commun)*, II, 33, 8.

Hiang-lin (x-11,265), in pago aut in vicinio, II, 35, 3. *Lin* ex quinque domibus constat; *x*, ex 2,500. Aliter E : ejusdem pagi homines.

Hiang-tang (x-13,152), pagus, I, 59, 8. — Unus e vulgo, rudis homuncio, II, 59, 1.

Hiao-hiao-jan (1,493-x-5,466), instar viri contenti et nihil cupientis, II, 54, 4 et 123, 1.

Hiao (3,740), conari :

Hiao-sse (x-4,677), omnes vires exerere pugnando usque ad mortem, I, 39, 2.

Hiao (4,203), nomen scholæ, I, 90, 5. — Lege *kiao* : comparare, conferre, I, 89, 5. — *Kiao-jin* (91), custos piscium vivarii, II, 43, 6.

Hie-hian (8,496-8,425) contrahere humeros, I, 115, 4.

Hin-hin-jan (4,598-x-5,466) læte, alacriter, I, 22, 5.

Hin-jan (9,966 - 5,466) læte, hilari animo, II, 136, 3.

Hing-fa (758-8,155) pœnæ, supplicia, I, 8, 2. — *Hing*, punire, I, 88, 8.

Hing (2,657), apparentia, I, 14, 2. — Prodere, manifestare; apparere, manifestari; II, 108, 5.

Hing-se (x-8,806), corpus et (quinque) sensus, II, 137, 6. Littera *se* vulgo significat : *color*.

Hing-hing-jan (2,890-x-5,466), irati animi perturbatio quæ se vultu prodit (C), I, 82, 9.

Hing-fa (8,703-6,482), aperire (F), I, 28, 8.

Hing (9,658), ire, iter facere, I, 70, 6. — Gall. *faire aller*, i. e. *faire couler*, II, 31, 1, et 79, 4. — Legatio, I, 73, 9. — Legatus :

Fou-x (10,899), vir legato adjunctus comes, legati collega, I, 73, 8. Agere, I, 13, 1. — Lege *king*,

3° *tono*, actio ; agendi modus, I, 28, 6 ; 52, 1 ; 117, 6 ; 120, 3 ; II, 24, 7 ; 48, 8 ; 55, 9.

Hing-lao (∞-5,240) aqua in viis stagnans ac scaturigine carens, I, 55, 3.

Hing-liu (∞-3,837), viri qui, e patria sua egressi, peregrinantur, I, 17, 8.

Hio (2,085), studere, studio operam dare, I, 98, 9. — Addiscere aliquid, II, 29, 8.—Aliquo magistro uti, I, 100, 5. — Studia quibus quis vacat, I, 93, 7. — Schola, I, 90, 5.

Hio-wen (∞-1,300), sese litterarum et philosophiæ studio tradere, I, 87, 1. — Doctrina, scientia, studio et præceptis comparata, II, 93, 3.

Hiouan (6,051), nigrum sericum, I, 112, 5.

Hiouc-ki (7,269 - 11,834), foramen in pariete, I, 108.

Hioung-nian (732-2,481), calamitosus annus, I, 18, 8 ; 38, 2. *Cf.* I, 71 et *ibid.* not. 88.

Hioung-tchang (5,605-3,427), pes ursinus, II, 90, 5.

Hiun-lao (923-907), præclara (in aliquem) officia, II, 140, 4.

Ho (166), qua de causa ? I, 4, 3. — Qualis, I, 85, 3. Quot ? .....

Ho-i (∞-115), gall. *en quoi?* I, 75, 8. Quonam modo, qua ratione ? I, 1, 8.

Ho-jou (∞-1,852) quomodo ? I, 9, 7. Quid tibi videtur ? I, 4, 6.

Ho-pi (2,728), quid opus est ? I, 2, 7.

Hot-chi (∞-41), quo vadit, vel ad quem usum ? I, 11, 2.

Ho-yeou (∞-4,028), quid (difficultatis) est ? I, 31, 3. — Sæpe *ho* et *yeou* una vel pluribus litteris interjectis separantur. *Ex. gr.* : *ho-jo-jin-yeou* (∞-8,873-91-4,028), quidnam habent quo similes sint aliis hominibus ? II, 122, 4.

Ho-yeou (∞-6,171), unde ? I, 10, 9.

Ho-wei (∞-5,595), qua de causa ? I, 70, 7 ; 78, 1 ; 95, 2 ; 111, 1 ; II, 18, 9 ; 30, 1, etc.

Ho-tche (1,210-8,284), vir commodis, facillimis moribus, II, 61, 7.

Ho (7,061) calamitas, I, 57, 2.—Abjicere (alii : destruere, exstinguere), II, 78, 6.

Ho-fou (9,779-1,800), homo laneis vestibus indutus, I, 47, 8.

Ho-k'ouan-po (∞-2,176-1,012), vir indutus larga et ampla veste ex lana, I, 47, 7.

Ho-so (9,926-9,926), τὸ mortis terrore contremiscere, I, 11, 3.

Ho (10,420), muneribus corrumpere, I, 71, 1.

Ho-ts'aï (10,420-10-415), opes, divitiæ, II, 3, 5, et 35, 9.

Ho-ho (12,982), habere plumas nitentes et candidas, I, 3, 3. Hic ∞ usurpatur pro *ho* (8,267).

Hoa (952), mutari in melius, II, 125, 1. — Mori, I, 75, 2. — Alo ; incrementum do rei, v. g. plantæ, II, 138, 7.

Hoang-hoang-jou (6,491-∞-1,852), instar viri spe destituti ac proinde irrequieti, I, 106, 9.

Hoang (8,941), tempus amittere. Hic ∞ idem significat ac *fei* (2,567). Sic *Khang hi* et Mencii interprett. I, 28, 3.

Hoang-wou (∞-9,207), herbis inutilibus opertus, incultus, I, 109, 8.

Hoang (13,111), flavum sericum, I, 112, 5.

Hoe (3,181), quidam, I, 101, 1. — ∞ aliquoties redundat ; *vid.* I, 99, 1, et 100, 7. — Quisnam ? I, 56, 8. — Mirari (*s'étonner*), II, 99, 4. Hic usurpatur pro *hoe* (2,911).

Hoe-tche (∞-8,284), fortassis, I, 66, 7.

Hoeï (4,757), diruere, I, 29, 2. *Cf.* I, 110, 5.

Hoeï-chang (4,757 - 413), damnum, detrimentum afferre rei (*gâter, endommager*), I, 37, 1.

II, 110, 4. Congredi (manus conserere) cum aliquo, I, 48, 2. — Lege *kouaï* : *x-ki* (9,943) totam rationum summam inire et subducere, II, 70, 5.

Hoen-mou (3,891-3,976), obscura nocte, II, 130, 6.

Hoen-hoen (5,064-*x*), abundanter fluere, instar torrentis. *Khang hi* legit *houèn-houen* in eodem sensu.

Hou-li (5,727-5,744), vulpes, I, 103, 1.

Houan-lo (4,648-4,460), gaudere, lætari, I, 3, 4.

Houan (7,950), remisse, negligenter tractare negotium, I, 88, 4.

Houan-iu-jou (12,594-9,369-1,852), instar viri contenti et læti, II, 124, 6. *x* idem est ac *houan* (4,648).

Houng (4,510). Lege *heng* (3° tono) violentus, II, 59, 6. — Violenter (H) vel perverse, I, 118, 8.

Heng-lieou (4,977), non fluere intra suum alveum et undique exundare, I, 96, 2.

Heng-ni (*x*-11,053), asperitas, inhumanitas in aliquem, II, 32, 8 et 33, 1, 3. Littera *heng* hic significat : non sequi rectam viam, rectam rationem, *ni* vero, resistere, reluctari (*Khang-hi*).

Houng-yan (12,933-12,906), anseres, I, 2, 6.

Houng-hao (*x*-12,948), anseres, II, 90, 2.

I.

I (1) unus, II, 64, 6. — Primus, II, 62, 7. — Idem, II, 28, 1. — Semel, una vice, II, 109, 9. — Unius dominatus, μονοκρατορία, I, 9, 3. — Adunare, i.e. in unum colligere et, μονοκράτορος more, gubernare, I, 9, 4.

I (171), quies, II, 150, 4. — Quietem afferre alicui, II, 124, 4. — Derelinquere aliquem (G), derelinqui, I, 63, 9. Aliter *Khang-hi* : in obscuritate et secessu degere.

I (492), urbanitas, reverentia, II, 106, 5.

I (1,808), exterus, II, 21, 2. — Lædere, offendere, II, 16, 4.

I (2,108), decet, æquum est, I, 12, 5.

I-jo (*x*-8,873), videtur, I, 103, 7. cf. II, 29, 2. — Veluti, quemadmodum, II, 139, 3.

I (2,395), abstinere ab aliqua re facienda, II, 140, 6. — Sese abdicare a publico munere, I, 79, 6. — Aliquem munere depellere, I, 31, 7. — Nota præteriti, I, 41, 5. — Littera finalis I, 16, 5; 18, 3; 88, 7. Cf. II, 10, 6. — Nimis, II, 24, 6.

I-chin-tche (*x*-6,147-8,284), nimius, modum excedens, II, 24, 6.

I (2,596), latrunculorum ludus, II, 89, 8. — Latrunculis ludere, *ibid.* lin. 9.

I (2,958), cogitatio, vis cogitandi, II, 47, 5. — Cogitare, putare, II, 19, 5.

I (3,893), 4° *tono*, mutare, permutare, I, 79, 9 et 121, 8. — Lege *i* (3° *tono*) agros excolere; excoli, I, 97, 9. — *faire cultiver*, II, 130, 4. — Agrum herbis expurgare, I, 8, 2. — Facilis, I, 46, 4 et 98, 2; II, 11, 7. — Levis, inconsideratus, II, 18, 5.

I-néou (*x*-8,327), herbas sarculo evellere, I, 8, 2.

I-tseu (*x*-2,059), filium suum alii erudiendum tradere.

I-'weï (*x*-159), regiam dignitatem, qua quis spoliatus fuit, in alium virum transferre.

I-i (4,908-*x*), lente, negligenter, II, 3, 7. — Lege *sie*, despicere, II, 27, 5.

I (6,226), diversus, II, 77, 2. — Differre, discrepare, I, 100, 1. — Differentia, discrimen, I, 6, 8. —

Mirari, stupere, II, 77, 6.—Res mira, I, 47, 1. — A communi hominum usu et consuetudine recedens, I, 79, 6.—

I (9,691), induere (vestem), II, 129, 6. Cf. I, 93, 2.

I-fo (*x*-4,034), vestes, indumenta, II, 136, 7.

I-kin (*x*-9,697), amiculum ferale, I, 42, 3.

I-i (9,951-*x*), arrogans, sibi præfidens, II, 117, 3.—Vultu, voce arroganti (*d'un air, d'un ton suffisant*); *ibid.* lin. 2. Interpres G apud *Khang-hi*: *i-i*, τὸ suamet prudentia contentum esse et bona aliorum consilia floccifacere.

I (11,153), negligere, derelinquere aliquem, II, 109, 8. — Neglectus, derelictus, II, 60, 8. — Superstes aliis, II, 47, 7. — Relinquere, tradere posteris; traditus posteris, I, 45, 1.—

I-i (*x*-171), derelictus et in obscuritate ac secessu degens, II, 60, 8.

I (11,180), urbs. — Urbem condere, I, 40, 9.

In (5,056), libido. — Modum excedens, prolixus, I, 51, 6. — Hic littera *in* proprie significat *inundare*, *excedere* (A). — Pravus, rectæ rationi contrarius, I, 120, 3. — In malum inducere, induci; corrumpi, I, 106, 7.

In (11,797), pars montis quæ ad orientem spectat, II, 51, 7.

In (11,857), abscondere, occultare, I, 63, 8. — Commiserari, I, 12, 3. — Lege *in* (3° tono) inniti aliqua re, I, 80, 5.

Ing-ko (5,547-7,312), domus, excavato terræ aggere, facta, I, 116, 8. In hac locutione, littera *ing* significat *coacervare* (*H* et *Kang hi*).

Ing-kouan (8,084-6,55), colligare pilei tænias, II, 35, 1.—

Ing-ts'aï (8,877-3,226), vir ingenio eximius, II, 127, 9.

Ing-jouï (9,599-9,398), muscæ et culices, I, 105, 1.

Iu (1,350), intelligere, II, 119, 5. — Uti comparatione, similitudine, I, 4, 4. —

Iu-iu-jan (1,537-*x*-5,466), qui defessus est et torpens hæret, II, 43, 7.

Iu (2,675), servire, II, 7, 1. — Uti aliqua re, II, 106, 5. — Opera tributaria (*corvée*), II, 73, 5.

Iú (2,703), ducere equos — *Iu-tche* (8,284), auriga. — Gubernare, I, 14, 8. — Lege *iù* (2° tono), sistere, tenere, aliquem, II, 67, 9. — Res vi raptæ, v. g. ea quæ rapit grassator a viatoribus quibus manum injecit (*iù*), II, 68, 1. — Interpres tartaricus litteram *iù* (supra, II, 67, 9) explicat: rapere. Sed hic sensus nulla auctoritate nititur.

Iu (5,883), nomen lapidis pretiosi, II, 79, 9. — Musicum instrumentum ex lapide sonoro, II, 61, 8.

Iu (8,224), pluma, II, 99, 8. — Quoddam vexillum cujus extrema pars plumis ornatur, II, 22, 1.

Iu (9,369), prævidere aliquid, II, 18, 4. — Lætari, II, 124, 6. —

Iu-jin (*x*-91), præfectus qui septa et hortos custodit, I, 104, 1. —

Iu (10,365), deambulare, deambulatio, I, 27, 9. — Lætari, I, 83, 2.

Iu (11,944), imber, II, 85, 6. — Imbre irrigare, I, 90, 3.

Iu (12,364), reliquiæ, II, 17, 8. —

Iu-fou (*x*-1,800), mariti frater minor qui decimum sextum annum nondum attigit, I, 92, 2.

Iu-iu (*x*-9,740), solute ac libere.— Meo nutu et arbitratu, libere ago, vel plena, meo nutu et arbitratu agendi facultate, fruor, I, 73, 6.

J.

Jan (5,466), usurpatur pro *jan* (5,531), succendi (*s'allumer*), I, 60, 9. — Approbare, II, 87, 4. — Hoc modo, I, 82, 5. — Ita est, I,

94, 3. — Nota adverbii, post aliam litteram, I, 9, 3. — Nota adverbii ante litteram repetitam, II, 3, 3.

Jan-eul (x-8,292), attamen, I, 102, 1.

Jan-heou (x-2,688), deinde, I, 18, 5.

Jan-i-i (x-4,908-x), lente, remisse, negligenter, II, 3, 3.

Jan-tse (x-792), si res ita sit, I, 110, 6.

Jan-tsie (x-14), et tamen, I, 81, 5.

Jan-yeou (x-1,093), nomen viri, I, 87, 1.

Jang-ti (1,557-1,754), terra, territorium, I, 91, 7.

Je-tchoung (5,522-26), intus æstuare, i. e. curis et anxietate exagitari, II, 41, 7.

Ji-hian (600-8,964), invisere principem, I, 41, 9.

Ji... tch'ou (x-735), domi... foris, I, 8, 3.

Ji (3,864), sol, I, 3, 7. — Dies, diei spatium, II, 89, 5. — Quotidie, singulis diebus, I, 82, 7, et II, 44, 3.

Ji-tchi (x-8,676), solstitium, II, 31, 4, et 85, 5.

Jin-jin (91-x), singuli homines, II, 11, 8. Cf. *ib.* 22, 1, et 97, 1.

Jin (93), humanitas, I, 1, 7. — Humanus, I, 38, 7. — Humaniter tractare aliquem, II, 141, 1.

Jin (122), onus, II, 101, 1. Sarcinæ, I, 99, 3. Lege *jin* (3° tono) munus, *i. e.* usus, I, 34, 3. — Munus, (officium), II, 119, 1. — Sustinere, II, 60, 5. — Efficio ut sustineas aliquid : *jin-t'ou-ti* (x-1,549-1,555), efficere ut populus sustineat arandæ et conserendæ terræ laborem, II, 14, 4.

Jin-tche (x-8,284), munerum patiens, II, 61, 6.

Jin (2,733), pati, sustinere posse, I, 12, 7. — Aliquem efficio patientem (*patient*), II, 119, 3.

Jo (8,873), sicut, II, 130, 7. — Videri, I, 74, 6, et 83, 2. — Sequi, se conformare ad, II, 83, 9. — Obedire, II, 48, 2. — Alicui similem esse, II, 93, 6. *Cf.* 53, 7. *ibid.*

Jou (1,852), ut, tanquam, I, 68, 1. — Cupio, I, 62, 1. Ita A, B, I, J, et C qui hanc significationem cæteris, quas hic afferunt interpretes, multo potiorem judicat.

Jou-pi (x-2,676), sic, adeo, I, 43, 7.

Jou-sse (x-190), si, I, 79, 4. Cf. II, 86, 3 et 91, 3.

Jou-tseu (2,086-2,059), puellus, II, 8, 8.

Jou-tchi (5,300-5,171), moras nectere, cunctari, I, 8, 7.

Jouï (11,452), præpropere, nimium festinanter, II, 140, 8.

Jun-tse (5,238-5,268), aliquid temperare ; accommodare, v. g. ad tempus, ad populi mores, I, 92, 8.

K.

Kaï (9,120), cooperire, II, 42, 8. — Porro, II, 72, 2. — Quia, II, 66, 3. — Lege *Ko*, nomen urbis, I, 121, 9.

Kan (2,479), clypeus, I, 30, 5. — Quærere, I, 81, 5.

K'an-jan (4,619-5,466), humiliter, absque superbia, II, 124, 2.

Kan (6,145), gustatu jucundus. — Dulces dapes. I, 16, . — Gustatu jucundum judicare aliquid, II, 132, 5.

Kao-kao (6,502), albus, candidus (*Khang-hi*), I, 99, 7.

Kao (7,220), siccus, humore carens, I, 121, 4.

Kao-pi (8,282-1,867), pater et mater, II, 46, 5.

Kao-liang (8,584-7,687), exquisitæ dapes. Ad verbum : pinguis caro et dulce milium (G), II, 97, 6. — Aliter interpres tartaricus : opimus et dulcis.

Kao-tse (∞-5,268), beneficia, II, 22, 7, et 23, 2. Aliter E, I; larga beneficia.

Ken (4,215), radix, I, 19, 4. — Radicari, radicibus niti, II, 128, 7.

Keou-tch'eou (2,148-10,296), prædo ac simul hostis, II, 22, 5.

Keou-ho (5,132-1,740), agrorum canales et vallium lacunæ, I, 71, 6; Cf. 91, 1 et 104, 2.

Keou-kouaï (∞-7,271) canalis in medio agrorum, II, 26, 6.

Keou (8,868), temere, absque justa causa, II, 109, 1.–Præter fas, II, 90, 9.—Vere, perfecte, II, 116, 9.

Keou-'weï (∞-5,595), si. In hac locutione littera *'weï* redundare mihi videtur. II, 10, 7, et 26, 6. Cf. I, 2, 3.

Ki (719), mensa, I, 80, 5.

Ki (1,092), et, cum, I, 3, 7. — Pervenire ad, I, 56, 5. — Postquam, II, 126, 4. — Attingere, æquiparare, I, 81, 2. Cf. II, 106, 5. — Exspectare, II, 45, 7.

K'i-ming (1,449-6,532), vasa, I, 107, 6.

Ki-hi (2,281-∞), in periculo versari, II, 46, 2.

Ki (2,493), prope, fere (E), I, 38, 3, et 71, 6. Cf. II, 139, 4. A legit *ki*, quot!

Ki-hi (∞-2,411), tantillum, titivilitium, II, 26, 8. *Cf.* 88, 6, et 126, 4.—Quam pauci! II, 39, 6.

Ki (4,047), necessario optare, II, 86, 5.

K'i-lieou (4,098-4,118), salix viminalis, II, 78, 1.

Ki (4,401), culmen, fastigium, I, 21, 8. — Exhaurire, ad summas angustias adducere, II, 23, 3.

Ki-pian (4,604-10,792), technæ et fraudes seu doli, II, 122, 3.

K'i (4,828), aura vitalis, I, 50, 2. — Vultûs species, II, 136, 5.

Ki (5,281), aquam fluentem cohibere, II, 79, 4.

Ki (',946), saxula in quæ aqua elisa spumat. — Tropice: leve offendiculum, II, 103, 4. Interpres tartaricus vertit: lacessi, irritari.

Ki-ts'eu (8,060-4,653), postea, deinde, I, 78, 6.

K'i (8,285), senex sexagenarius. —

Ki-lao (∞-8,281), senes, I, 40, 6. Lege *chi*, cibum appetere, eo recreari vel delectari, II, 81, 6, et 82, 2.

Ki-tou (10,324-2,693), non solum, I, 78, 2, et 82, 6.

Ki-weï (∞-2,923), non solum, II, 132, 6.

Ki-ming (11,929-12,894), gallo canente, i. e. primo mane, II, 131, 7.

Ki-'o (12,422-12,358), fame premi, II, 118, 3.

K'i-lin (13,069-13,081), nomen cujusdam bestiæ fabulosæ, quadrupedorum regis, I, 55, 2.

Kia (318), mentiri aliquid, i. e. falsam rei speciem induere, I, 55, 6. Cf. II, 133, 4. — Aliquid ad tempus obtinere ac quasi mutuari, II, 58, 3. — Conducere (domum), II, 101, 9.

Kia (2,136), familia, I, 19, 7. — Maritus, I, 108, 4. — Urbs quam administrat primarius præfectus qui secundum a regulo locum obtinet, II, 6, 4.

Kia-pang (∞-11,194), regnum quod princeps habet pro familiâ, I, 14, 9. Vid. *ibid.* not. 179-180.

Kia-ping (6,172-617), arma, I, 15, 6.

Kiaï (99), quod est inconcussum (*Khang-hi*). — Firmum vitæ propositum, II, 133, 1. — Usurpatur pro *kiaï* (8,837) festuca, II, 54, 3.

Kiaï (3,178), edictum promulgare, I, 28, 8. — Cavere, I, 38, 5. — Præcavere imminentem calamitatem, I, 70, 8.

Kiaï (9,914), aliquid explicare, enucleate exponere, I, 77, 3. — Laqueis expedire aliquem, I, 46, 7.

Kiaï (11,826), gallice : *gradins où l'on s'assied*, II, 32, 1.

Kian (623), simul habere, duas res habere, I, 52, 2, et II, 90, 7. — Solus plura perago, plures homines simul refero. i. e. imitor, II, 27, 6. — Generatim, universe, I, 118, 9. — Subigere, in potestatem suam redigere, I, 119, 8.

Kian-kin (ϖ-11,378), aurum duplicis valoris (*or qui vaut le double de l'or ordinaire*) I, 70, 1.

Kian, (4, 532), parcimonia uti, I, 6, 2.

Kian, (7,599), inurbane tractare aliquem, II, 31, 9.

Kian (98,64), videre, I, 13, 5. — Invisere, I, 1, 1. — Nota passivi, I, 13, 8. *Cf.* 112, 6. — Lege *hian*, elucere, clarescere, I, 101, 8. — Apparere, I, 82, 9. Cf. II, 128, 8. — Inviscre aliquem, I, 20, 6 et 72, 3. Cf. I, 114, 9; II, 48, 2, ct *ibid.* 89, 6.

Kián (11,662), in medio, I, 38,8.— Vituperare, II, 18,1. — Breve temporis punctum quo quis nullo negotio detinetur; inde, opportuna occasio (ad interrogandum aliquem), II, 106, 2. — *K'ang-hi* legit *hian.*— Lege *hian*, otium :

Hian-hia (ϖ-3,953), otium, otio frui, I, 56,5.

K'iang-tsieou (2,639-11,284), immoderate uti vino; ad verbum, gallice : *se forcer sur le vin*, II, 5, 8. Interpres A : conari in bibendo vino (ϖ-3,829-12,327-11,284). Lege *k'iâng*, fortis, potens, I, 7, 6.

K'iàng (2,646), conari, eniti, I, 39,9, et II, 121,7. — Cogere, vi adigere aliquem, I, 99, 6. Lege *k'iâng* (1° tono), potentia, I, 37, 6.

Kiao (80), amicitiam, fœdus inire cum aliquo, I 24,3. — Tradere, offerre, II, 105, 8.

Kiao-i (ϖ-3,895), mercaturam *i. e.* mercium permutationem facere, I, 95,3.

Kiao-hoeï (3,743-10,092), docere aliquem, II, 119, 8.

Kïao (10,883), *vulgo* examinare. — Usurpatur pro *kio* (9,900) inter se contendere (*Kang-hi*) II, 68,9.

K'ieou-ling (17-11,803), colles, I, 105,5, et II, 2,7.

K'ieou-t'ie (ϖ-1,603), collis et tumulus, I, 55, 3.

Kieou (40), diu. — Diu remanere, commorari, I, 43, 7, et 84, 5. Cf. II, 61, 4.

Kieou-youan (ϖ-11,129), diuturnus, longus, diuturnitas, longinquitas.

Kieou-i (51-1), nonam frugum partem in tributum exigere, I, 91, 9.

K'ieou-ts'iouan (4,841-606), quæro integritatem, i. e. integram seu perfectam virtutem assequi satago, II, 18, 4.

Kieou-tchang (8,706-7,307), vetera instituta, II, 2, 1.

Kin-toung (914-899), operose laborare, I, 89, 8.

K'in-cheou (7,112-5,870), bruta, bestiæ, I, 12, 7. Cf. II, 26, 8. — Homo insulsus et irrationalis, bestiæ simillimus, II, 33, 4, et 88, 9.

Kin-ko (7,447-12,599), corpus. Ad verbum : ossa et nervi, II, 119,2.

Kin (11,378), aurum, I, 70,1. — Cuspis sagittæ, II, 30, 4. — Instrumentum musicum ex ære, II, 61, 8.

K'ing (1,048), supremi tribunalis præses, II, 62,8. — Dignitas ejus qui supremo tribunali præest, II, 96, 6.

K'ing-siang (ϖ-6,597), primus minister, I, 46, 9.

King (7,877), delineare aliquid, I, 3, 1.

King-kiaï (ϖ-6,197), constituere fines, limites, I, 91, 4.

K'ing (10,901), levis. — Leves vestes, I, 16, 1. — Leve efficio, imminuo, I, 115, 7. *Cf.* II, 115, 2. — Facilè, I, 16, 9. — Ju-

dicare aliquid facile, II, 116, 9.

K'ing-chin (æ-10,821), se demittere, deprimere, I, 41, 6.

K'ing-tchoung (æ-11,373), pondus, gravitas, I, 15, 4.

K'io-fang (4,015-11,756), proprio motu et arbitrio aggeres exstruere, II, 110, 8. Ita E. *Vid.* ibid. not. Alii interpretantur: juxta agrorum sinus (*kio*) et anfractus exstruere aggeres.

Kio (9,896), intelligere, intelligentia valere, II, 55, 2. — Alicui intelligentiam indere, II, 60, 2.

Kio-chao (9,900-3,316), nomen cujusdam musices, I, 29, 1.

K'iouan (4,581), trutinari, I, 15, 4. — Agendi rationis mutatio ex temporis necessitate nata, II, 15, 6. Vid. *ibid.* not. 184.

Kiouan-meou (6,199-6,211), agri, II, 40, 8, et 54, 5.

Kiouan-kiouan (6,652-æ), obliquis oculis se invicem aspicere, I, 28, 1.

Kioue (4,868 *bis*), viam aquis aperire ut liberius fluant, I, 96, 6.

Kioue (12,902), avis cujus vox est auditu ingrata, I, 99, 9.

Kioue-che-tchi-jin (æ-8,709-41-91), homo qui barbara et ingrata lingua utitur, I, 99, 9.

K'ioung-to (5,461-5,844), afflictus et derelictus, I, 30, 1.

K'ioung-fa (4,347-44), inops, egenus, II, 94, 4.

K'iu (1,084), abire, discedere, I, 65, 4. — Munus abdicare, II, 55, 9. — Distare, II, 24, 3. — Lege *k'iù* (2°*tono*), abjicere, exuere, II, 26, 8. — Auferre (retundere), II, 30, 4. — Exauctaurare (militem), I, 71, 4. — Destruere, abolere, II, 62, 6.

Kiu-chi (2,240-2,123), matrimonio conjungi.

Kiu-chi (2,391-2,123), magnatis, vel primarii præfecti domus, familia, II, 6, 6.

Kiu-pe (æ-3,654), major digitus, pollex; tropice: primus inter pares, I, 121, 1.

Kiu (8,705), tollere aliquid, II, 100, 9. — Promovere ad dignitates, II, 72, 3. — Agere, facere, II, 132, 4. — Vincere, I, 55, 2. — Omnes, I, 22, 1.

K'iun (1,150), princeps, I, 18, 7. — Principem esse, principis dignitate augeri, I, 54, 2.

Ko-peng (825-5,434), ars coquinaria, II, 53, 8.

K'o (1,120), posse, I, 10, 4. — Annuere, I, 105, 2. — Ferre, sustinere, II, 103, 4. — Veluti, I, 14, 8 et 59, 3. Vide lib. I, cap. III, not. 183.

K'o-k'i (1,255-4,925), ejulare et lugere, I, 88, 2.

Ko (4,139), certe, profecto, II, 82, 1. — *Se décider à* (J), I, 68, 3. — Posse (E), I, 42, 6. — Effectus, II, 24, 7.

Ko-wang (4,263-78), turbare et perimere (*Khang-hi*). II, 88, 6. *Ko* vulgo significat: *manicæ*.

Kou (1,528), *vulgo* firmus, firmiter, firmare. — Certe, revera, I, 37, 5. — Oportet, necessario, II, 71, 4. — Continuo, II, 133, 9. — Jam dudum, ab initio, I, 92, 2 et II, 84, 5. — Qui uni tantum rei adhæret, qui unam tantum rei faciem videt, II, 102, 5. — Semper, perpetuo.

Kou (1,890), *vulgo* mariti mater, patris sorores (*K'ang-hi*). — Littera auxiliaris, I, 103, 1. — Aliquando æ usurpatur pro *t'sie* (14) et incipit allocutionem; tum nihil significat, I, 34, 4. Cf. II, 137, 9.

Kou (2,073), *vulgo* orphanus.

Kou tch'in (æ-8,652), minister aula exclusus, II, 127, 1.

Kóu (3,735), *vulgo* causa, causâ, ideo. — Antiquus, I, 45, 1. — Antiquus amicitiæ usus, II, 140, 5. — Immatura mors; adversæ res; abalienatio, dissidium; Vid. II, Cap. VII, §. 35, not. 66.

Kou (8,874), curis, ærumnis afficio, II, 119, 1.

Kou (10,458), mercator, I, 17, 7.— Lege *kia*, valor, pretium rei, I, 100, 8.

Kou-yo (13-191), incipere musicum concentum, I, 21, 6.

Kouan (655), pileus, I, 94, 5. — Gestare pileum, *ib.* l. 4. — Lege *koudn* (3° tono) pileum solemniter accipere, I, 106, 2.

Kouan-cheou (2,116-2,101), officium, magistratus alicui commissus, I, 73, 4.

Kouan-tchi (*x*-8,383), præfectura, II, 76, 3.

K'ouan-po (2,176-1,012), largus, amplus, I, 47, 7.

Kouan-yo (7,512-7,646), fistula, tibia, I, 21, 6.

Kouan (11,727), *vulgo* portæ in regni confiniis. — Lege *ouan*, usurpatur pro 2,648, inflectere, incurvare (arcum). II, 102, 6.

Kouan (12,383), hospitium, II, 101, 9. — Hospitio excipere aliquem, II, 66, 7.—

K'ouang (4,004), domum relinquere vacuam, in ea non habitare, II, 11, 6.

K'ouang-fou (*x*-1,809), homo viduus, I, 31, 2.

Koue-jin (1,539-91), unus e vulgo, II, 22, 4.

K'oueï-k'oueï (1,784-*x*), venerabundus et tremebundus, II, 48, 2.

Koueï-kiu (9,866-6,806), circinus et norma, II, 1, 3.

Koung (615), simul habere aliquid, I, 86, 5, et 90, 6. — Alicui dare rei communitatem, II, 66, 4. — Usurpatur pro *koung* (213): *koung-tchi* (*x*-8,383), obeo munus, officio fungor, II, 40, 6.

Koung-lie (866-5,416), præclara merita, res præclare gestæ, I, 43, 2.

Koung (2,388), *vulgo* opifex. — Minores seu inferioris gradûs præfecti, II, 3, 2.

Koung-king (2,843-3,761) reverentia, veneratio, II, 137, 4. — Revereri, II, 84, 2.

K'oung-fa (7,275-44), in egestatem et penuriam detrudere aliquem, II, 119, 2.

Koung (10,416), exigere tributum dictum *koung*, I, 89, 3. Vid. *ibib.* notas.

Koung-choui (*x*-7,172), tributa, vectigalia, II, 45, 5.

L.

Lâï (195), venire. Lege *lâï* inducere, invitare aliquem ad veniendum, I, 95, 5.

Laï (10,498), *vulgo* inniti. — Bonus, II, 85, 2.

Lang-li (5,748-3,209), ita exuberare ut multa hinc et inde diffluant, I, 89, 6. Vid. *ibid.* not. 70.

Lang-tsi-jin (*x*-6,307-91), homo currenti lupo similis. Hoc dicitur de eo qui, dum leviusculis negotiis animum unice applicat, maximi momenti res omnino negligit, II, 95, 1. Vid. *ibid.* not. 124.

Lâo (907), *vulgo* labor. — Laboribus urgere, II, 119, 1. — Dolorem pati, I, 40, 1. Vide *ibid.*, notam 6. — Exhortari, exstimulare (A), alii (H, J): consolari et exstimulare. I, 97, 5.

Lao (8,281), *vulgo* senex. — Revereri, I, 14, 7.

Lao-loui (*x*-8,222), senes et infirmi, I, 71, 6.

Lao-tchi (*x*-7,194), senes et pueri, I, 89, 9.

Li (775), acutus, I, 8, 4. — Lucrum, II, 39, 5. — Utilitatem afferre alicui, I, 1, 1 et II, 131, 9. — Pro lucro, i. e. pro rè utili, habere aliquid, II, 8, 5. — Sequi, II, 30, 9.

Li-mao (7,093-10,395), urbanitas, comitas, II, 117, 8. — Reverentiam, observantiam exhibere alicui, II, 35, 6.

Li (7,355), *valgo* stare. —

Li-eul-chi (x-8,282-9,872), stans, i. e. siccis oculis, aspicere, 1, 72, 1.

Li-ming x-1,200), sedulo conservare naturam quam Cœlum nobis nascentibus dedit ac *demandavit*, II, 120, 5.

Li-tchi (x-2,740), firmus animus, II, 59, 9.

Li-pou (11,372-2,407), tela cannabina quam viginti quinque familiæ in tributum solvebant, I, 58, 4.

Li-san (11,932-3,756), sejungi, dispergi, I, 8, 7 et 21, 8.

Lian (2,548), *vulgo* temperans. — Ingenii acumine, aut judicio prædītus, II, 59, 9.

Liàng (609), duo. — Lege *liang* (3° tono), numerale curruum, II, 143, 2.

Liang (4,257), *vulgo* pons. — Apparatus ad capiendos pisces, I, 29, 6.

Liang (8,803), *vulgo* bonus. — Naturalis, a Natura vel Cœlo inditus, infusus, II, 125, 8, et 97, 3.

Lie (5,416), ignem injicere in, I, 96, 5. — Splendidus, illustris. — — Præclara merita, res præclare gestæ, I, 118, 2.

Lie-kio (5,861-10,883), post venationem inter se contendere, II, 68, 9. Vid. *ibid.* not. 58.

Lieou (4,977), vulgo fluere. — Amandare, in exilium mittere, II, 44, 5.

Lieou-foung (x-12,271), tradita a priscis viris exempla, I, 45, 1.

Lieou-hing (x-9,658), torrentis instar diffundi, I, 46, 6.

Lieou-lian (x-11,085), voluptatibus sine modo ac sine intermissione indulgere, I, 28, 2.

Lieou-tchoue (x-4,646), longis haustibus potare, I, 141, 6.

Lin-jin (2,575-91), horrei publici custodes, II, 72, 5.

Ling-t'aï (12,020-8,683), Spiritûs turris, I, 3, 4. Vid. *ibid.* notam 24.

Ling-tchao (x-4,902), Spiritûs stagnum, I, 3, 4.

Lo (7,052), *vulgo* reditus (*revenu*).— Aliquid dare unde reditus percipiuntur, II, 54, 1.

Lo-tching (9,766-9,736), corpore nudus, I, 64, 1.

Lou-sse (613-2,430), sex imperatoris turmæ, II, 110, 1.

Lou (10,691), vulgo *via.*— Cursitare per vias, I, 95, 7.

Louan (59), vulgo *turbare.*— Turbulentum tempus, II, 59, 5.

Louï-sse (8,305-8,307), occa, I, 93, 4.

Loung (13,287), idem ac *loung* (1,752), locus editus in agris :

Loung-touan (x-3,821) altum in foro suggestum, I, 79, 8.

Lun-iu (10,920-10,937), curruum, rhedarum opifex, I, 109, 6.

M.

Ma-liu (13,101-7,999), fascis cannabi, I, 100, 8. Vide *ibid.* not. 218.

Mang-mang-jan (8,226-x-5,466), instar viri lassitudine confecti, I, 51, 1. (*Khang-hi*).

Mao (3,836), vulgo *vexillum.* Usurpatur pro *mao* (8,283), senex nonaginta annos natus, senex, I, 37, 6.

Meï-tcho (1,976-1,850), matrimonii internuncius, I, 108, 5.

Men (11,643), vulgo *porta.* — Palæstra, schola, II, 131, 1, et 140, 2. —

Men-hou (x-3,204), porta, fores, II, 118, 3, et 130, 6. —

Men-jin (x-91), discipuli, I, 99, 3.

Meng-nie (9,031-9,315), stolones, surculi, II, 87, 9.

Meou-tseu (6,649-2,059), pupilla, II, 14, 7.

Meou-me (13,093-13,084), triticum, II, 85, 4.

Mi-lou (13,063-13,051), cervi, I, 23, 9.

Mian-hiouan (6,722-6,640), turbare, I, 85, 6. C legit *mian-hian*.

Mian-iu (12,038-10,042), assentari, II, 117, 4.

Min-t'ian (3,878-1,798), misericors Cœlum, II, 39, 8.

Min (11,664), hebes, stupidus, animi lumine carens (H. J.), II, 68, 2. *Khang hi* litteram *min*, in hoc loco libri *Chou king*, explicat: *violentus*.

Ming (1,142), nomen.— Nominare, I, 98, 5.

Ming-chi (æ-16) inclarescere in sæculo, I, 83, 5.

Ming-chĭ (1,142-2,169), nominis fama et res gestæ, II, 107, 1.

Ming (1,200), *vulgo* fatum, mandatum. — Docere aliquem, I, 103, 5. — Documenta, II, 40, 3.

Ming-kiai (æ-3,178), edicta, I, 88, 1.

Ming-kou (12,894-13,191), tympanum pulsare.—*Tropice*, II, 13, 7.

Ming (3,890), vulgo *clarus; illustrare; perspicax*. — Discus solis, II, 131, 3. — Acumen oculorum, II, 1, 3. Cf. I, 13, 8.

Mo-yo (4,480-4,992), se abluere, II, 30, 7.

Mo (5,630), *vulgo* pascua, pascere pecudes. — Alere homines, I, 10, 1.

Mou-ta (8,975-1,797), nihil majus, II, 16, 8.

Mou-k'i (4,767-11,929), gallina, II, 129, 6.

Mou-tchi (æ-2,652), scrofa, II, 129, 6.

Moung-tsaï (656-2,130), primarius aulæ minister, I, 87, 4.

N.

Nan-nan-jan (10,542-æ-5,466), erubescere præ verecundia quæ animi pravitatem prodit (*Khang-hi.*), I, 115, 5.

Nan-wei (11,933-5,595), vix censeri, vix haberi, II, 131, 1.

Neï (603), vulgo *intus*. — Legitur *na* et usurpatur pro *na* (7,759), admittere, I, 114, 7. — Immittere in, II, 55, 6.

Na-kiao (æ-80), inire amicitiam, I, 59, 7.

Neng (8,488), vulgo *posse*. — Peritus, I, 57, 5. — Posse aliquid, II, 141, 6. — Attingere, II, 63, 2. Sic Tartar. interpr.— H, C. explicant: suppetere, satis habere.

Ni-hing (11,053-8,658), in contrarium fluere, i. e. extra alveum effundi et exundare, I, 116, 7, et II, 115, 7.

Niang-wang (116-4,045), spem suam in aliquo reponere, II, 39, 1. Tart. versio: sperando aspicere aliquem.

Nie (2,087), calamitas, I, 57, 4 et II, 9, 5.

Nie-tseu (æ-2,059), nothus filius, II, 127, 1.

No-ni (2,764-2,794), erubescere, pudore suffundi, II, 43, 2.

Noung-fou (10,990-1,800), agricola, I, 95, 1.

O.

'O (11,762), aliquem assentatorie laudare, I, 54, 6.

'O (12,358), *vulgo* fame premi, confici. — Aliquem fame afficere, II, 119, 2.

'O p'iao (æ-8,973), fame mori, I, 119, 2.

'O (2,925), improbus, I, 47, 9. — Vitia, culpæ, I, 111, 3. — Deformis, turpis aspectu, II, 30, 7.

Lege *ou* (1° tono), quomodo, I, 25, 2; II, 29, 2, etc. — Lege *ou* (3° *tono*), odisse; II, 5, 8, etc. — Erubescere aliqua re, II, 84, 2. Vide infra *Sieou-ou*.

Ou-hoa (∞-43), quomodo, I, 49, 9; II, 115, 9, etc.

Ou-k'o (∞-1,120) pour *pou-k'o* (9-1,120), non potest, II, 20, 1.

Ou-tsai (∞-1,552), quanam in re consistit, situm est? ubi est? I, 90, I; II, 82, 5, et 134, 9, etc.

Ou (4,851), vulgo *aqua turbida*. — Vilis, contemptu dignus, I, 91, 5. — Lege *oua*, humilis, non altus, I, 54, 6.

Ou-tchi (∞-4,858), stagna, I, 4, 9, et 117, 5. Male vertit has litteras Basilius, sub N° 3,769, lin. 4.

P.

Pan-tcho (5,622-7,539), murus pinsita terra structus. II, 118, 7. *K'ang-hi* legit *Fan-tcho*.

Pan-pe-tche (12,199-6,483-8,284), semi canus, I, 19, 8. *Nota*. Tempora (*les tempes*) dicuntur *pan* (*K'ang-hi*).

Pao (249), vulgo *conservare*, i. e. non amittere (I, 24, 8, *pao-k'i-koue*). — Patienter ferre, benigne tolerare aliquem, I, 24, 8 (*pao-t'ian-hia*).

'*Pao* (3,283), vulgo *complecti*;

Pao-kouan (∞-11,727), custodire urbis portas, II, 70, 4.

Pao (3 978), *vulgo* sævus, nequam. — Opprimere, crudeliter tractare, II, 45, 6. — Pertubare, I, 49, 6.

Lege *po*, in sole assiccare, I, 99, 7, et II, 89, 5. — Aliquem in luce collocare, II, 49, 4.

Peï (281), vulgo *duplex* — Repugnare, adversari alicui, dificere ab aliquo, I, 99, 2.

Peï-k'iouan (4,240-4,315), poculum vimine textum, II, 78, 1.

P'eï-jan (4,889-5,466), instar pluviæ abundantis, instar torrentis, II, 6, 7, et II, 126, 5.

Peï-tse (∞-5,268), paludes, stagna, I, 117, 6.

Pen-tchao (4,063-4,046), palatium, II, 70, 7. Vers. tart.: regnum.

P'eou-ke (3,425-583), rigidus tributi exactor; alii vertunt : vir rapax et lucro inhians, II, 109, 8.

Pi-pe (2,468-2,419), serica volumina, munera, II, 114, 7. —

Pi (2,728), vulgo *necesse est* — Certo præfinire aliquid, II, 24, 6.

Pi (4,774), conferre, comparare, I, 99, 9. Lege *p'i* (1° *tono*), colligere, congregare, II, 68, 7; *cf.* I, 101, 2. — Adjungere, I, 105, 5. — Lege *pi* (3° *tono*), pervenire, I, 31, 5, et 27, 3. — Causâ, gratiâ, I, 7, 8.

Pi-hoa (∞-952), mori, I, 75, 2.

Pi (9,723), usurpatur pro (3,281), spargere, II, 35, 1.

Pi-tse (∞-5,268), percipere beneficia, II, 1, 7.

Pi (10,952), usurpatur pro *p'i* (485) pravus; pravitati indulgere, I, 88, 7. — Usurpatur pro *p'i* (11,733): Extendere, ampliare, I, 16, 5. — Excolere terram, II, 109, 8; agrum dumis purgare, herbas steriles exstirpare, II, 3, 5; II, 14, 4. — Removere a se homines in via transeuntes, II, 22, 2. — Idem est ac *p'i* (10,270):

Pi-jo (∞-8,873), veluti, quemadmodum, II, 133, 2. —

Idem est ac *pi* (11,158), fugere, I, 114, 7; 122, 2, etc.

P'ian-pi (224-2,032), familiaris aulæ præfectus qui principis gratiam aucupavit, I, 16, 1.

Pian-siao (9,774-2,203), angustus, I, 91, 7.

P'in-tso (12,229-12,259), supercilia et nares, præ mœrore, contrahere, I, 122, 3.

Ping-i (7,121-1,808), cœlitus indita natura, II, 84, 8.

Po-po-eul (438-x-5,608), molestum in modum, importune, II, 72, 7.

Po-jan (888-5,466), instar viri qui colorem vultûs non obtinet. (*Khang-hi*), II, 77, 5.

Po-i (1,012-2,596), duos homines latrunculis ludere, II, 35, 8. Vid. lib. II, Cap. II, not. 150.

Po-jan (4,983), surgendo, I, 9, 8. — Abundanter crescere, II, 85, 5.

P'o-iu (6,010-5,883), pretiosus lapis nondum elaboratus, I, 34, 6.

P'o-jan (8,807-5,466), vultu irato, I, 43, 6.

Pou-hing (10,899-9,658), legati socius et adjutor, I, 73, 8.

Pou-siang (x-6,597), auxiliari, adjuvare, I, 45, 3.

Pouan-lo (8-748-4,460), cupiditatibus indulgere, I, 57, 1.

S.

San-koung (6-612), omnium magistratuum primus, II, 133, 1.

San-taï (6,112), αἱ tres familiæ, scilicet *Hia* (1,780), *Chang* (1,187), et *Tchéou* (1,299), I, 90, 6.

San-ting (6-13,185), τὰ tria fercula, i. e. piscis, suilla, et caro sicca, I, 42, 3.

Sáng (1,351), 3° *tono*, occidere, I, 3, 7; perire, II, 3, 6. — Perdere, amittere, I, 7, 7; II, 74, 9, et 91, 9.—Lege *sāng*, exsequiæ, I, 41, 8. — Tempus per quod lugubria geruntur, II, 137, 7.

Sé (8,806), color, I, 16, 1. — Oris habitus, I, 83, 2 et 20, 7. — Corporis habitus, I, 128, 7. — Voluptas, II, 41, 6. — Femina, II, 41, 2. — Sensus (*les sens*), II, 137, 6.

Seng-cha (5,660-4,753), victima mactanda, I, 107, 6.

Seng (6,155), vulgo *nasci*.—Colere, v. g. arborem, II, 93, 9.

Seng-ho (x-4,972), vivere, II, 130, 6.

Seng-se (x-8,806), apparare, manisfestari in corporis habitu, II, 128, 7.

Si (2,846), crescere, II, 87, 8.

Si-tcho (3,895-8,284), nudius tertius (*avant-hier*), II, 18, 9.

Sian (580) vulgo *ante*, *prius*. — Antehabere, anteponere, II, 107, 1. — Antecellere, I, 99, 1. — Prior occupo aliquem (*je préviens, je fais les premières avances*), I, 115, 3. — Lege *sian* (3° *tono*), aliquem præcedere, II, 101, 3.

Sian-kiun (x-1,150), prisci principes, I, 86, 7.

Sian-seng (x-6,115), magister, II, 18, 8, etc.

Sian-sse (x-2,430), præceptor, magister, II, 7, 6.

Siang (6,597), vulgo, *simul*, *mutuo*, *invicem*. — Alium ab alio differre, II, 84, 7 (subauditur *k'iu*, 1,084). Cf. I, 101, 1.—Lege *siang* (3° tono), adjuvare aliquem, II, 58, 8. Cf. 50, 1, etc.

Siang-iu (x-8,702), una, simul, I, 45, 3, et II, 32, 1.

Siang-k'iu (x-1,084), distare, II, 21, 4. — Discrepare, differre, II, 24, 3.

Siang (10,352), imitari alicujus rei effigiem, I, 7, 4.

Siao-jin (2,203), vulgo, *homo tenuis*, *unus e plebe*. — Vir sapiens, munere vel officio vacuus, II, 28, 4.

Siao-koung (x-866), vestis lugubris quæ quinque mensibus geritur, II, 141, 6.

Siao (5,002), decrescere, i. e. perire, II, 89, 1.—Expellere, removere, I, 117, 3.

Sieou-ou (8,199-2,925), erubesco, me pudet (*Khang-hi*), I, 59, 9, et II, 84, 2.

Sin (253), vulgo *fidelis*, *fidem adhibere*. — Usurpatur pro *chin* (144), aliquid extendere ut rectum fiat, II, 93, 4.

Sin-mo (9,245-4,059), plantæ et arbores, II, 37, 1.

Sing (2,793), vulgo *natura*. — Naturâ habere aliquid, II, 128, 3, et 133, 4.

Sing-chin (3,900-10,987), sidera, II, 31, 4.

Siouan-ts'e (11,119 *bis*-3,640), eligere, I, 91, 5.

Siu (2,506), vulgo *ordo*. — Nomen scholæ, regnante dynastia *In* (4,750), I, 90, 6.

Siu-siu (2,689-*x*), tranquille, lente, II, 137, 9.

So (3,211), vulgo *id quod*. — Locus, II, 43, 8, et 31, 2.

So (6,054), inducere, impellere, II, 14, 2. In hoc loco, phrasis « *impellere terram ad devorandum homines* » significat (GG) : terræ, vel territorii causâ, occidere homines.

— Lege *liu*, tensionis arcûs terminus, II, 139, 6.

So-yeou (*x*-6,171), aliquid sequi, agere juxta aliquid, II, 2, 1.

So-t'ao (7,788-7,901), torquere, torquendo conficere, funes, I, 88, 5.

Sou (3,769), vulgo *numerus*, *aliquot*. — Ars *(talent)*, II, 89, 8. Lege *tso*, arctus, angustus, I, 4, 9.

Sou (6,264), temporis intervallo distans, I, 46, 3. — Alienus alicui, II, 102, 6.

Sou-ssé (*x*-12,310), crassior oryza, II, 66, 3.

Sou (7,786), vulgo *simplex*, *purus*. — Vacue, i. e. immerenter, absque merito, II, 134, 2.

Souï-jan (6,684-5,466), leniter, II, 128, 7.

Soung-yo (9,963-5,804), litigari et accusare; vel litem nondum diremptam agere, II, 50, 3. Vid. ibid. *not.* 116.

Soung-sse (10,048-4,677), comitari defunctos, II, 25, 1. — Vide ibid. *not.* 53.

Sse (64), vulgo *res*, *servire*. — Aliquem beneficiis afficere, I, 24, 4. Aliquid agere, II, 69, 2.

Sse-tche (102-8,224), qui nondum, et qui jam, munus obierunt, I, 17, 6.

Sse (160), jubere, I, 74, 5. — Mittere, I, 91, 3. — Alicujus opera uti, I, 57, 5; II, 124, 4 et II, 59, 5. — Si, II, 89, 9 et 91, 4.

